

sermo  
RMONES

SERMONES ENARRA-

IONES IN  
EVANGELIA,

ac Sanctorum festis. Qui the-  
NOMUS vulgo vocantur.

DE PALUDE  
MAREMAGORE.

Magdalenensis.

Magdalenensis denuo

ET FORTUNA.



MAGDVLNI,  
PVD GVLIEL MVM  
ROVILLIV M.  
1575.



2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15

3

3

hac  
um

MONES  
S E E NARRA-

IONES, IN  
EVANGELIA,

, ac Sanctorum festis. Qui the-  
Noms vulgo vocantur.

DE PALUDE  
HORE.

hyemalis.

telissimè denuò

L  
picu  
L



ET FORTUNA.

AVGDVNI,  
PVD GVLIEL MVM  
ROVILLIV M.  
1575.





id est, in animam per gratiæ infusionem. Et habetur Sap. 7. In animas sanctas se transfert. De quo Ioã. 14. Si quis diligit me sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Tertius aduentus contra homines, est amarus & terribilis, quia ad mortem. De quo Matt. 24. Vigilate, quia nescitis qua hora dominus venturus sit. Et verè amarus, de quo Eccle. 41. O mors quàm amara est memoria tua. Etiam est terribilis contra naturalem affectum hominis. Vnde Eth. 3. dicitur: Terribilissimum omnium terribilium est mors. Ita & Christus naturali affectu dixit Matt. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Quartus aduentus est super homines, scilicet ad iudicium cum venerit in nube. Et ille erit admirabilis. De quo Lucæ 21. Videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. Erit etiam horribilis. De quo Malachiæ ult. Ecce ego mittam vobis Eliã prophetam, antequã veniat dies domini magnus & horribilis. Et Malach. 3. Quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum? ipse enim quasi ignis conflans, &c. Isti quatuor aduentus figurantur per quatuor versus in primo responso dominicæ primæ. Primus versus est: Quique terri. & filius homin. simp. in vn. dist. & pauper, ite obuiam. Respicit primum aduentum, cui obuiare debemus per gratiarum actiones, dicendo: Benedictus qui venit in nomine Domini. Secundus versus: Tollite portas principes vestras, &c. Et respicit secundum aduentum in mentem. Et vocat nos principes ratione lib. arbit. vt quod ad illum aduentum aperiamus portas cordis nostri, vt pateat sibi introitus per gratiam. De quo Apo. 3. Ego sto ad ostium & pulso. Si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuam, intra bo ad illum. Tertius versus est: Qui regis Israël intende. Et significat tertium aduentum ad mortem, quæ debemus attendere & præ oculis habere: iuxta illud Mat. 24. Estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. Quartus est, Gloria patri. Et respicit quartum aduentum, ad iudicium quia tunc veniet in gloria, & maiestate. Post hunc versum reincipitur responso. ad designandum quod omnia apparebunt in iudicio que à principio vsque ad finem mundi facta sunt: iuxta illud Ecl. ult. Cuncta quæ sũt adducet dominus ad iudicium pro omni errato, siue bonum siue malum sit. De quo Hiero. Erunt omnia facta nostra in frontibus nostris quasi in tabula depicta. Et sicut quarta hebdo. raro habet finem: sic post iudicium non erit finis gloriæ bonorum, & pœnæ & malorum. Vt igitur sumus de numero

numero tunc bonorum, sumus grati nunc de primo aduentu in carnem, quem hodie peragit Ecclesia. Sciendum quoque quod licet aduentus Christi in carnem diu sit præteritus, tamen Ecclesia instituit hoc tempus celebrandum seu peragendum 4. de causis. 1. Vt beneficium recolamus. 2. Vt vanam gloriam respuamus. 3. Vt diligentius peccata vitemus. 4. Vt feruentius gratias agamus. Primum, institutum est hoc tempus vt beneficium recolamus, in quo nos Deus vltra angelos honorauit. De quo Hebræo. 2. Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abraham. Ex quo sequitur, quod inter Deum & homines maior est fraternitas, quàm inter Deum & angelos. Fraternitas quidem quæ causatur ex altero parentum, firma est: sed quæ causatur ex vtroque, maior est & firmior: Angelus tantum est frater Christi ex parte patris æterni, homo vero ex parte patris & matris. Vnde Christus nunquam vocauit angelos fratres sed homines. Psalmo. 21. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Ergo magna debet esse nostra fiducia de misericordia saluatoris: quia caro & frater noster est. Bernard. Puto spernere me Christus non potest, quia os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Nam Gene. 42. legitur: Ioseph in suo conuiuio maiorem partem dedit Benjamin, qui fuit frater eius ex vtroque parente: quàm cæteris, qui fratres eius erant tantum ex altero parente. Sic Christus duplicem refectionem dabit homini, scilicet in diuinitate tantum lætificabit, quia non videbunt suam naturam assumptam Deo sicut nos. Secundò, institutum est hoc tempus, vt de tanto beneficio gaudeamus in spiritu, vana mundi gaudia respiciamus, eo quod dicit Augustinus, Mundi gaudia sunt diaboli venena. Propter quod & hoc tempore prohibentur conuiuia nuptiarum, & deponuntur cantica lætitiæ, vt: Te Deum laudamus, Gloria in excelsis. Ad designandum tristitiam, & desiderium patrum de dilatione huius aduentus. Canitur ramen alleluia, ad designandum eorum spem & gaudiosam fiduciam & affectum, quem habuerunt ad aduentum incarnationis. De quo Zachar. 9. *Exulca satis captiua filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator.* Merito ergo debemus gaudere in spiritu, quia ille venit nobis principaliter quem antiqui expectabant longo tempore desiderantes. Vnde Isaia 64. Vtinam dirumperet cælos & descenderet. Et Aggæi 2. Veniet desideratus cunctis Gentibus. Et Moses dixit, Exod. 5. Mitte domine quem missurus es. Et Psalm. Inclina domine cælos tuos, & descende. In signum huius di-

xit Iesus discipulis suis, Lucae 10. Dico vobis quod multi reges & prophetae voluerunt videre quae vos videtis, & non viderunt. Sed reuera qui illis longè fuit, nobis propè factus est. Rom. 14. Propior enim salus nostra est, quam cum credidimus. 1. Timoth. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Et ergo gaudendum meritò est iuxta illud Philip. 3. Gaudete in Domino, In Domino inquam, non in mundo, neque in carne: quia dicit Grego. Nemo potest hic gaudere cum seculo, & illic regnare cum Christo. Et idem ait: Seculi letitia ad aeterna lamenta perducit. Tertio, vt diligentius peccata vitemus. Vnde Guliel. Lug. Nunc magis sollicitari debemus, vt nostam naturam seruemus à peccato magis mundam post incarnationem, quam ante incarnationem erat. Vna causa tunc erat, quia homo ad imaginem Dei factus est. Nunc autem secunda superaddita est, quod naturam nostram assumpsit. Ideo Innocen. in sermo. Magnum est, quod Deus creauit hominem ad similitudinem & imaginem suam, vt haberet similitudinem Dei: maius est, quod Deus factus est ad imaginem & similitudinem hominis. August. de vera relig. Demonstrauit nobis Deus, quam excelsum locum inter naturas habeat humana natura inde, quod hominibus in vero homine apparuit. Ideo Leo papa in sermo. Agnosce o Christiane dignitatem tuam, quia diuinae consors factus naturae, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire. Grego. Quid est quod angeli ante aduentum redemptoris adorantur, & tacent: postmodum vero adorari refugiant, nisi quod nostram naturam quam despexerant supra se assumptam conspiciant? Quarto, vt eò feruentius gratias agamus. 1. Thess. 5. In omnibus gratias agere. Et Bernar. super Cant. Disce ad singula dona gratias agere ei principaliter de Incarnatione. Damasc. in lib. 3. Senten. Nihil est maius, quam quod Deus homo factus est. Bern. in sermo. Opus mirabile, opus singulare, inter omnia & super omnia opera, quod verbum & anima in vnam conueniunt personam. Verè dignum est gratias agere. Vnde Aug. de verbis apost. Non liberaretur homo nisi Deus fieret homo. Et ergo meritò ei pro sua incarnatione gratias agere debemus, vt facit Ecclesia cantans: Grates nunc omnes reddamus Domino Deo, qui sua natiui, nos liber. de diabol. potestate. Quod & voluit propheta Zach. 9. à quo verba thematis euangel. assumpsit, *Dicite filiae Sion*, id est, ciuitati Hierusalem: ponendo

ponendo cōtinens pro cōtente per antonomasiam, hoc est pro populo in Hierusalē. *Ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator, &c.*  
 ¶ Ex quo habetur, quod non excusantur Iudaei in posterum de caecitate & ignorantia sua, quia nunciatum est eis, & experimento cognoscunt, quod Christus verus Messias venit. Quod probatur per multa probabilia in scriptura. Primò, probatur per illud, Gen. 49. quod patriarcha Iacob cum moriturus esset & benediceret filiis suis inter cetera dixit Iudae: Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Ibi translatio Chaldaica habet: Donec veniat Messias. Fuit enim ablatum regnum & domitatio tempore Herodis Aescalonitae, ipse fuit alienigena in Iudaea, pater enim eius fuit Idumaeus & mater Arabita. Porro ipse Herod. fretus auxilio Roman. Antigonum auxilio Parthorum in regno Iud. suffultum debellauit, & Hircanum tunc temporis regem Iudaeorum, qui descenderat à Mach. & omnem prolem regiam suavis fororis suae Salo. dolo occidit. Et ita ab illo tempore in hunc vsque diem caruerunt reges. Cum ergo caruerint rege, & ablatio regni fuerit eis signum praedictum de aduentu Christi, hinc sequitur quod Christus venit. Secundò, archan. Gab. instruxit Daniel. de tempore aduentus Christi, dicens, Dani. 9. 70. hebdo. abbreviatæ sunt super populum tuum & super urbem tuam sanctam. vt consumetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum: deletur iniquitas, & adducatur iustitia sempit. & impleatur visio & propheta, & vngatur sanctus sanctorum. Quod dictum non potest intelligi de hebdomad. dierum, quia 70. hebdomad. dierum non faciunt vnū completum annum cum dimidio: sed oportet intelligi de hebdomad. annorum, vt septē anni faciant hebdomad. vnam quæ admodum scrip. accipit Leu. 25. Vbi dicitur: Numerabis quoque tibi septē hebdomad. annorum, &c. quæ simul faciunt 400. & 90. an. vt patet multiplicato 70. per 7. Et incipiuntur isti anni à 20. an. regni Artaxerxis, qui dedit licentiā Nehem. reaedificandi ciuitatem Hierusalē, & terminantur 4. an. post passionem domini: Et sic est sensus secundum de Lira, Septuag. hebdomad. quæ continent 490. an. abbreviatæ sunt, i. registratae sunt in diuina prouidentia super populum tuum, s. Iudaicum: & super urbem tuam sanctam. s. Hieru. vt consumetur, i. terminetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, s. per Christi pass. & adducatur iustitia sempit. s. per eius praedicationem: & impleatur propheta & visio de ipso praedicta, & vngatur sanctus sanctorum, i. Christus dominus qui secundum numerum

ratem vnctus est oleo gratiæ super omnem creaturam aliam. Psal. 44. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo nō materiali, sed oleo lætitiæ, i. donis spiritus sancti, præ cōfortibus tuis, i. super omnes creaturas. Tertio, probatur per illud Aggæ. 2. Veniet desideratus cunctis Gentibus. Et subdit: Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ, dicit dominus. Ex qua autoritate patet quòd Christi aduentus in carne sit præteritus: quia dicitur ibi in text. *Alhuc modicum, &c.* Et veniet desideratus cunctis Gentibus. Propheta Aggeus dixit hoc 2. an. Darij regis Persarum, & ab eodem anno vsque ad hoc tempus fluxerunt fere 1900. an. Tantum autem tempus non dicitur in scripturis modicum. Relinquitur ergo quòd iam venit. Idē etiā patet ex hoc quod sequitur in autoritate allegata: Magna erit gloria domus huius nouissimæ plus quàm primæ. Vbi propheta loquitur de templo seu de domo domini ædificata post reditum populi de captiuitate Baby. & prædixit gloriam illius maiorem futurā, quàm fuit gloria domus primæ per Salomonem ædificatā. Quod non potest intelligi propter maiores diuitias, honores, cultum & ædificia, aut populum, cum omnibus istis fuerit secunda domus, quasi nullius reputationis respectu primæ, vt patet i. Eldr. 5. Etiam in primo templo fuit arca testamenti, de qua summè gloriabantur: at ea non legitur fuisse in secundo. Propter quod oportet intelligi de maiori gloria, quam habuit secundum templum ex aduentu istius desiderati cunctis Gentibus, scilicet Christi, qui domum illam glorificauit sua præsentia, quando in ea prædicauit, & miracula fecit, scilicet cæcos videre, surdos audire, & etiam quando à matre virgine fuit in eodem templo oblatus. De quibus Malach. 3. Statim veniet ad templū suum dominator, quem vos quæritis, & angelus testamenti, &c. Ex quo patet quòd Christus sua præsentia glorificauit magis templum quàm primum fuit glorificatum. Et quia illud templum iandulū ante 1400. an. est destructum, cōstat quòd Christus ante 1400. venit in hunc mundum. Quartò, probatur Christum verum Messiam in carnem venisse. nam ante Christi aduentum quando cūque irascebat populo Iudaico propter peccata, tunc solum puniuit eos in temporalibus, vt per famem, & bella, & captiuitatem, sed non deseruit eos in spiritualibus, vt patet in deserto: vbi demeriti sui causa vagabantur quadraginta annis: & interim tamen habuerūt secum Moysen & Aaron, & viderunt miracula multa. Similiter in captiuitate Babylonica habuerunt prophetas secum, vt Eze-

chiel

chielem, Daniele, Aggeum, Zachariā, Esdras, Nehemiam. Sed post aduentum Christi iam per mille & quadringentos annos non habuerunt prophetas qui prophetarent de Messia, & sic in vniuersum eos deseruit in spiritualibus. De quo & propheta locuti sunt, & nullam interim consolationem habuerunt, neque per reges, neque per prophetas, nec modo habent. Et item nec sacrificia, nec hostias, nec ciuitatem Hierusalem, nec templum. Relinquitur ergo quòd Christus iam venit, & iam plebs Iudaica non est electus populus Dei, sed à Deo reprobatus. eò quòd non cognouerunt tempus visitationis suæ. Nam si non venisset, essetque adhuc populus Dei electus, in tanto tempore fuisset vtrique aliquis à Deo missus, qui de eo & eius aduentu nuntiasset. Propter hoc ergo nunc non sunt in Ecclesia, nec dicuntur Iudæi, id est confidentes, sed negantes eum qui venit, de quo etiam loquuti sunt propheta. Quintò probatur idem hoc modo: Nam quando cūque antea fuerunt Iudæi, sic modò sunt afflicti captiuitate, hoc semper fiebat propter eorum peccata, quia ante captiuitatem in Aegypto, peccauerunt decem fratres in Ioseph, propter quod in captiuitatem Aegypti ducti sunt. Sed captiuitatem Babylonicam intrauerunt propter idolatriam, & propter occisionem prophetarū eos à peccatis reuocantium, ita quòd vnus regum ciuitatem Hierusalem repleuit sanguine prophetarum, vt de Manasse legitur, 4. Regum 21. Sed captiuitas in qua nunc sunt, est maior omnibus prioribus. Ergo & peccata maius. At quod est illud nisi occisio Christi in lege promissi? Non enim legitur, quòd post captiuitatem Babylonicam idola coluerint, vel prophetas occiderint, sicut antea fecerunt. Sextò, probatur Christum verum Messiam venisse, quia sacra scriptura determinat tempus aduentus eius, & locum natiuitatis eius, & modum veniendi, & moriendi, & miracula faciendi. De loco natiuitatis testatur Mich. 5. Et tu Berthelem non es minima in principibus Iuda. De miraculis eius habetur Isa. 35. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, & saliet claudus sicut ceruus. Quis enim prophetarum fecit ista miracula præterquam Christus? Igitur, &c. Sed diceret, quæ est causa perfidiæ Iudæorum, cum tamen verus testamentum & eloquium prophetarum tam claram veritatem catholicam testificauerunt, & maximè de aduentu Christi? Respondet de Lira, & allegat sex causas. Prima est timor penuriæ temporalium. Fuerunt enim valde cupidi, & in lege eorum promittitur

abundantia temporalium, quod ipsi solum secundum litteram intelligunt. Ideo supra modum abhorret huius contrarium, scilicet penuriam. Secunda causa, qui à cunabulis nutriuntur à suis senioribus in odio Christi & legis Christianæ. Et ut ait de Lyra: In omni die Christicolis maledicunt in suis synagogis. Illa autem quæ hominibus assuetæ sunt à pueritia, sunt eis quasi in naturam verba. Tertia est difficultas & altitudo eorum, quæ in fide catholica proponuntur credenda: sicut est trinitas personarum in natura diuina, & duam naturarum vniu in vna persona, & conceptionem Christi de spiritu sancto credere, & natiuitatem de virgine, & sacramentum eucharistiæ, quæ eorum carnalis intellectus nullo modo potest capere, & talibus offensa à fide catholica auertuntur, & quidam baptizati ad vomitum reuertuntur. Quarta causa est, quia multa scripturæ loquuntur & dicunt de secundo aduentu, quæ ipsi intelligunt de primo. Et quia illa vaticinia, quæ spectant ad iudicium, nondum videt impleta, credunt Christum nondum venisse in carne. Quinta causa, quia credunt Messiam venturum in mundum esse regem magnam, & temporaliter regnaturum, quia eis restitutus sit regnum Israël omnibus populis suæ dominationi subiectis: quod non est in Christo impletum, ideo negant eum esse Messiam. Sed in hoc maximus error, nam secundus aduentus erit in potestate, licet primus fuerit in magna paupertate & humilitate. Iuxta illud Zachariæ 9. *Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem: Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, & ipse pauper & ascendens super asinam*: ut impletum agnoscimus in die palmarum. Isaïæ 53. *Quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est?* Et subdit: Non est species ei neque decor. Et post pauca: Nos reputauimus eum tanquam leprosum, & percussum à Deo & humiliatum, &c. Sexta causa est, quia omnem scripturam de liberatione per Messiam conferenda, & reedificatione Hierusalem, & templi, credunt de liberatione & captiuitate Romana loquentem: in quam nunc sunt & fuerunt per 1400. annos, & præcipue de reedificatione Hierusalem & templi materialis & corruptilis. Sed scriptura loquitur de spirituali, scilicet Ecclesia fidelium: ut clarè docet Esa. 60. *Qui multæ vaticinatus de reedificatione Hierusalem spirituali, tandem seipsum exponens: Non erit, inquit, tibi Sol amplius ad lucendum per diem, neque splendor Lunæ illuminabit te. Quod utique non potest intelligi de ciuitate terrena. Subdit* *caum*: Sed erit ibi dominus in lucem sempiternam, & Deus

tuus in gloriam tuam. Item in eodem capite dicit: *Non audietur ultra iniquitas in terra tua, vastitas & conuulsio in terminis tuis. Iam hoc pertinet ad æternam vitam. Et sic error ex ignorantia sacræ scripturæ proueniens, est causa indurationis Iudæorum. Quod præuidit Zacharias, & iuxta Euangelistæ allegationem dicit: *Dante filia Sion, Ecce rex tuus venit tibi iustus, sciens, &c.* Quæ sunt verba thematis præassumpti.*

¶ Nota circa incarnationem Christi consideranda sunt multa.

- |   |                             |    |                                      |
|---|-----------------------------|----|--------------------------------------|
| 1 | <i>Quis venit.</i>          | 8  | <i>Quomodo venit.</i>                |
| 2 | <i>Vnde venit.</i>          | 9  | <i>Ad quid venit.</i>                |
| 3 | <i>A quo venit.</i>         | 10 | <i>Qualiter venit.</i>               |
| 4 | <i>Ad quos venit.</i>       | 11 | <i>Quare venit.</i>                  |
| 5 | <i>Propter quid venit.</i>  | 12 | <i>Cum que vel cum quibus venit.</i> |
| 6 | <i>Quando venit.</i>        | 13 | <i>Quibus proficit.</i>              |
| 7 | <i>Per quam viam venit.</i> |    |                                      |

¶ Quantum ad primum sancta mater Ecclesia nos paratos esse cupiens, iubet prædicatoribus ut non siccant, sed palam aduentum filij Dei in carne publicè & priuatim pronuntiet, dicens: Vos prædicatores dicite *filia Sion*, id est, cuiuslibet Christiano, & animæ fideli: *Ecce rex tuus venit tibi. Ecce iudicium est demonstrandi, per quod excitat deuotas mères ne torpeat, sed ut repente inspiciant quis sit, & debitum ei honorem impendat, cum Deum & hominem eum esse agnoscant. Ideo dicit, Rex tuus. Ipse est cui omnes propheta testimonium perhibent, de quo David: Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Ipse est rex gloriæ, cui ab omnibus creaturis debetur honor, de quo i. ad Timotheum i. Regi seculorum, &c. Ipse est, de quo Psalmus: Rex magnus super omnem terram. Ideo Bernardus in sermone de aduentu dicit: Inuenimur quantus sit iste, qui ingreditur ad saluandas gentes. Et subdit: Si personam aduenientis intueor, non capio excellentiam suæ maiestatis. Nam ipse est de quo Apoc. 10. Rex regum & dominus dominantium: de quo & Psalmus: Rex magnus, & excelsus super omnes populos. ¶ Reuera magnus. Primò, in potentia. Ecclesi. 15. Fortis in potentia. Et rursus: Magna est potentia Dei solius, de quo Dan. 4. Potestas eius potestas sempiterna. Et iterum: Potestas eius potestas æterna, quæ nõ auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.*

DOMINICAE I. ADVENTVS,

petur. Nam eius potestas non est duntaxat in terra, sed etiam in cælo & in inferno. In cælo, Psal. Cui seruiunt angeli. De quo canit Ecclesia: *Quem laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates.* Est quoque eius potentia in inferno: de quo Philip. 2. *Vt in nomine Iesu omne genua flectatur, cælestium, terrestriū & infernorum.* Attamen signa regalis maiestatis abscondit sub humana infirmitate, sicut hamus absconditur sub vermiculo, vt caperet diabolus: de quo Esa. 45. *Verè tu es Deus absconditus.* Secundò est magnus Deus in sapientia: de quo Apo. ad Colos. 2. *In quo omnes thesauri sapientia & scientia sunt absconditi.* Et Psal. *Sapientia eius non est numerus.* Tertio, est magnus in diuitiis. Prou. 8. *Mecum sunt diuitia & gloria, opes superba & iustitia.* Psal. *Gloria & diuitia in domo eius.* Rom. 10. *Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum.* Quarto, est magnus in formositate, de quo Psal. *Speciosus forma præ filiis hominum:* ita, vt Agnes gloriabatur, dicēs: *Cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, quia amictus luminæ sicut vestimento.* Psal. 103. *In quem vt habetur, i. Petr. 1. desiderant angeli prospicere.* Quintò, est magnus nobilitate. Luc. 1. *Et filius altissimi.* Et iterum: *Vocabitur filius Dei.* De cuius magnitudini scribit Ambro. super Luc. *Erit enim magnus coram domino: sed Ioannes quasi homo magnus, hic verò rex noster quasi Deus magnus.* Latè enim diffunditur eius virtus, non loco clauditur, non opinione comprehenditur, non aestimatione concluditur. Vnde Origen. *Vide magnitudinem Saluatoris, quomodo in toto orbe diffusa est. Ascende cælos, vide quomodo cælestia repleuit. Descende cogitatione in Abyssum, & vide eum illuc descendisse. Si mundum intueberis, considera opere suo impletum. Hic erit magnus, & hoc non intellige, quòd antea non fuerit magnus, sed quia magnitudinem sapientia & scientia, quam filius Dei naturaliter habuit ab æterno, homo filius virginis ex tempore erat accepturus, vt vna persona sit Deus & homo.* Vnde Bern. *Non est fas Dei filium degenerem suspicari, sed quia eiusdem substantia est cum patre, necesse est vt eiusdè altitudinis, & magnitudinis penitus sit & dignitatis.* Sextò, est magnus in actione, quia creator omnium, qui fecit cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Io. 1. *Omnia per ipsum facta sunt.* Septimò, est magnus in dominatione: ipse enim dominatur in cælo & in terra. De quo Isa. 66. *Cælum sedes mea est, terra autem scabellum pedum meorum.* Matth. ult. *Data est mihi omnis potestas*

ENARRATIO I.

in cælo & in terra. Ideo Psal. *Excelsum ponam illum præ regibus terræ.* Reuera excellit alios reges. Primò in aliorum institutione. De quo Prou. 8. *Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, quia ab eo est omnis potestas.* Ideo ait Pilato, Ioan. 10. *Non haberes potestatem in me, nisi tibi data esset desuper.* De quo Rom. 13. *Nò est enim potestas, nisi à Deo.* Nam ipse est, qui deponit potentes de sede, & exaltat humiles. Luc. 1. *Octauo est magnus dignitate, quia dicit Psal. 23. Dominus virtutum ipse est rex gloria.* Audi si quæris de dignitate diuinæ naturæ, quod dicitur Isa. 53. *Generatio nem eius quis enarrabit?* Dicit namq; Aug. *Generatio diuinæ dignitatis tanta est, quòd mens de ea cogitans deficit, cum sit incomprehensibilis: nec sensus recipit, cum sit inuisibilis: lingua non explicat, cum sit ineffabilis: tempus non mensurat, cum sit innumerabilis, locus eam non capit, cum sit incircumscriptibilis: scriptura eam nò notificat, cum sit inæstimabilis: & vota transgreditur, cum sit incomparabilis, & quod finiti ad infinitum nulla est proportio.* Nam Moses postulabat scire, dicens: *Exo. 3. Ego vadam ad filios Israël, & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint: Quod est nomen eius, quid dicam eis?* respondit: *Ego sum qui sum.* Et ait: *Sic dices eis: Qui est, misit me ad vos.* Super illa verba dicit Bern. *Meritò nomen eius dicitur Qui est. Nihil enim competentius æternitati, quæ deus est, dicere potuit.* Si enim bonum est, si magnum, si sapiens, si sanctum, quicquid tale de Deo dixerimus, in hoc verbo comprehenditur. Considera igitur regem qui in carne venit, quid sit (secundum Bernardum) in cælo quid in mundo, quid in hominibus, quid in angelis, quid in bonis, quid in malis, quid in seipso. Est enim cæli dominator, mundi gubernator, angelorum restaurator, bonorum, sapor & odor, malorum terror & horror, in se principium & finis, & ideo in cælo est laudabilis, in creaturis mirabilis, in angelis desiderabilis, in hominibus bonus amabilis, in malis tolerabilis, in seipso incomprehensibilis. Et omnia comprehenduntur in eius nomine, quod est *Qui est, cum dixit, Ego sum qui sum.* Et ratione illius debemus reuerentialem timorem suæ dignitatis exhibere, quia est de quo Psalm. 43. *Rex meus & Deus meus.* Quia rex, ideo timendus est: & quia Deus, ideo amandus. & cum obedientia præceptorum venerandus. De quo Eccl. 12. *Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo.* Idcirco euāgelista nuntiat aduentum illius magni & digni regis, dicēs: *Ecce rex tuus venit tibi, &c.*



Est nanque consuetudo, quod vbi nouus rex venit in regnum, tunc solent ei occurrere triplices homines. Primò, matres & proscripti petentes veniam. Sic hodie peccatores repentes debent Christo obuiare & aduentui eius, penitentes veniam peccatorum, vt fecit Semei filius Gera David, 2. Reg. 19. cui occurrit, dicens: Agnosco hodie peccatum meum, & ideo hodie descendam in occursum domini regi meo. Et sic peccatores debent se personaliter coram nouo rege Christo prosternere, & veniam peccatorum petere. Id quod Apostolus Rom. 13. dicit: Hora est iam nos de somno surgere. Et subdit: Abiciamus opera tenebrarum. Quia ipse venit non vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Secundò, occurrunt ei cum muneribus. Sic hodie proficientes cum bonis operibus: quia dicit Gregor. Non satis est mala non agere nisi asit bonis operibus insudare. De quo Apostolus Rom. 13. postquam dixerat: Abiciamus opera tenebrarum, i. peccata: vt non ambulemus in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, statim subiicit: Induamur arma lucis, i. virtutis, vt in die honestè ambulemus. Id. Sicut corpus ornatur vestibus, sic anima virtutibus. Terriò, occurrunt ei cogniti & singulares amici, hoc est, contemplatiui cum dulcibus affectibus & amplexibus & inclinationibus, iuxta illud, Cantic. 1. Egre dimini filia Sion, & videte regem Salomonem, id est, Christum, in diademate, quo coronauit eum mater sua, & c. i. in carne. Et contemplatiui dicuntur amici eius singulares: de quo Gregor. 27. Moral. Sape misericors Deus quos tenerè diligit, ab exterioribus actionibus custodit. Hi debent Christo regi occurrere, & eum amplexari duobus brachiis. Primò brachiū est sanctæ meditationis. Vnde Bernard. Omni erranti, vel etiam meditati, nihil dulcius atq; tutius proponitur quàm imago diuinæ incarnationis. Nam deuotio, est feruida mentis in Deum directio. Et illa oritur ex meditatione incarnationis. De quo Gregor. Considera eius humilitatem & incarnationem, passionem & sanguinis effusionem, & pensa præteritæ æstimationem, & peruenies ad deuotionem. Nam sicut mel fugitur de fauo, sic de incarnatione dominica deuotio. Ideo Psal. 33. Gustate & videte, quoniam suavis est dominus. Cassia super Psal. Quanto plus gustatur dominus, tanto plus appetitur & suauius gustatur. Sic appetiuit August. dicens: Precor te, fac me domine gustare per amorem, quod gusto per agnitionem: vt sentiam per effectum, quod sentio per intellectum: trahere me in amorem tuum totum, sicut te dedisti mihi

totum

totum, scilicet per incarnationem. Plus tibi debeo, quàm me ipsum totum: sed non plus habeo, nec hoc ipsum habeo quod sum. Ideo Bernard. Non enim tam deuotè vniuersa Ecclesia presentem celebraret aduentum, nisi lateret in eo magnum sacramentum, quod etiam Saluator expressit in vltima cena. Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem, scilicet incarnationis, in qua cibus est anima fidelis.

DE CHRISTO MEDICO SPIRITUALI,  
de sex Christi proprietatibus, quibus ab Isaia describitur. Et obiter de predestinatione diuina. Postremò qualis rex venerit, nempe qui sit alpha & omega.

## ENARRATIO II.

**E**cce rex tuus venit tibi mansuetus, vbi suprà Matt. 21. Philaretus in tractatu de naturis morborum dicit: In ortu solis super terram medicina est sumenda à languidis. Ratio, quia in aurora omnis morbus febrim languescit: sic spiritualiter, in ortu solis iustitiæ, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Ioan. 1. quilibet languens peccator debet se disponere ad medicinam gratiæ cœlestis. Nam vt dicit August. Magnus venit medicus, quia vbique iacebat ægrotus. de quo Isa. 1. Omne caput languidum, & omne cor marens. Ideo venit vt medicus. Vnde Isa. 41. Spiritus domini misit me, vt mederer contritis corde, id est, peccatores. Quap' propter dic. Orig. lib. de ritu Ecclesiarum: Per aduentum Christi in terris venit medicina fidelibus vniuersis. Et hæc medicina figurabatur, 3. Rege. 2. cum ægrotaret Ezechia, misit Isaiam dominus, vt tolleret massam de ficis, & cataplasma ret super vulnus, & sanaretur. Et dedit ei signum sanitatis, vt sol descenderet decem gradibus. Spiritualiter, per Ezechiam ægrotatè, intelligitur quilibet peccator, qui hic ægrotat vsq; ad mortem: & venit Isaias, qui interpretatur salus domini, id est, Christus, portans massam sicorum, id est, corpus & animam: & posuit super vulnus nostrum, dū nostram mortem ac poenam nobis debitam assumpsit. De quo Isa. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. 1. Petr. 2. Quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo. In signum nostræ sanitatis sol, id est, filius Dei, decem lineis descendit, id est infra nouem choros angelorum, & ultra omnes homines se humiliat, de quo Gre. Contraria contrariis curantur. Sanauit nostrâ superbiam per eius humilitatē. De quo ad Philip. 2. Exinanit semetipsum forum serui accipiens. Sanauit auaritiā per eius voluntariam pau-

per

pettarem. Vnde 2. Corin. 8. Qui cum diues esset, propter vos egenus factus est: vt vos illius inopia diuites effectis. Sanauit inuidiam per charitatē. Ioan. 5. Maiorem hac dilectionē nemo habet, quā vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Sanauit iracundiam per mansuetudinem & pietatem. **Mat. 11.** Discite a me quia mitis sum & humilis corde. De qua humilitate in themate dicitur: *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* In quibus verbis duo innuuntur, primò excellentia dignitatis. ibi: *Ecce rex tuus.* Secundò, beneuolentia charitatis, ibi: *Venit tibi.* De excellentia dignitatis in primo sermone aliqua diximus, atramen vt amabilis & deuotius queamus suscipere hunc regē, sciendum præterea quòd hic rex qui venit in carne, habet aliquas dignitates, i. dignas proprietates seu conditiones, quas enumerat Isa. 9. dicens: Nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Primò, est admirabilis in nostra conuersione. Secundo, est consiliarius in suæ voluntatis reuelatione. Tertio, est Deus in peccatorum remissione. Quarto, fortis, quia confortat in tribulatione. Quinto, pater futuri seculi in spei erectione. Sexto, princeps pacis in regni promissione. Admirabilis est inquam, in nostri conuersione. Quid enim mirabilius, quā mutare accidēs sine subiecto? virtus enim & peccatum sunt accidentia hominis: & in conuersione peccatorum accidentia mutantur, cum ex peccatore virtuosus efficitur: ipso tamen homine in substantia non mutato: quæ mutatio & conuersio fit per gratiam Dei: Quid mirabilius, quā quòd Deus vnum conuertit, & aliū derelinquit? Ipso dicente, Exo. 33. Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Apostol. ad Rom. 9. Non est volentis (scilicet hominis sine gratia Dei) neque currentis (id est, operantis) sed miserētis Dei, conuersio, s. hominis. Quia homo est spiritus vādens & non rediens. Pla. 77. scilicet per se vadens in peccatū, & non rediens sine gratia Dei ad conuersionem per se. Vnde ipse per Oseā c. 8. dicit: Perditio tua Israël ex te, tantū modò ex me auxilium tuum. & Io. 25. Sine me nihil potestis facere, sed vestrā conuersionē. Et idem dicit Aug. q̄ voluntas impia nisi gratia Dei liberetur à seruitute diaboli qua serua facta est, & nisi per gratiam ordinetur, rectē piēque viuere nō potest. Ideo ad Ro. 9. dicitur: Ergo cui vult Deus miseretur. Gl. Gratia porrigēdo, & quē vult indurat, i. indurari permittit in peccatis suis, quibus plus quā gratiæ studet adhærere. Vnde pro intellectu præmissorū Lira i glo. super verbo præallegato Apostoli

Apostoli dicit quòd licet in affectib⁹ diuinæ prædestinationis prius sit causa posterioris per modum disponētis, & posterius prioris per modum finis: Sic infusio gratiæ est propter meritum, sicut propter finē, & opus meritorium propter gloriā, & gratia est principiū operis meritorij, & opus meritorium facit dignū: gratiæ tamē totius prædestinationis nō est alia causa nisi volūtas diuina, qua ex mera liberalitate eis quos elegit æternaliter ad gloriā, tēporaliter dat gratiā. Et sicut isti oblatā à Deo gratiam gratanter accipiūt, etiam ipso duce per merita bonorum operum gloriā, ad quam prædestinati sunt, cōsequuntur: Sic etiā non electi & reprobi nolētes pœnitētiā sequi, in peccatum ruunt, non propter gratiæ Dei defectum cum non deficiat eis diuinus instinctus ad operandū bonum, ex eo quòd sapius eis Deus suam gratiā vt bene agerent, obtulit: quæ gratia operans siue præueniēs dicitur: Sed quia per affectum liberi arbitrij nō accipiunt illos instinctus ad bene operandum, sed abiiciūt: ideo eis iustē gratia cooperans siue subsequēs denegatur, cuius esset cor mollificare: & sic vltērius in peccatis suis persistentes indurantur ex malitia, quod Deus permittit. Et dignē: quia huiusmodi instinctum oblatum ad bene operandum consequi noluerūt. Hi non sine culpa gratiam Dei abiiciūt & perdūt, & operibus suis malis pari pœnam merentur. Sed diceret: Ex quo à volūtate Dei depēdet vocatio iusti & induratio peccatorum, vt patet ex prædictis: erga iustitiā siue peccatum non sunt imputanda hominī ad meritum vel demeritū, quia potestati Dei nemo potest resistere, vt patet in litera, Rom. 9. Et sic videtur Deo totum imputādum, tā iustitia bonorum, quā iniustitia peccatorum. Respōdeo cum gl. Lira super 1. Timoth. 1. & cum Aug. super Ioan. c. 6. quòd quanquam à voluntate Dei omnia depēdent, tā cōuersio bonorū quā obstinatio permissiua malorum, de quibus loquitur Apostolus, Deus tamē vult omnes homines saluos fieri: quia ipse venit in mūdum quærere & saluū facere quod perierat, Mat. 9. Sed peccatores nolūt quod ipse vult: quæ cōuertī nolūt, quia pœnitētiā vult, & vt mala derelinquāt & bona faciāt. Sed quia ipsi sunt indurati & obstinati, sic se in dignos gloriā & dignos pœna cōstituiūt. Et sic volūtas Dei bona per voluntatē hominis malā in effectu suo impeditur. Propterea Aug. dicit: Deus qui fecit te sine te, nō te saluabit sine te. Vnde oportet, vt velis te saluū fieri, sicut Deus te cupit saluū esse. Vnde pro intellectu prædictorū est sciendum, quòd volūtas Dei est duplex. Prima & secunda: vel simplex & con-

ditionata. Prima dicitur antecédēs & absoluta: & est pietatis, qua vult omnes homines saluos fieri. Secunda dicitur suble-  
 quēs & cōditionata: & est æquitatis, qua vult aliquid cōfide-  
 raris circūstātiis & cōditionibus particularibus singulorū.  
 Hac autem non vult omnes homines saluos fieri, quia hoc re-  
 pugnat suæ iustitiæ & æquitati, vt saluaret illos qui de sua vo-  
 luntate nolunt saluari, nec ex Dei volūtate quam adimplere  
 noluerūt, salui volunt esse. Sed dices: Qui sunt isti? Respon-  
 deo, hi qui licet ex eorū prima voluntate (quæ est voluntas  
 animæ & rationis) salui esse cupiunt: tamē per secundā (quæ  
 est sensualitas carnis) tā voluntati Dei primæ quàm suæ per  
 uerse viuēdo contradicūt. Et sic homo quantū in se est per vo-  
 lūtate suā secundā (s. sensualitate carnis) propter circūstan-  
 tias peccatorū, quæ secundū beneplacitū eiusdem secundæ vo-  
 luntatis commisit, interimūt voluntatē Dei primā, quia ipsum  
 cū electis saluū fieri voluit ad gloriam. Et sic Deus per volūta-  
 tem suā secundā, s. æquitatis, reddit vnique iuxta opera  
 sua, vt dicitur I. ad Cor. 3. Vnusquisq; enim mercedē propriā  
 recipiet, secundū suum laborē. Et Psal. Iudicabit orbē terræ  
 in æquitate, & populum in iustitia. Quia malos malē perdet.  
 Mat. 21. Et sic tam in electis quàm in reprobis fit volūtas Dei.  
 Nā in electis fit voluntas tam prima quàm secunda, sed in re-  
 probis tantū secūda. Vnde glosa ad Rom. 8. Vult primō & se-  
 cūdo suam gloriā: quæ gloria sicut manifestatur per viam mi-  
 sericordiæ & pietatis in electis, qua vocātur ad gloriā: ita per  
 viam iustitiæ & veritatis & æquitatis manifestatur in repro-  
 bis, qua reseruātur ad pœnā. Nā sicut gloria regis terreni nō  
 solū relucet in palatio, vbi habitant milites, sed etiam in pati-  
 bulo, vbi suspēsi sunt & puniti malefici: sic voluntas diuina  
 rationabiliter elegit aliquos ad beatitudinē, in quib⁹ relucet  
 sua misericordia: & aliquos ad pœnā dimittit non eligēdo ad  
 gloriā, qui ex seipsis ruunt in peccatum & in culpā, suā non  
 Dei sequentes volūtatem, & in ipsis suis culpis finaliter mo-  
 riuntur, & iustē à Deo puniuntur: quorū punitio sicut & ius-  
 torum glorificatio cedit ad gloriā Dei. Sed dices: Quare  
 vnum elegit & non alterum? Respondet August. super Ioannē  
 dicens, Quod non est alia ratio nisi beneplacitum dei. Et hæc  
 est ratio potissima, quam etiā Christus reddidit, de hoc quod  
 pater incarnationis suæ mysterium abscondit à sapientib⁹  
 & reuelauit paruulis, vt dicit Matt. 11. & Luc. 10. Quia, inquit,  
 sic beneplacitum fuit epra in te pater. Hoc idem sentit beatus  
 Greg. Nemo discutere audeat, cur alius trahitur ex dono, &

alius

alius repellitur ex merito: nisi quod sic est Dei beneplacitum,  
 quia iniustum esse nō potest, quod iusto Dei placuit iudicio.  
 Sed ad prædicta respondet Aug. Si non vis errare, noli inter-  
 rogare. Causa incognita esse potest, iniusta esse non potest.  
 Nā sicut dicit Lyrē glos. ad Ro. Irrationabiliter interrogatur  
 ab homine pro illo, quod nō potest intelligere, videlicet, qua  
 re arboris folia sunt tantæ quantitatis & talis figuræ & con-  
 ditionis: multomin⁹ intelligere potest maxima opera Dei, de  
 quibus est bonorum electio, & malorum reprobatio. Et vt di-  
 cit Aug. super Ioan. 6. vt in speciali in illis, s. reprobis, reful-  
 geat ordo diuinæ iustitiæ & æquitatis: & in istis, s. electis, ap-  
 pareat immensas diuinæ misericordiæ & pietatis. Et quid  
 omnīū rerū rationi mirabilius & incomprehensibilius, quàm  
 quod ad vnā vocationis vocē alij emendātur, alij indurātur,  
 sicut ab vno & eodem solis radio lutū indurefcit & cera li-  
 quefcit: Secūdo dicitur consiliarius, in suæ voluntatis re-  
 uelatione. Nam postquam homines per gratiam & virtutem à  
 veteris hominis peccatis cōuertuntur, necesse est scire volū-  
 tatem dei vt ipsam implēat, ne otio torpētes ad vitia relaban-  
 tur, quia Aug. dicit: Nihil viris otiositate peius. Ideo Greg.  
 Qui se à vitis abnegare voluerint, necesse est eis exquirere  
 virtutes, in quibus crescant. Et hæc est vera dei voluntas, vt  
 homo per opera bona & meritoria attentius querat sancti-  
 ficationem & salutem, vt habetur I. ad Thessa. 4. Hæc est vo-  
 luntas dei, sanctificatio vestra. Si igitur cum sanctis sanctus  
 & cum electis electus esse cupis, da locum in te voluntati di-  
 uinæ, vt & tu quod deus velit in te velis, & idē tibi velle &  
 nolle cum deo sit, qui nō vult mortem tuam, Eze. 18. Sed sancti-  
 ficationem, quæ consistit in bonis operibus, quæ nisi ope-  
 ratas fueris, diuinæ volūtati quæ tibi bonū cōsultat, cōtradi-  
 cis, & per consequēs saluari non poteris, vt suprā dictum est  
 per Aug. Qui te creauit sine te, non saluabit te sine te. Ideo  
 dic cū Apostolo, Act. 9. Domine quid me vis facere? q. d. dic  
 mihi voluntatē, & ego obediam. Nam vt habetur 2. Paralip. 20.  
 Cūmignoramus quid agere debeamus, hoc solū residui ha-  
 bemus, vt oculos nostros ad cælū leuemus dicēdo cū Ps. Do-  
 mine doce me facere voluntatē tuam. Ps. 144. Tertiō dicitur,  
 deus in peccatorū remissione. Cū enim nullus potest per se  
 peccata dimittere nisi solus deus, secundum rei huius exhibi-  
 tionem datus est Deus. Vnde cū diceret Iesus paralytico:  
 Fili dimitte tibi peccata tua, cogitauerunt Scribæ &  
 Pharisei intra se dicētes: Quis est hic qui peccata dimittit, &

b 2

quis potest peccata dimittere nisi solus Deus? Quarto dicitur fortis, quia ipse fortificat nos in tribulationibus nostris, scilicet quas non pro ipso, sed pro culpa nostra sustinemus, quas & ipse nobiscum portat, ut lenius sufferamus, dicente Psal. Cum ipso sum in tribulatione. Vnde Abac. 3. Dominus Deus meus fortitudo mea. Psal. 67. ipse dabit fortitudinem & virtutem plebi suae. Ideo Philippen. 4. dicitur: Omnia possum in eo, qui me confortat. Nemo ergo se alicuius virtutis, ut Grego. ait, existimet, quia si a gratia diuina deseratur, ibi enormiter cadit ubi se fortiter stare putauit. Haec ille. Et ideo obsequium suum ipse Deus iugum seruitutis nominat ob hoc, quia nobiscum sufferit nostras, quas patimur tribulationes. Isa. 43. Seruire me fecisti in peccatis tuis, praebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis, Quapropter omni patienti propter eum dicitur illud Gene. 15. Noli timere, quia ego protector tuus, & merces tua magna nimis, & Isa. 47. Noli timere, quia redemi te, & uocauit te nomine tuo, deus meus es tu: cum transferis per aquas, tecum ero: & flumina non operiet te: cum transferis per ignem, non combureris, & flamma non ardebit te. Quinto dicitur pater futuri seculi, propter spei erectionem, cum iubeat se dici patrem. Iere. 3. Patrem uocabis me, & post me ingredi non cessabis. Et ergo nulli dubium esse debet, quin ad hereditatem futuri seculi uitae aeternae nos uelit ex paterna charitate promouere. Ideo dicitur Mart. 16. Sic enim orabitis: Pater noster qui es in caelis, Vbi Christus patrem se magis dici uoluit, quam dominum, ut daret nobis fiduciam sperandi in futuro seculo paternam hereditatem cum eo possidere. Sexto dicitur princeps pacis: & hoc aeterni regis pacifica promissione & possessione, quae tunc fit, quando ut Aug. ait, Ecclesia militans uincitur triumphanti. Nam ipse est pax nostra qui fecit utraq; unum. Ephe. 3. Ideo ipse dixit Ioan. 16. In mundo pressura habebitis: in me autem pax. In his autem ueritatibus consistit praesentis & futurae uitae perfectio. Nam cum cognoscimus Deum quis est, hoc cogit nos a peccatis cessare. De quo Boet. Magna est nobis indicta necessitas prohiberis, cum simus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Et cum cognoscimus Deum quod pro nobis incarnatus est, hoc cogit nos amare eum: nihil enim a quo cogit nos ad amandum Deum atque humanitas, quam Christus pro nobis accepit, & quam pro nobis morti impendit. Item sic cognoscimus Deum secundum ea quae operatus est in nobis, hoc cogit nos imitari eum, exhortate Apo. qui dicit: Imitatores Dei estote sicut filij charissimi, ad Ephe. 5. Et haec tria, scilicet a peccatis cessare, Deum amare, & ipsum imitari, perfectionem praesentis &

futurae

futurae uitae plenissimam administrat. De quo Sap. 15. Nosse em te, comprehensum iustitia est, scilicet hinc honestatis, & ibi felicitatis. Vnde Ioan. 17. Haec est uita aeterna, ut cognoscat te solum uerum Deum & quem misisti Iesum Christum. ¶ Ut igitur possimus clarius cognoscere hunc regem qui uenit, interrogemus eum cum Apostolo Act. 9. Domine quis es? Et respondit illud Apoc. 1. Ego sum alpha & omega: hoc est, principium & finis, principium in creatione, ad Rom. 11. Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia: Ideo dixit Io. 8. Ego principium qui & loquor uobis; scilicet in creatione. Dixit et finis in glorificatione; ad quem omne bonum nostrum finaliter reducitur. Vnde Aug. Omne bonum nostrum autem Deus est, aut in Deo est. Ideo Psalm. Tu es gloria mea; tu es susceptor meus. Sed si adhuc diceret, interrogando: Quis es domine qui in carne uenisti? responderet illud: Ego sum uermis, & non homo: Et hoc per assumptionem carnis, quia sicut uermis ex materia generatur terra, tamen eius formatio non fit uirtute terrae, sed solis: Sic rex noster qui uenit in carne, sumpsit corpus & carnem de terra, scilicet uirginis Mariae, sed formatio eius corporis in uirgine non fuit uirtute humanae, sed uirtute spiritus sancti. Ideo dicit: Ego sum uermis & non homo, id est non sum ut alter homo conceptus, & natus propagatione seminis. Vnde canit Ecclesias: Non ex uirili semine, sed mystico spiramine, id est uirtute spiritus sancti. Ideo Luc. 1. cum uirgo interrogaret angelum: Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? respondit angelus: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Altissimi obumbrabit tibi, quasi diceret: Non quaeras ordinem naturalem; cum naturam transcendat quae agitur in te. ¶ Sed cum dicat Aug. Operatio diuina est communis toti Trinitati, quia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa: quare tunc formatio corporis Christi attribuitur spiritui sancto? Responderet sanctus Tho. Incarnatio Christi protendit ex amore. Vnde Aug. Si Deus homines non amasset, de caelis ad terram non descendisset. Et ideo ait Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Sed in diuinis personis spiritus sanctus est amor patris & filij. Conueniens igitur fuit, ut incarnationis opus spiritui sancto attribueretur. Et sic est uermis & non homo, scilicet communis, sed singularis uirtute spiritus sancti conceptus & natus. Tertio quaeras, Quis es qui uenisti in carne? Responderet illud Can. 2. Ego flos campi & liliu conuallium, scilicet ob gratiae plenitudine & alijs ab ipso gratiae communicationem. Nam sicut flos est plenus succo, sic Christus in anima & in carne plenus est gratia & donis. De quo Io. 1. Vidimus eum plenum gratia. Item sicut liliu

lōgē latēq; diffundit odorem suum: sic Christus nulli peccati denegat gratiam. Vnde Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. ¶ Ideo Aug. dicit: Triplex est gratia in Christo. Prima est gratia vnionis, secundū quam humana natura nullis meritis præcedētib; vnita fuit diuinę in dei filio in vnitate personę. In rebus per tempora ortis illa summa est gratia q̄ homo vnitus est deo in vnitate personę. Et hæc gratia vnionis in Xpo est infinitę liberalitatis & gratuitę beneuolentię, ita quod nullus eam meruit. De quo Aug. dicit: Susceptionē illā humanitatis nulla merita præcesserunt, sed ab illa susceptione cūcta merita incepterunt. Secūda est gratia singularitatis, qua aīa Christi præ cæteris sanctis fuit diuinitate repleta. Vnde ad Col. 1. In ipso cōplacuit (s. toti Trinitati) omnē plenitudinē diuinitatis habitare corporaliter. Vnde Aug. hoc probare volens, q̄ Christo homini non sit datus spiritus gratiæ ad mensuram, sicut aliis sanctis, sed omnis gratiæ plenitudo, dicit: Sicut in singulis mēbris corporis est vnus sensus cōmunis, s. tractus: in capite verō sunt oēs sensus: ita in capite Christi sūt omnes gratiæ. Ideo Aug. Et totū Christum in ipso instanti suę cōceptionis accepit, quicquid ad rationē gratiæ pertinere potuerat. De aliis sanctis dictū est 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarū sunt. De Christo verō dicitur Ioā. 3. Quē enim misit deus, verba dei loquitur. Nō enim ad mensuram dat deus spiritū, &c. Tertia gratia dicitur capitis in Xpo, secundū quod ab ipso gratia redundat in alios: sicut odor ā flore absq; eius diminutione. Ideo dicitur Eccl. 24. Trāsite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini. Et Matth. 11. Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, s. odore gratiæ tāquā flos cāpi. Dicamus igitur omnes illud Cant. 3. Curremus in odore vnguentorum tuorū. ¶ Quarto si quæris, Quis es domine qui venisti? Respōdet tibi sicut mulieri circa fontē, Ioan. 4. Ego sum Messias qui loquor tecum. Et hoc pater per miraculorū operationē, de quibus Ioan. 3. dixit Nicodemus: Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi deus fuerit cum eo. Et per se dixit Ioan. 10. quærentibus Iudæis: Si tu es Christus dic nobis palā, quousq; animā nostrā tollis? respondit: Si nō facio opera patris mei, nolite mihi credere: si autē facio, & si nō vultis mihi credere, operibus tamē credite, q̄ ego in patre & pater in me est. Quinto si quæris, Quis es qui venisti? respondet tibi illud Ioā. 9. Ego sum lux mūdi. Cui testimoniū perhibuit Ioan. 1. Erat lux vera, quæ illuminat oēm hominē venientē in

huas

hunc mundū. Ad quam lucē iubet nos accedere Ps. Accedite ad deū & illuminamini. Super quæ verba dicit Greg. Mens hominis tot gressibus accedit ad Deū, quot bonis affectibus proficit: & tot ab eo abscedit, quot cogitationibus, verbis & operibus peccat. O quot sunt hodie tales, qui per affectatam malitiā hanc lucē fugiunt. Quod cōqueritur Ioā. 3. Venit, in quies, lux in mūdū, & dilexerūt plus homines tenebras quā lucē, erāt enim eorum opera mala. Na omnis qui malē agit, odit lucē, vt sunt peccatores in mortali peccato torpētēs, qui adhuc sunt in operibus tenebrarū. Ideo dicit Apost. Rom. 13. Abiiciamus igitur opera tenebrarū, & induamur arma lucis. Et obtinebimus hic gratiam, pōst vitam æternam.

¶ Vnde, quomodo, ad quos, propter quid & quibus viis rex noster Christus in mundum venerit. Quo humilitatis sese nostri causa demiserit. Quos & quare natura humana defectus assumpserit.

## ENARRATIO III.

**E**cce rex tuus venit tibi mansuetus, vt supra. ¶ Videmus namque, quod sol non potest videri in sua rota, nisi per vaporē vel nubem præ nimia sua claritate. Sic spiritualiter Christus sol iustitię, de quo sole scribitur Malach. vlt. Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitię. Hic sol in sua claritate diuinitatis est inuisibilis oculis corporalibus. De quo Exod. 33. Non videbit me homo & viuet. quia Deus spiritus est: sed corporalibus oculis nihil visibile est nisi color vel coloratū: sed talis in se Deus non est: ergo nec corporalibus oculis visibilis. vnde 1. Ioan. 3. Deū nemo vidit vnquam, nisi in nubilo humanitatis. De quo item Exod. 19. Iam nūc veniam ad te in caligine nubis, i. humanitatis. Hic aduētus figurabatur, Exo. 34. dum Mose descendente de mōte nō potuerunt filij Israel intendere in faciem eius nisi per velamen. Sic Deus descendens de mōte cœli non potuit videri a nobis, nisi per velamē humanitatis. Quod præ nidēs Iob, dixit: In carne mea videbo Deū saluatorē meū. Quod cognoscēs Zacharias, & aduētū ei esse mitē in carne, dixit (vt euāg. locū supra adductū allegat) Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, &c. Audistis nāque de dignitate huius regis, & quis sit qui venit in carne. Nunc videndum est

- 1 Vnde venerit, vel à quo descendit.
- 2 Quomodo venerit.
- 3 Ad quos venerit.
- 4 Ad quid venerit.
- 5 Quibus viis in mundum venerit.

¶ Quo ad primu, vnde vel a quo venerit, hoc describit *Isa. 30.* Ecce nomen domini venit de longinquo. *Ps. 8.* A summo caelo egressio eius, sicut a caelo aternitatis. Ad quod propheta *Dauid* exclamat *Ps. 43.* Domine inclina caelos tuos & descende. *Esa. 63.* Vtinam dirumperes caelos & descenderes. Et sic nō venit tantū de caelo sidereo, vel aereo, sed trinitatis. De quo caelo dixit *Lucifer, Isa. 14.* In caelum conscendam, & similis ero Altissimo. Sed corruit qui hoc caelum ascendere voluit. Ex invidia verō hominē, quē in locum suum Altissimus ordinavit, post casum supplantavit: idē filius rectē potuit dicere illud *Exodi 30.* Vidi afflictionem populi mei, qui est in Aegypto, & clamorem eius audiui, & descēdi liberare eum non per loci mutationem, sed per carnis assumptionē. Super quo *August.* De sinu patris dignatus est venire in vterū matris. Sed dixeris: Deus est immutabilis & omnibus praesens, quomodo potuit descendere? Respondet *S. Thomas & Magister, 3. d. 2.* Non enim descendit sic, quōd secundū diuinitatem prius solum fuerit in caelo, & quod nunc in suo aduentu deseruerit caelum, & coeperit inferius solum esse in terra: Sed sic est intelligendum, quod Dei filius summum bonum se humiliavit & inclinavit, & pro nostra salute humanam naturam recepit, quae est quasi puluis in comparatione diuinæ maiestatis. Exēplum: si *Cæsar* duce ret filiam ignobilis rustici, diceremus eū descēdisse, licet esset adhuc eque nobilis & potens: sic etiam dicitur venisse & visibilis apparuisse, qui antea per naturā diuinitatis erat invisibilis. ¶ Secundō vidēdum est, quomodo venerit & vnde descēderit. Primō de monte excellentissimē diuinitatis in vallem abiectae humanitatis. *Phil. 2.* Nam cum in forma Dei esset (id est vñ in essentia cum Deo patre) seipsum exinanivit formā serui accipiens (i. valde se humiliavit propter nos) patri obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Etiam se humiliavit ita, quōd parētibus suis quasi maioribus obediuit. *Luc. 2.* Descēdit cum illis, & erat subditus illis. *Bern.* Quis? quibus? Deus, hominibus. Item alibi: O nouissimū & altissimū, o humile & sublime, opprobriū hominum facta est gloria angelorum. Nā eius altitudo est inattingibilis, abyssus imperferuabilis, longitudo interminabilis, latitudo immēsurabilis, hęc extrema humilitas in se recipit. *Matt. 11.* Discite, inquit, a me, quia mitis sum & humilis corde. Secundō descēdit de mōte potentiae in vallem humilitatis. O magna eius potētia in diuinitate. *Psal. 71.* Dominabitur a mari vsq; ad mare. *Iob 41.* Nō est potestas super terrā, quae cōparetur ei, qui factus est vt nullū

timeret.

timeret. adeo vt *Hester* dicat: in ditione tua cūcta sunt posita, & non est qui tuae possit resistere voluntati. Et tamē ita infirmus propter nos factus est, vt coeperit esurire, fatigari, pati, & mori. Hęc oia in humanitate pro nobis voluit sustinere. *Isa. 53.* Verē lāguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Etiam descēdit in vallē nostrae miseriae, quam volūtariē assumpsit. *Magister 3. dist. 1.* Sicut enī, propter hominē homo factus est, ita propter eū hominis defectus suscepit. Suscepit enim de nostro vt de suo nobis tribueret, vt nostrum tolleret. Suscepit enim nostrā vetustatem, vt suam nobis infunderet nouitatem. Simplā ille accepit vetustatem, id est, pœnā, vt nostra dupliam cōtineret, id est, pœnā & culpā. De quo *S. Tho.* dicit cōueniens fuisse corpus assumptum a filio Dei humanis defectibus subiacere & infirmitatibus propter tria. Primō ad cōdignam pœnā satisfactionem. Nam vnus pro peccato alterius satisfacit, dū pœnā peccati alteri debitam in seipso suscipit. Huiusmodi autē defectus corporales, sicut mors, fames & sitis sunt pœna peccati, quod in mūdum per Adam est introductū, secundum illud *Rom. 5.* Per vnum hominem peccatū intrauit in huic mūdū, & per peccatum mors. Vnde cōueniens fuit, quantum ad fidē incarnationis, quod huiusmodi pœnalitates in carne nostra susciperet vice nostra, secundum illud *Isa. 53.* Verē lāguores nostros ipse tulit, &c. Secundō, propter fidem incarnationis astruēdā. Si enim sine defectibus filius Dei humanam naturā assumpsisset, videretur nō fuisse verus homo, nec veram carnē habuisse, sed phantasticam, vt mentiti sunt *Manichaei*. Ideo *Phil. 2.* Exinanivit semetipsum formā serui accipiēs, in similitudinē hominum factus est, & habitu inuētus vt homo. Vnde *Thomas* qui dicitur *Didymus*, per aspectū vultus ad fidē est reuocatus. *Ioan. 20.* Tertiō propter exemplū patientiae praebendū, sicut in defectibus nostris, tribulationibus & passionibus. Vnde *Hebr. 2.* Recogitate eū, qui tale sustinuit a peccatoribus cōtradictionē, vt non defatigemini animis vestris deficientes. Dicit enim sanctus *Thomas*: Defectus sunt triplices, quidam repugnant perfectioni sciētiae & gratiae: sicut ignorantia & pronitas ad malum, & difficultas ad bonum: & tales nō suscepit Deus. *Ioan. 1.* Vidimus eum plenum gratia & veritate. Alij sunt defectus, qui non cōsequuntur communiter totā naturā humanā, ppter peccatū primi parentis, sed causantur in aliquibus hominibus ex quibusdā particularibus causis, sicut lepra, paralytis, febris, cecitas: qui quidē defectus & causantur quādoq; ex culpa hominis, vt ex peccato, vt in

b 5

Giezi & Oſia vſu venit. 4. Reg. 1. 2. Para. 26. Aliquãdo ex ordi-  
 natione vñtus, aliquando ex defectu virtutis formatiua: quo  
 rum neutrum conuenit Chriſto, quia earo eius de ſpiritu ſan-  
 cto cõcepta eſt qui eſt infinita ſapientia & virtutis, errare & de-  
 ficere nõ valens, & ipſe etiã Chriſtus nil inordinatũ vitã ſuã  
 exercuit. Tertij defectus ſũt, qui in hominibus omnibus cõ-  
 muniter ex peccato primorũ parẽtũ inueniũtur: ſicut mors, fa-  
 mes, ſitis: & huiusmodi Chriſtus ſuſcepit, ſicut & verã naturã  
 humanã aſſũpſit. Vnde Aug. Cũ Deus haberet duo bona, ſ.  
 iuſtitia & immortalitatẽ, nos duo mala, ſ. iniquitatẽ & morta-  
 litatẽ: vtrumq; malum nõ ſuſcepit, quia aliã par nobis factus  
 fuiſſet, & liberatione nobiſcum indiguiſſet. Vt igitur eſſet pro-  
 ximus nobis diſpõſariũ ſuſcepit mortalitatẽ, vt nobis daret  
 immortalitatẽ. Vnde Bern. Illa ſũma maietas in carne voluit  
 mori, vt viuereſcit: ſeruire, vt regnareſcit: exulare, vt repa-  
 triareſcit. Et dicit S. Thomas: Non ſolum venit ad delendũ il-  
 lud peccatum quod traductum eſt originaliter à primis parẽ-  
 ribus in poſteros: ſed etiã ad deletionẽ omnium peccatorũ, quã  
 poſtmodũ ſuperaddita ſũt. Si quãdo autẽ nõ delentur, hoc eſt  
 propter defectũ hominũ, qui Chriſto nõ inharẽt per fidẽ, ſpẽ  
 & charitatem, ſecundum illud Ioan. 3. Lux venit in mundum,  
 & dilexerunt magis homines tenebras quã lucẽ. Tertiõ de-  
 ſcendit ſeu venit de morte gloriã in vallẽ confuſionis, vt ait  
 per Pſal. Ego ſum opprobriũ hominũ & abiectio plebis. Pſal.  
 21. Nam plebs Iudaica ſibi in opprobriũ tempore paſſionis ele-  
 git Barrabam, & abiectio eum, vt haberet Luc. 23. De quo con-  
 queſtus eſt per Ieremiam 30. Confuſus ſum & erubui, quoniã  
 ſuſtinui opprobriũ adoleſcentia: meã. Reuera multas confu-  
 ſiones ſuſtinuit & opprobria, quia calumniabantur eũ dæmo-  
 niacũ. Matth. 12. Itẽ voracẽ, poratorem vini, peccatorũ & publi-  
 canorũ amicũ, Matt. 11. vt impleretur illud: Tota die verecun-  
 dia mea contra me eſt, & confuſio faciei meã cooperuit me,  
 Pſal. 43. Et oportuit opprobriũ eſſe magnũ, per quod totius mũ-  
 di opprobriũ delendũ erat. Nã de eo ſcriptũ eſt Iſa. 25. Oppro-  
 briũ populi ſui auferet ab vniuerſa terra. Et ſic breuiter ha-  
 bes, vnde rex noſter venerit, nepe de cœlo, & quõ venerit, vt-  
 pote in mũdũ. ¶ Tertio videndum eſt ad quos venerit. Dicit  
 enim Zacharias Luc. 1. Viſitauit nos oriẽs ex alto, Iuſurandũ  
 qd iurauit ad Abrahã patrẽ noſtrũ, daturũ ſe nobis, &c. Venit  
 in quã ille, cuius nomẽ vocabitur Emanuel, quod interpreta-  
 tur nobiſcũ Deũ, Iſa. 7. Propter qd dicit Dauid Pſ. 45. ſuſceptor  
 noſter Deus Iacob. Et itẽ Pſ. 113. Dñs memor fuit noſtri & be-  
 nedixit

nẽdixit nobis. Ideo nos qui viuimus in gratia, benedicimus  
 dño ex hoc nũc & vſq; in ſeculũ, quia viſitauit & fecit redẽ-  
 ptionẽ plebis. Luc. 1. Vnde Bern. Venit vniuerſitatis condi-  
 tor & creator omnium ad creaturam: venit Deus & homo ad  
 homines & propter homines. ¶ Quarto cõuenit ſcire ad quid  
 venit. Et reſpondet de ſeipſo, Chriſtus Luc. 9. Filius hominis  
 nõ venit animas perdere, ſed ſaluare. Et Matt. 18. Venit enim  
 filius hominis ſaluare quod perierat. Et 1. Tim. 1. Chriſtus Ie-  
 ſus venit in hũc mundũ peccatores ſaluos facere. Sed dixit  
 quiſpiã, mouẽdo quaſtionẽ, Vtrũ Chriſtus principalius vene-  
 nerit ad delendã originalẽ culpã in peccatoribus, q̃ actualẽ?  
 Et reſpõdetur, qd verius pro originali. Quod primõ patet per  
 exemplũ ſeu ſimile, quod nos ad intelligendũ alia intelligi-  
 bilia trahit, atq; ducit. In ſenſibili enim atq; corporali me-  
 dicina neceſſe eſt, vt medicus principaliter occupetur cõtra  
 cauſam, & radicẽ ægritudinis, vt eã ſi ſit calida vel frigida,  
 cõtrario ſuo expellat. Frigidũ nim calidis, & calida frigidis  
 cõtrariãtur. Nã medicus qui cõtra uſam ægritudinis ignoraret  
 fruſtra laboraret, vel ſi curaret nõ niſi accidentaliter ſanaret.  
 Cauſa autẽ actualis peccati eſt originale contractũ à primis  
 parentib; quod fuit cõtra bonũ totius humanã naturã. Vn-  
 de ad eius deletionẽ Xps rex noſter venit principalius. Item  
 ſecũdõ probatur ſic: Actio ſatisfactionis debet proportionari  
 quãtitati culpã ex parte boni quod corripitur per culpam.  
 Nã bonũ quod corripitur per peccatũ actuale, eſt bonũ vni-  
 uerſale: ſed peccatũ originale in primis parẽtibus fuit cõ-  
 tra bonũ totius naturã humanã. Modõ ſecũdũ Phil. 1. Ethic.  
 Bonũ gẽtis eſt diuinius q̃ bonũ vniũs hoĩs: quia bonũ quãtõ  
 cõmuniũs, tãtõ diuinius. Ergo incarnatio, p̃ qua facta eſt ſa-  
 tisfactio, principalius ordinatur cõtra originale peccatũ, q̃  
 actuale. Itẽ tertio ad p̃bationẽ eiũſdẽ dicit: Ad ſatisfactionẽ  
 pro actuali ſufficit virtualis actio vniũſcuiuſq; hoĩs: ſed pro  
 peccato originali primorũ parẽtũ requiritur oĩs actio totius  
 humanã naturã prædominãtis. Igitur, &c. Sed obieceris in  
 oppoſitũ: quãtõ peccatũ grauius, tãtõ ad illud requiritur reme-  
 diũ efficacius: ſed actuale videt̃ grauiũ, quã volũtariũ. Igitur, &c.  
 Dico ergo eũ Magiſtro in Sent. li. 2. diſt. 13. qd peccatũ actuale  
 mortale ſi cõparet̃ ad p̃ſonã ipſum cõmitetũ, tũc eſt grauiũ,  
 & p̃ eo grauius homo q̃ p̃ originali punietur, quã p̃ peccato  
 dani & etiã p̃na ſenſus: ſed p̃ originali, p̃na dani cãtũm &  
 ſine remorſu cõſcientiã, quã multũ affligit dãnatos. Sed  
 mortale actuale ſi cõparet̃ ad totã humanã naturã, nõ ita  
 graue

graue est sicut originale primorū parentū, quia nō inficit nisi personā quæ ipsum cōmittit. Christus autē rex noster nō venit vt redimeret solū vnā personā, sed totū genus humanum. Idcirco principalius venit contra originale peccatum quam mortale actuale. Quia tamen per mortē suā innocētissimā satisfecit de vtroque, propter hoc vtiq; & ipse venit vt & peccatores de actuali ad pœnitentiā reuocaret. Matt. 10. Luc. 5. Nō veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiā. Dicit Gl. Iusti ad pœnitentiā nō vocantur, sed ad vitam æternā. Sed peccatores prius vocātur ad pœnitentiā, vt peccatis prius per pœnitentiā depositis, introitu regni cœlorum efficiantur digni. Item venit vt ouem perditā quæreret, i. hominē. Quod & Psal. petebat, dicens: Erraui sicut ouis quæ periit: quære seruum, & Ps. 118. Vnde ipse in parabola Luc. 15. de se figurat ter loquēs, significauit se esse hominē qui 99. oues dimiserat in deserto, i. nouem angelorū choros in cœlo, quod desertum fuit ab angelis peccantibus, venitq; ad ouem centesimam, i. hominē quærēdum. Vnde Iere. 12. Reliqui domū meam, (s. cœlestem) dimisi hæreditatem (i. angelorū societatem) dedi propter te, o homo, dilectam animam postquam corpus habebat: imò & corpus dedit in manus, i. in potestātē inimicorum eius. Et hoc fecit, vt hominē quasi ouem centesimam, quam perdidit, inueniret. Tē venit, vt canit Ecclesia in primo responsorio de natiuitate domini, vt hominē perditum ad cœlestia reuocaret. Vnde glo. dicit super illo verbo: Exiit qui seminat, &c. Decenter Christus aduentū suum exitum vocat: eramus quidem exclusi à deo & sic cōdemnati, rebelles & abiecti, sed Christus exiit ad nos per assumptam humanitatem nobis loquens & viā veritatis ostendēs, donec nos deo reconciliaret. Vnde Hugo: vt te hominē releuaret vnde cecideras, illuc dignatus est descēdere, vbi iacebas: & vt tibi iustē redderet quod perdideras, ipse dignatus est soluere, quod debueras. Ideo descēdit, suscepit, sustinuit, redemit, vicit, & restaurauit. Descēdit de cœlo in mūdū, suscepit mortalitatē, & sustinuit passionē, redemit hominē, & vicit diabolū. Idcirco dicit Aug. Ille iustus venit ad nos peccatores, vt ex peccatorib; iustos faceret: pius venit ad impios, vt nos faceret pios: humilis venit ad superbos, vt nos humiliaret: venit saluator ad perditos, vt nos in æternū saluaret. Propterea deus homo fact; est, vt hominē saluaret. Propterea Deus homo fact; est, vt omnē hominē in se beatificaret: vt tota hominis cōuersio esset ad ipsum & tota eius dilectio esset in illo: vt à sensu carnis videretur

retur per carnem: à sensu mentis videretur per diuinitatis cōtemplationem. Sexto videndum est de semitis & de viis, per quas venit. Pro quarū inuestigatione dicemus cū Ps. 24. Vias tuas dñe demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Edoce, s. per scripturas, vias & semitas, per quas venisti in carnē. Vbi sciendū quod per quinq; vias venit in mūdū. Primò per viā misericordiæ & pietatis, quā inuocauit Dauid, dicens: Veniar super me misericordia tua. Et iterū: fiat misericordia tua, vt cōsolerur me. Iterū: Fac cū seruo tuo secundū misericordiam tuā. Et iterū: Fiat misericordia tua domine super nos. Quem tam frequentē clamorē dominus incarnari volens exaudiuit, vt dicit Zacharias Luc. 1. Per viscera misericordiæ dei nostri visitauit nos oriēs ex alto. ad Tit. 3. Benignitas & humanitas apparuit saluatoris, nō ex operib; iustitiæ quæ fecimus nos. Dicit nāq; Isa. 64. Facti sumus vt immūdi omnes nos, & quasi pannus mēstruata vniuersę iustitiæ nostræ: quia omnis caro corruperat viā suā super terram. Genes. 6. Et quia oēs declinauerunt, simul inutiles facti sunt, vt dicit Psal. 13. Nō est qui faciat bonū, nō est vsq; ad vnū, i. ad Christū, qui venit per misericordiā saluare nos. Vnde dicit Aug. Quos non potuit saluare per iustitiam, saluauit per suā misericordiā infinitam. Nā ipse est qui dicit per prophetā Ozeæ 6. & Matt. 6. Misericordiam volo & nō sacrificium. Ideo ipse est verus Samaritanus, q̄ miserus est vulnerato spoliato semiuuo relicto. Luc. 10. qui misericordia motus infudit oleū & vinū, & liniuit vlnera ei; & ligauit. Ipse est miserator & misericors. Psal. 85. Et iterū Ps. 144. Miserationes eius super omnia opera eius. Ideo venit per viam miserationis, quia nō vult mortē peccatoris, sed magis vt cōuertatur & viuat. Ezech. 18. & 31. Ipse item est qui dixit Iob 3. Ab infātia mea creuit mecum misericordia, & de vtero matris meæ egressa est mecum. ideo petere debemus hāc viam, dicēdo: Ostende nobis domine misericordiā tuam. Psal. 81. Nā sicut per viā misericordiæ venit ad nos: sic & nos per eandē debemus venire ad eū. De qua Ecclesia. 16. Misericordiā vnicuiq; preparat locū secundū merita operū. Secundo venit per viam veritatis. Vnde: Vniuersę viæ domini misericordia & veritas. Ps. 24. Nam misericordia venire permittit, sed veritas compulit. Quod ergo per viam veritatis venerit, ostēdit Psal. Viam veritatis elegi. Psal. 118. Ad hoc, s. vt impleam per aduentum meum in carnē, quod promissis patribus, iuxta illud: Quæ procedūt de labiis meis nō faciā irrita. Ps. 88. Nā ipse promissit Abraham, Genes. 22. Per memetipsum iurauit



iuravi, dicit dominus, quia fecisti hanc rem, & nō pepercisti filio tuo propter me: benedicam tibi & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli. Quod iuramentū solutum est per adventum Christi. Simili modo promisit David, dicens: Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar (id est non mentiar) semen eius in aeternū manebit. Et iterū: Iuravi David seruo meo, vsq; in aeternum præparabo semen tuum. Psal. 88. Quod aliter fieri non potuit, nisi per vnionē deitatis cū humanitate eius, s. qui verbum caro factum est & habitauit in nobis. Et quia omne promissum cadit in debitū, ex quo promissū, ideo promissum tenuit. Iuxta illud Isa. 45. In memetipso iuravi, egredietur de ore meo verbum iustitiæ. Et venit ad nos per viam veritatis, & per hanc debemus redire ad eum, iuxta illud Psal. Domine quis hab. in tab. tuo? Et respondet: Qui loquitur veritatem in corde suo. Tertio venit per viam puritatis. Vnde Bern. Virgo beata est via regia, per quā Saluator ad nos venit, procedēs ex ipsius vtero tanquam sponsus de thalamo suo. Vnde Prouer. 3. Viæ eius viæ pulchræ: & omnes semitæ eius iustæ, & lignū vitæ est his qui apprehendūt eam, & tenuerint eā. Vnde Bern. Studeamus dilectissimi, per eā viā ascendere, qui per ipsam ad nos venit, studeamus per ipsam venire ad gratiā ipsius, qui per eā in nostrā venit miseriam, s. per viā veritatis, de qua Bern. Inquirimus veritatem in nosmetipsos diiudicando, in proximis eorum malis cōpatiēdo, ipsam veritatē in sui ipsius natura mūdo corde contemplantō. Vnde sine cordis mūditiā veritatis viā attingere non valemus. De quo 2. Reg. 22. Deus immaculata via eius. Et merito, quia est candor lucis æternæ, & speculū sine macula. Sap. 7. Sic & nos oportet per viā illam ire. Vnde Psal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Et respondet: Innocens manibus & mūdo corde. Ideo Mat. 5. Beati mūdo corde, quoniā ipsi Deū videbūt. Non dicit mūdo corpore. Nō enim querit Deus pulchrā carnē, sed pulchrā mentē. Nam qui habent munditiā corporis & nō mentis, sunt similes sepulchris dealbatis, quæ à foris apparēt hominibus speciosa, intus verō plena sunt omni spurcitiā. Matth. 23. Ideo petit Psal. Cor mundū crea in me Deus. Psal. 50. Et Isaias hortatur: Lauamini & mundi estote. Psal. Secundū puritatem manū mearum retribuēt mihi. Psal. 17. eō quōd nihil inquinatū intrabit in eum. Apoc. 2. Quarto venit per viā humilitatis. De qua Greg. Vt deus superbū hominē redimeret, infinitā humilitatem assumpsit. Ideo humilitas Deū dē cœlo traxit ad terram.

Quæ

Quæ quidē humilitas fuit in virgine Maria, sicut dixit Luc. 1. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Vnde Aug. Deum hominibus dedit, vitā mortalibus præbuit, cœlos inuouauit, paradisum reserauit, animas hominū liberauit. Sancta est Mariæ humilitas, scala cœlestis, per quā deus descendit ad terras. Nā virginitas & castitas deo non placuisset, si nō humilitas fuisset. Ipsa enim per castitatem ornauit humilitatē, & per humilitatem custodiuit castitatem. Sicut per superbiam primū parentis mors intrauit, ita per humilitatem Mariæ & Iesu Christi filij eius vitæ introitus panditur. Sic nos per illā viā oportet peruenire ad eū. De quo Aug. Qui vult venire ad altitudinē claritatis, ambulet per viā humilitatis, quia excelsa est patria & humilis via. Et idem: Erubescat superbire humana infirmitas, cū se intantum depressit diuina maiestas.

Quinto venit per viā charitatis. De qua Bern. In nullo cōmendauit sic Deus charitatē suā, sicut in mysterio incarnationis & passionis. Vnde Aug. Caritas est via dei ad hoies, & hoium ad Deū. Nam per illā viā venit ad nos & factus est homo: sic nos per eandē viā ambulare debemus. Vnde Hugo: Caritas est fons, de quo non cōmunicat alienus. Nam sine charitate nemo saluatur, & cum charitate nemo damnatur.

*De tempore aduentus Christi in carnem: An diabolo fuerit cognitum; An angelis, An Adam ante lapsū: Quanta cum potentia, clementia at que amore venerit.*

## ENARRATIO IIII.

**E**cce rex tuus venit tibi mūfetus, vbi supra. Audi uistis namq; de Regis nostri aduentu, quis sit, quis est qui venit; & vnde venit, & à quo venit, & ad quos venit, & propter quid venit. Nunc videndum est sexto, quando venerit, & quo tempore. Et respondetur, sicut colligitur ex scripturis, quōd non venit in temporis initio, nec in medio, sed in fine, sicut scriptum est Abac. 2. Apparebit in finem, & non mentietur. Si moram fecerit, expecta eū, quia veniens veniet, & nō tardabit: Et sic tēpus aduentus eius est vltima ætas, in qua nos sumus. Iuxta illud 1. Cor. 10. Nos sumus, in quos fines seculorū deuenerunt. Sic 1. Ioan. 2. Filioli nouissima hora est, i. ætas vltima, hoc est sexta: quia hominē quē sexto die formauerat de limo terræ, redimere venerat in sexta ætate. Itē hoc tēpus fuit tēpus sui beneplaciti, sicut testatur Isa. 49. In tēpore beneplacito exaudiui te, hoc est in die incarnationis: & in die salutis adiuui te, hoc est in die passionis. Itē hoc tēpus fuit plenitudo

tudo temporis, de quo ad Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis, i. tempus definitū & decretum à tota trinitate pro humana redemptione: misit deus filiū suum natum de muliere, s. in carnem, factum sub lege, vt legem adimpleret, vt dicitur Matt. 5. Non veni legē soluere, sed adimplere Vt eos qui sub lege erant redimeret, id est sub onere legis. Tēpus plenitudinis dicitur tēpus gratiæ, quia à Christo recepit exordiu, iuxta illud, Ioan. 1. Gratiæ & veritas per Iesum Christū facta est. gratia super naturā, veritas super figurā facta est per Iesum. Et hoc in fine temporis, in quo deum incarnari decebat.

¶ Nota, decuit deum incarnari in fine temporis propter sex causas:

- 1 Propter diuinā iustitiæ manifestationem.
- 2 Propter morbi efficaciorē cognitionem,
- 3 Propter delicti cognitionem,
- 4 Propter ægrotantium multiplicationem,
- 5 Propter beneficij incarnationis commendationem.
- 6 Propter desiderij intentionem.

De quibus dicit sanctus Thom. par. 3. q. 1. artic. 6. primò decuit protrahere incarnationem vsque in finem temporū propter diuinā iustitiæ manifestationem. Nam dei iustitia est, vt dicit Aug. quòd nullum malum impunitum maneat. Et ideo peccatum Adæ prius puniuit: rātos clamores. & tam frequentes (vt supra visum est) sustinuit luctus & suspiria fieri permisit, antequam descēderet, & Adam cū posteritate sua tanto tempore expectauit in limbo, & de paradiso expulsus fuit, vt sic manifestaretur per diuinam iustitiā nullum peccatum inultum dimitti, iuxta illud Aug. Nō stat dedecus culpæ sine decore iustitiæ. Secūdo propter morbi efficaciorē cognitionem, quia medicina nō datur infirmis qui æstimāt se esse sanos, nisi cognoscant se esse infirmos. Matth. 9. Non enim est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Atqui ipsi à principio non cognouerūt magnitudinem infirmitatis. Et sic fuit cōueniens differre salutis remedium, incarnationem, s. propter acquirēdam peccati cognitionem, vt cognoscerent, q̄ nec sacerdos, nec leuita poterat esse peccati medicus, nec lex, nec propheta, nec sacrificium, nec holocaustum, de quo Psalm. Holocaustum pro peccato non postulasti, tunc dixi, Ecce venio. Psalm. 39. Tertiò propter delicti cognitionem, eo quia ex superbia fuerat commissum, ideo necessarium fuit, vt homo se humiliaret, & cognosceret se liberatore indigere, & sic cognita infirmitate q̄ peccati iugū lex excutere

non potuit (vt dicit Grego. Lex peccata indicauit, sed non deleuit) homo humiliando se clamaret quasi gratia indigeret, quarens auxilium. Vnde Bern. Per superbiam à Deo recessimus, è conuerso per humilitatē appropinquamus. Vnde: Humiliatus sum & liberauit me. Ps. 14. Et oportuit Deum incarnari post illa duo tempora, in quibus homo conuersus fuit de ignorantia & impotentia, vt in solo Deo spes salutis haberetur. Quarto decuit differri beneficium incarnationis propter ægrotantium multitudinem, ita quòd tunc fieret quando maximè fuit necessarium: vnde Aug. Magnus venit medicus, quia per totū mundū vbique iacebat ægrotus, quia non fuit quisquā hominum, qui infirmitate originalis peccati nō ægrotaret, ideo omnes tunc clamore valido postulabant medicum. De quorum numero fuit Dauid, dicens: Miserere mei domine, quoniā infirmus sum, sana animā meam, quia peccaui tibi. Ps. 40. Quasi diceret: O domine tu nosti, quoniam ego ipse me sanare non possum à morbo originalis culpæ: ideo, quia in peccatis concepit me mater mea. Similiter Isa. de toto hominum genere pronūciat: Omne caput languidum, & omne cor mœrens, s. fuit ante aduentū Christi. Ideo dominus in fine temporum vidēs afflictionem hominū, misit verbum suū, s. æternū per incarnationē: vt sanaret eos, sicut dixit Moses, Deute. 7. Auferet à te dominus omnem languorem, sicut promisit Deus, Isa. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. De quo & Sap. 26. Misericordia tua domine adueniens sanabat eos. Vt impl. illud Iere. 0. Obducā cicatricem tibi, & sanabo te à vulneribus tuis. Quintò decuit differri propter augmentum desiderij. Quāto enim aliquid plus negatur & lōgius differtur, tanto amplius desiderij augmentatur, Prouerb. 13. Spes quæ differtur affligit animā, & lignū vitæ desiderium veniēs. Vnde si cuiuslibet amici aduentus ex desiderio expectatur: merito huius amici qui omni tēpore amicus est, cū desiderio expectari deberet, qui secum affert thesauros omnium gratiarum. Cū Moses peteret à Deo Exo. 32. Ostende mihi gloriā tuā: respon.do. Ostendā tibi omne bonum, id est, filiū Dei in carne veniētē. Nam Deus in carne veniēs catenus vniciusque se & gratiā suam cōtulit, quatenus ad ipsū desiderij eius dilatauit. Hinc est quòd se Simeoni totum ad amplexandum cōtulit, quia toto desiderio eius presentia postulauit, dicens: Putas videbo: putas durabo: putas me inueniet illa felix natiuitas? Et sic aduentus in carne differri debuit propter aug-

mentum desiderij. Vnde Agg. 1. Ecce veniet desideratus cū-  
ctis Gentibus. Ideo Ber. inquit, oportet, vt ignis desiderij  
præueniat ad omnē animā ad quā vēturus est. ¶ Sexto decuit  
differri incarnationē propter beneficij incarnationis maiore  
cōmōdationē, quia quod amplius & diutius differtur, cū fa-  
cta fuerit ei<sup>9</sup> copia, pretiosius reputatur. Hic Inno. Si filius dei  
subito post lapsura hominis venisset, & deperditos reduxis-  
set, aliquis videns se facile sanatum, incidisset in ingrati-  
tudinis vitium, & maius vulnus peccati contraxisset, quasi non  
multum medico indignisset, sed propriis viribus & industria  
naturali curatio salutis futura fuisset. Postquā autē diutina  
expectatione grauitatē morbi & curationis difficultatem co-  
gnouit, vidēs oīum medicorū spiritaliū patriarcharū & pro-  
phetarum nō sufficere medicinā, ideo tādē exclamando ad  
Deum cō. Ps. dixit: Sana me domine, quia peccaui tibi, Ps. 40.  
Dicit Senec. Vilescunt citō data, & Gregor. Donum Dei diu-  
tius differtur, vt carius habeatur, & amabilius possideatur: ne  
contingat nobis vt filiis Israel propter facilem & continuum  
pastum mannae, qui dixerūt, Num. 21. Anima nostra iam nau-  
seat super cibo isto leuissimo. Ideo aduentus differri debuit,  
vt hoc dignissimum donum gratiosius haberetur. ¶ Septimō  
vidēdum est, quomodo & qualiter venit. Nam Christus venit  
in corpore latēter, potenter, clemēter, & humiliter. Primō ve-  
nit latēter, vt diabolo aduentū suum occultaret. Voluit enim  
diabolus scire tempus incarnationis, natiuitatis & passionis  
eius, vt nostram salutem impediret. Nam sicut diabolus de-  
ceptionē primorū parentum sub specie serpentis occultauit,  
& in serpente primū hominē decepit: sic Deus saluationem  
nostrā & diuinitatis sup̄potētiā diabolū latere voluit. Tob.  
12. Sacramentū regis abscondere bonū est. Et ideo benedictā  
suā genitricem Ioseph desponsari permisit (dicit Orige.) vt  
diabolo celaretur incarnationis mysteriū. Ideo Cor. 2. Loqui  
mur Dei sapientiā in mysterio, quæ abscondita est, quā ne-  
mo principū huius seculi (id est demonū) cognouit. Glos. cer-  
titudinaliter. Propterea satan multis tentationibus scire cu-  
piens an Christus, filius esset Dei, eum tentauit. Matt. 4. Si fi-  
lius, inquit, Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Item statuit  
eum supra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mi-  
te te deorsum. Sed Christus in istis sic se exhibuit, vt diabo-  
lus ipsum agnoscere non potuerit certitudinaliter, & si con-  
iecturatiuē: & hoc propter infirmitatem carnis (vt dicit Ma-  
ximus) quā in ipso viderat. Nam videbat eū stentem in præ-  
sepio.

sepio. Ambro. Vagit infans inter arcta positus præsepia. Si-  
militer fugientem in Aegyptū. Matt. 2. & esurientem in ere-  
mo, & tamen coniectura fortassis nōnulla ducebatur, quōd  
esset Deus, videns signa & prodigia quæ diuinitus faciebat  
in populo. Vnde Gl. super illud Luc. 4. Scio te, quōd sis sanctus  
Dei, id est, vehementer opinor. Esa. 45. Verē tu es Deus abs-  
cōditus. De qua occultatione Augusti. dicit: In angusto vte-  
ri virginalis velata est eius maiestas, in præsepio & pannorū  
vilitate abscondita est diuitiarum immensitas, sub corporis  
infirmitate abscondita est ei<sup>9</sup> fortitudo, & eius admiranda æter-  
nitas. Et merito: quia 1. Corint. 2. Si cognouissent, nunquam  
dominum gloriæ crucifixissent, id est, crucifigi suggessissent.  
Hinc Rabanus super illo Mat. 27. Multa per visum passa sum  
hodie propter eum: diabolus, inquit, demum intelligens per  
Christum spolia se amissurum, sicut primō damnū & peccatū  
per mulierem intulerat: ita tunc per mulierē vt impedimentū  
mortis Christi, & per consequens saluationis nostræ, sugge-  
reret, studiū applicauit, vt Christum de manibus Iudæorū li-  
beraret. ¶ Sed diceret: Nunquid angeli sciuerunt Christum  
incarnandū? Respon. Licet aduentus saluatoris aliis omni-  
bus fuerit occultus, angelicis tamen spiritibus erat manife-  
stus. 1. ad Timot. 2. Magnum est pietatis sacramentum, quod  
manifestatum est in carne, inificatū est in spiritu, apparuit  
angelis, &c. Vbi Aug. Sic fuit hoc pietatis sacramentum abs-  
conditum à seculis in Deo, vt tantum innotesceret principi-  
bus & potestatibus in cœlestibus. Huius ratio est, quia om-  
nes sunt administratorij spiritus: ad Hebr. 1. Nonne omnes  
sunt administratorij spiritus, missi in ministerium propter  
eos qui capiūt hereditatem salutis? Et hoc fuit incarnationis  
mysterium: vnde oportuit ipsi mysterium huius aduentus à  
principio manifestari. Tamen hęc manifestatio non fuerit  
quo ad omnes circūstātiās in speciali. Vnde dicit Diony. Qui  
perfectius scire cupiebant, dicebant illud Isa. 63. Quis est iste  
qui venit de Edō, &c. Edōm interpretatur sanguine<sup>9</sup>, Bostā  
tribulatio: quia sanguinolentus in tribulatione passionis ap-  
paruit. Ideo Maximus dicit q̄ angeli cognouerint futurā in-  
carnationē: non est dubiū, sed latuit eos inuestigabili<sup>9</sup> cōce-  
prio dñi, atq; modus qualiter totus manebat in omnibus, nec  
nō in cellula virginis. ¶ Sed quærat quispiā: An Adā in statu  
innocētiæ adhuc existēs præseruaret Christū incarnandū? Re-  
spond. Ansel. Quomodo homini lapsō subueniendum foret,  
in cōsilio diuinitatis latebat, & solus Deus nouerat, qui ante

tempora disposuerat, qualiter in tempore omnia fieret. Quapropter et si Adam omnia nouerat, quæ iuste scire debuit, diuinæ tamē incarnationis cōsiliū nesciuit: quod illum ante culpā latuit. Et hoc rationabiliter illū videtur latuisse. Quia sicut sine causa nondum vulnerato medicina apponeretur: ita hominī nondum lapsō frustra incarnationis mysterium ostenderetur. Talis quippe erat vt si nō peccaret, nūquā gehēnā intraret, sed innocentia permanēte solū innocentes procrearet, qui simul essent angelorū choros ascensuri post finē seculorū. Si autem contrariō modo peccaret homo, in cōsilio trinitatis statutum erat verbum, quod ante secula in sinu patris manebat, vt carnem ex homine propter hominem assumeret: quod fieret quasi collyriū & medicina humani generis, cum qua deus omnia genera repararet, quæcunque in cælo & in terra erāt perdita. Adam ergo propter inobediētiā mortī addictus meritō dolere potuit. Sed multo grauius & miserabilius dolere potuisset & lugere, si reparationis suæ mysterium diutius ignorasset. Sciebat enim bene, quod deus angelis delinquentibus non pepercit, sed irrecuperabiliter eos damnauit: Ideo meritō multominus sibi parcendum opinari potuerat. Sicut enim primus angelus cū suis superbiēdo grauem ruinā de cælo pertulit: sic homo tāgēdo vetita, tantō maiore & incōparabiliter grauiore iacturā pateretur, si (quod angelis dānatis vsu venit) per aduentum dominicū sui restaurationem non cognouisset. Vnde diuina prouidentia, quæ ab æterno lapsō homini manum porrigere disposuerat, cum videret quoniam summopere indiguit ad gratiā redeūdi, viā insinuare voluit, & quasi sub multis miseriis ægro tantem spe recuperandæ salutis lætificauit, ac quodammodo pondus instantis doloris alleviare curauit. Primō ergo aduentus verbi homini reuelatur, nō autem tēpus: vt sicut meritō de instātibus miseriis valde indoluit: ita de longinquis salutis suæ remediis gauderet, & filiis suis quibus sententiā mortis indixerat, quasi cōgratulādo eorū ereptionem per aduētū domini posset intimare veraciter. Itaque rationē didicimus, quare ab Adā domini præstolabatur aduētus, quia nemo aduētū domini redimi aut saluus fieri potuit, nisi qui vērurū fide præcognouit & credidit, & in eō spem suæ redemptionis habuit. Secūdo venit potenter, quia ipse est fortis robore deus, cuius irā nemo potest resistere, & sub quo currunt qui portant orbē. Iob 9. Nā ipse pugnator est & bellator. De quo Exo. 15. Dominus quasi vir pugnator, omnipotēs

nomen

nomen eius. Iere. 20. Dominus meū est tanquā bellator fortis. Vnde Sap. 18. Omnipotēs sermo tuus domine, exiliens de cælo à regalibus sedibus durus debellator in mediā externi nij terrā profiliit. Hic est Dauid manu fortis, qui fortissimū Goliā, id est, diabolū debellando vicit. 1. Reg. 17. Et ille etiā est fortior isto, de quo Marc. 12. Luca. 11. qui desuper veniēs de cælis, s. fortē armatū, i. diabolū vicit potenter, arma eius in quibus confidebat abstulit, & spolia eius distribuit. Et sic non tantū ipse est illo fortior, sed & fortissimus. Iob 9. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Nam primō vicit semet ipsum in incarnatione, formā serui accipiens. Secundō in natiuitate vicit angelicū & humanū intellectū: quia ipsi nō cognouerūt cogitationes domini, & nō intellexerunt cōsiliū eius. Mich. 4. quia Iōānes Baptista homo angelicus se dixit indignū soluere corrigiā calciamentorum. 1. indignū se intelligere vnionis modū, quo diuinitas humanitati sit eōiūcta. Quis vnquam audiuit fortius & maius miraculū, quā q. Deus sit de virgine natus? Isa. vlt. Quis vnquā audiuit tale, aut quis vidit huic simile? Tertio vicit diabolū in tentatione. Matt. 4. Quarto vicit mundum in fidei prædicatione. Ioa. 16. Confidite, inquit: ego vici mundum. Quinto vicit mortem in potentia. Osee 13. Ero mors tua o mors. Sexto vicit infernum in patrū liberatione. Osee 13. Morsus tuus ero inferne, & Isa. 45. Portas areas conteram & vestes ferreos confringam. Hinc est quod de ipso scribitur Apocal. 20. Vidi angelum de cælo descendentem, id est, Christū (De quo Isa. 9. Vocabitur magni cōsiliij angelus) habentē clauem abyssi, id est, potestātē inferni ad ligandum, & catenā magnā in manu sua, id est, pœnam pro malis & iusticiam ineuitabile qua constringit omnia: & apprehendit draconē serpētē antiquum qui est diabolus & satanas. Glos. Draco dicitur propter nocendi astutiam, serpens antiquus propter cōsuetudinem lōgam, quia ab initio nocere cœpit. Ioa. 8. Ille enim homicida fuit ab initio: qui est diabolus deorsum fluens, scilicet de cælo in infernum. Satanas, i. aduersarius, quia aduersatur omni bono. Et ligauit eum, id est, priuauit eū priori potestate. Mille annis, id est, toto tempore ab incarnatione vsq; ad finem seculi. Sciendum quod similiter in Abraham & aliis fidelibus ante tempus incarnationis diabolus fuit ligatus sicut istis præsentibus: sed in his ligauit spes fururi Christi, in istis ipse Christus adueniēs ligauit. Et misit eū in abyssum, i. in infernum. Ideo August. dicit: Filius dei voluit subtilē ini-

micum subtiliter expugnare: vt qui carnem viccrat, & quodā modo licitē possidebat, carnē quā nil deberet, illicitē contrin- gens, quoniā possideret, amitteret: & qui hominē callidē illu- serat per hominē sapienter subiiceretur. Nā Christus per di- uinitatem tanquā per hamū sub carne absconditū, piscem, i. diabolū capiebat. ¶ Tertio venit clemēter, vt nullus hominū desperaret. De quo Matt. 21. *Ecce rex tuus venit tibi in insuetis*, i. cle- mens, mitis, benignus, & misericors: & ideo nullus desperet, nā omnes saluare venit. 1. Tim. 1. Fidelis sermo & omni acce- ptione dignus, quia Christus Iesus venit in hūc mūdū pecca- tores saluos facere. Vnde ad Tit. 3. Apparuit benignitas & hu- manitas saluatoris nostri Iesu Christi. Ideo Ps. Sperate in eū omnes cōgregationes populi, effundite corā illo corda vestra. Et: Sperantē autē in domino misericordia circundabit. Vnde Aug. Nemo de pietate Dei diffidat, quia maior est Dei mise- ricordia, quā quāuis nostra miseria. Propterea Chryf. dicit: Non dubites neque desperes homo Deū te mutare in melius posse. Si enim tantū potuit diabolus, vt à cōlestibus virturū fastigijs in profundū te duceret malorū: quantō magis potest Deus te ad summū bonū & ad virtutum aptē reuocare? Vult etenim non solū te reuocare & restituere, quod fuisti, sed & beatorē multō, quā prius videbaris, efficere. Igitur in hūc regē qui clemēs venit, clemēter spera. Spes est nostrā salutis anchora, vitæ nostræ fundamētū, dux itineris quo itur ad cō- lū. Roman. 8. Spe enim salui facti sumus. ¶ Quarto venit amā- ter: diligit enim nos amore ineffabili. Iere. 31. In charitate per perua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Et quia nihil erat in homine propter quod se speraret diligendū à Deo, duræ cer- uicis verbis credere nō potuit, nisi charitas reipsa pbaretur. Quia ergo homo Dei charitatē habebat suspectā, ob id domi- nus hāc suspiciōnē tulit de medio, & nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos sed secundum suam misericordiam, saluos nos fecit, cū apparuit benignitas, &c. Et ideo Ose. 4. Diligā, inquit, eos spontaneē (id est, sine vllō merito eorū) quia auer- sus est furor meus ab eis. Ideo Bern. Homines creati à Deo in grati tadio affecti dicebant his qui dilectionem Dei à do- mino nūtiabant: Quousque tollitis animas nostras? multifa- riē multisq; modis prædicitis pacē, & nō venit: promittitis bona, & ecce tribulatio: datis pacē, & nō est pax: spōdetis, & non exhibetis. Verbis ergo quomodo credemus? opus est ma- nus & opera verbis cōformare, & facere nuntios suos veri- dicos, si tamen eius amici sunt, vt ipsi sæpe promiserunt. Vt

ergo

ergo dilectionem factis ostenderet, ipse in carne venit, in qua magnum dilectionis argumentum nobis exhibuit. Bern. In nullo sic reuelatur pietas, in nullo sic apparet benignitas & charitas, quam in humanitatis susceptione. Augustinus, Quia Deus hominem ab aeterno dilexit, ideo in tempore hu- manitatem assumpsit. Et Hugo: O charitas, quantum est vin- culum tuum, quo etiā Deus ligari potuit. Hoc vinculo Deus tractus est de cōlis ad terram, descendit vsque ad inferos, nullum vinculum eum tenere potuit.

¶ *Inarnationis diuine causa multiplex. Et cur filij persona fuerit ma- gis decor. Item qualis hic rex venerit. Postremo quibus, quid utilitatis attulerit.*

## ENARRATIO V.

**E**cce rex tuus venit tibi mansuetus. ¶ Audiuitis de aduentu noui regis qualiter venit. Nunc igitur videndum est, quare in carne venit in persona propria. Et respondetur,

- 1 Quia potuit.
- 2 Quia decuit.
- 3 Quia promissit.
- 4 Quia debuit.
- 5 Quia dilexit.

Primo quia potuit. Nā nulla pura creatura satisfacere po- terat pro natura humana, quia dicit S. Thom. quod satisfa- ctio pro humana natura debuit habere quandam efficaciam infinitam: sicut peccatum primi hominis habuit infinitatem ex infinitate diuinæ maiestatis, quæ per peccatū fuit offensa: quia tanta est culpa, quantus est ille, in quē delinquitur. Ideo satisfactio infinita esse debuit. Satisfactio autē puræ creature infinita esse non potuit, quia nihil agit vltra gradum suæ per- fectionis. Perfecta etiā satisfactio ē cōdigna, per quā dā adæquationem ad recōpensationē commissæ culpæ, hominis puri satisfactio sufficiens esse nō potuit, quia tota natura hu- mana erat per peccatū corrupta: nec bonū alicuius personæ! vel etiā pluriū poterat per æquiparantiā totius naturæ detri- mentum recōpensare. Vnde ad Rom. 5. Per vnum hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Ergo nullus purus homo hoc malum potuit per suum bonum temperare, ad Rom. 3. Omnes enim peccauerunt & egent gratia Dei. Apocal. 5. Ego sebam multum, quoniam ne- mo dignus inuentus est aperire librum. Ergo ista satisfactio nō potuit esse hominis, sed Dei. Ideo in symbolo Nicæno: Qui

propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis. Aug. Non ipsum de cœlo duxerunt nostra merita, sed nostra peccata. ideo canit ecclesia: O culpa nimium beata, id est occasio satisfactionis humanae naturae, propter quam Deus humanam naturam assumpsit. ¶ Secundò decuit, quia in hoc quòd in propria persona venit, ad nostram redemptionem & satisfactionem venit, etiam hoc fuit conueniens, s. Deum incarnari, vt dicit Damascenus in 3. sententia. Per incarnationis mysterium monstratur simul bonitas & sapientia, iustitia & potentia Dei vel virtus. Bonitas quidem, quia nò de spexit proprii plasmatas infirmitatem. Iustitia verò, quoniam homine victo non fecit alium hominè tyrannū vincere, neque vi hominem eripuit ex morte. Sapientia verò, quia inuenit difficilimi pretij solutionem decentissimā, & per suā sapientiā prædicando nobis manifestauit cœlica verba, quæ incognita permanissent, si ipsa æterna sapientia naturam humanā in unitate personæ non assumpsisset. Potentia suae virtus infinita innotuit, quia nihil est maius quam Deū fieri hominem. ergo decens fuit Deū incarnari: Dicit namq; Aug. Verum etiam ostēdamus, & si alium modū fuisse Deo possibilem, cuius potestati omnia subiacerent æqualiter, tamē ad sananda miseriæ nostræ vulnera conuenientiorē aliū modū nō fuisse necessē oportuisse. Quid enim tam necessariū fuit ad erigendam spem nostram mentesq; mortaliū conditione ipsius mortalitatis abiectas ab immortalitatis desperatione liberandas, quam vt demonstraretur nobis quanti nos penderet Deus, quantum diligeret? Quid verò huius rei tanto isto iudicio manifestius atq; præclarior esse potest, quàm quòd Dei filius immutabiliter bonus in se manens quod erat, & à nobis & pro nobis accipiens quod non erat, præter naturam suam detrimentum nostrum dignatus est inire consortium? ¶ Tertiò venit, quia promissit & iuramento se astrinxit, patribus daturum Saluatorem & liberatorem, vt Abraham. Genes. 22. Per memetipsum iuravi, dicit dominus: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Hoc iuramentum impletum est in incarnatione, iuxta illud Ps. Iuravi dominus & nō pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum. Ps. 100. Nam illis duobus promissit, s. Abraham & David, Abraham vbi supra. Ad Galat. 3. Abraham dicitur sunt promissiones & semini eius, nō dicit & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. Etiā David promissio facta est cui dixit: De fructu ventris tui ponā super sedem tuā. Ps. 131. Quod impletū est in Christo,

sto, de

sto, de quo angelus dixit: Dabit illi Deus sedem David patris eius, &c. Luc. 1. Et ibidē: Recordatus est dominus misericordiae suae: sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula. Et sic venit, quia promissit, & quia fidelis promissū soluit, iuxta illud: Fidelis dominus in omnibus verbis suis. ¶ Quartò venit, quia debuit ex eo, quòd omne promissum licitum cadit in debitū. vide supra. ¶ Quinto venit, quia nos dilexit. Aug. Quia Deus hominem ab æterno dilexit, ideo in tempore humanitatem assumpsit. De illa dilectione habetur Iere. 31. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans, quia nihil in homine erat propter quod se diligendū speraret, & homo dure ceruicis verbis credere nō potuit, nisi transiret charitas in effectum: & quia homo Dei charitatem habebat suspectā, ideo dominus hanc suspicionem de medio tulit, dum humanitatem assumpsit. Vnde Aug. Si Deus peccatores non amasset, de cœlis ad terrā non descendisset. Ideo 1. Ioā. 4. In hoc, inquit, apparuit charitas Dei in nobis, quia misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. ¶ Sed dixerit quispiā, Ex quo Deus pater dilexit hominē, quare per se nō venit, sed misit filium suum: & quare filius est incarnatus, & non alia persona in trinitate? Responder S. Thomas, ratio congruentia: accipi potest pro peccato primi parentis, cui per incarnationē remedium adhibetur. Peccauit enim primus homo appetēdo scientiā, vt patet ex verbis serpentis promittētis homini scientiā boni & mali. Vnde cōueniēss fuit, vt per verbū veræ sapientiæ homo reduceretur ad Deū, qui per inordinatū appetitū scientiæ recesserat à Deo. Ipse enim filius est cui sapientia attribuitur, 1. Cor. 1. Nos autē prædicamus Christū Dei virtutem & Dei sapientiam. Ideo ipse solus naturā humanā assumpsit. Magister vero in 3. sententia. d. 1. Solus namq; filius hominem assumpsit: quod vtiq; congruo ordine atq; alto Dei sapientia fecit consilio, vt Deus qui in sapientia sua mundū considerat (secundū illud Ps. Omnia in sapientia fecisti domine, quæ in cœlis sunt & quæ in terris) restitueret in eadē. Hæc est mulier euāgelica, Luc. 15. quæ accēdit lucernā, & dragmā decimam quæ perdita fuerat, reperit. Sapientia, s. patris, quæ testam humanam infirmitatis lumine suæ diuinitatis accēdit, perditumq; hominem reparauit nomine & imagine regis insignitum. Super quo Tho. Verbum artificis, i. cōceptus eius, est similitudo exēplaris eorum quæ ab artifice fiunt. Vnde verbum Dei, quod est æternus conceptus eius, similitudo est exēplaris totius creaturæ. Et ideo si-

cut per participationē huius similitudinis creaturæ sunt in propriis speciebus institutæ, sed mobiliter: ita per vniōnē vbi ad creaturā non participatā, sed personale cōueniēs fuit reparari natura in ordine ad æterna & immobilē perfectionē. Nam & artifex per formam artis conceptam, qua ad discipulum condidit, ipsum si collapsum fuerit, renouat. Et itē pro alia conuenientia subdit: Verbum Dei cōceptus est æterna sapiētia, à qua omnis sapiētia homini deriuatur: & ideo per hoc in sapiētia proficit, quæ est propria eius perfectio, prout est rationalis, quod participat verbū Dei: sicut discipulus instruitur per hoc, quod recipit verbū magistri. Vnde & Ecclesiast. 1. Fons sapiētia verbū Dei in excelsis. Et ideo ad cōsummatā hominis perfectionem conueniens fuit vt ipsum verbū Dei humanæ naturæ personaliter vniretur. Secundo responderet Magister loco supra alleg. quod ideo filius missus est, nō pater: quia congruentius mitti debebat qui est ab alio, quam qui à nullo est: filius autem à patre est, pater verò à nullo est. Vt enim ait August. Non habet de quo sit. Sicut ergo pater genuit, filius genitus est: ita congruē pater misit, filius missus est. Ab illo enim conuenienter mittitur Dei verbū, cuius est verbū. Ab illo mittitur de quo natū est, mittitur quod genitum est: pater verò qui misit à nullo est: ideoque pater missus non est: ne si mitteretur, ab alio esse putaretur. Missus est ergo primò filius quia solo patre est, deinde etiam spiritus sanctus qui est à patre & filio: sed filius solus in carne missus est, non spiritus sanctus: sicut nec pater. Et pro tertia conuenientia siue ratione subdit Magister, quod ideo factum est, vt qui erat in diuinitate Dei filius, in humanitate fieret hominis filius. Non pater vel spiritus sanctus carnem induit, ne alius in diuinitate esset filius, alius in humanitate, & ne idem esset pater & filius, si Deus pater de homine nasceretur. Vnde Augustin. Non pater carnem assumpsit neque spiritus sanctus, sed filius tantū, vt qui erat in diuinitate Dei filius, ipse fieret in homine hominis filius: ne filij nomen ad alterum transiret, qui non esset æterna natiuitate filius. Dei ergo filius hominis factus est filius, natus secundum veritatem naturæ, ex Deo Dei filius, & secundum veritatem naturæ ex homine hominis filius: vt veritas geniti non adoptione, non appellatione: sed in vtraque natiuitate filij nomen nascendo haberet, & esset verus Deus & verus homo vnius filius. Vbi addit S. Thom. quod potest etiā accipi ratio huius cōgruentia: ex sine vniōnis, qui est impletio prædestinationis eorū, scilicet

et qui præordinati sunt ad cœlestem hereditatē, quæ non deberet nisi filiis, secundum illud ad Rom. 8. Quod si filij, & heredes, &c. Et ideo congruum fuit, vt per eum qui est filius naturalis, homines participarent similitudinem huius filiationis secundum adoptionem, sicut Apostolus ibidem dicit: Quos præsciuit, & prædestinauit cōformes fieri imagini filij eius. Ex prædictis ergo colligitur, quod cōgruentius fuit filium Dei incarnari, quam aliā in diuinis personis personā: quia homo lapsus fuit appetendo superbē similitudinem & equalitatē Dei, & ideo specialiter peccauit cōtra Dei filium, cui specialiter & propriē attribuitur equalitas. Et ideo filio cōpetebat indulgentia, cui facta est iniuria. Homo etiā reparari debuit per obedientiam, sicut cecidit per inobediētiam. Et quia magis filio quam alicui aliarum personarum obedire & supplicare patri cōuenit: ideo etiā præ ceteris magis cōgruit filij incarnari: ita vt iure dicere poterit illud, Iona 1. Propter me orta est tēpestas, mittite me in mare, i. in mundum. ¶ Nunc videndum est qualiter venit. Dico primò cum Magistro 3. Sent. d. 2. quod venit in tota natura humana, in vno tamen indiuiduo. Et hoc ideo: quia in principio tota natura humana vitio corrupta erat: ideo totam, i. carnem & animam assumpsit, vt totam curaret & sanctificaret. Quod autem humanæ naturæ siue humanitatis vocabulo anima & caro intelligi debeant, apertē docet Hieron. in expo. fidei cathol. dicens: Sic confitemur in Christo vnam filij esse personam, vt dicamus duas perfectas & integras esse naturas vel substantias. Vnde Psal. in persona Christi dicit de carne sua: Caro mea requiescet in spe, scilicet resurrectionis. Psal. 15. Et de anima dicit ibidem: Non derelinques animā meam in inferno. Et Ioan. 1. Verbum caro factum est. Ideo Christus de carne sua dixit Ioā. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Luc. 24. Palpare & videre, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Sed de anima eius Ioan. 10. Animā meam pono pro ouibus meis, &c. Et Matth. 26. Tristis est anima mea vsq. ad mortem. Propterea Damascenus ait: Omnia quæ in natura nostra plantauit, Dei verbum assumpsit, s. corpus & animam intellectualem. Totus enim totum assumpsit me, vt toti mihi salutem gratis: quod enim in assumptibile est, incurabile est. Igitur assumpsit Dei filius animam & carnem: sed carnem mediante anima: vnitus est carni per medium intellectum Dei verbum. Tanta enim subtilitatis & simplicitatis est diuina essentia,

essentia, vt corpori de limo terræ formato vniri non cōgruerit, nisi mediante rationali essentia. Illa autē vnio incomprehensibilis est in intellectu, & lingua inexplicabilis; adeo vt etiā Ioānes in vtero sanctificatus se nō dignū fateretur, qui corrigiam solueret calciamenti eius, quia illius vnionis modum inuestigare aliisque explicare non erat sufficiens. ¶ Sed si quæreret quis: Vtrū verbū carnē & animā simul assumpserit, vel animam priusquā carnē, vel carnē priusquā animam, & vtrum caro prius fuit in vtero virginis cōcepta, & postea assumpta? Ad hoc respondeo cū Magistro in Sen. Verissimè & absque vlla ambiguitate dicitur & tenendum est; quia ex quo Deus hominem assumpsit totum assumpsit, simulque sibi vniuit animam & carnem, nec caro prius fuit concepta & postmodum assumpta, sed in conceptione assumpta, & in assumptione concepta: sicut vniuscuiusque anima creando infunditur, & infundendo creatur. Vnde August. Firmissimè teneas & nullatenus dubites, carnem Christi non sine diuinitate conceptam in vtero virginis, priusquā susciperetur à verbo: sed ipsum verbum Deum suæ carnis acceptione conceptū, ipsamque carnem verbi incarnatione conceptā. Idem: Nō esset Xps Dei & hominū mediator, nisi esset idem Deus & idē homo in vtroque; vnus & verus, quam seruile formā à solo filio susceptā tota trinitas, cuius est vna voluntas & operatio, fecit. Non ergo in vtero virginis prius caro concepta est, & postmodum diuinitas venit in carnem: sed mox vt verbum venit in carnem, seruata veritate propriæ naturæ, & factū est caro & perfectus homo & in veritate carnis & animæ natus est. De hoc etiam Greg. Angelo annuntiante & spiritu sancto adueniente mox verbum in vtero, mox intra vterum verbum caro. Diceret quis cum Augu. Opera trinitatis sunt indiuisa. sicut enim trium personarum est vna essentia, ita vna operatio. Ergo opus incarnationis nō conuenit vni personæ sine alia: & per cōsequens omnes tres personæ sunt incarnatæ. Ad hoc respondeo cum Ioanne euangelista, Verbum caro factum est, id est filius Dei nō pater nec spiritus sanctus. Item dico quantum impræsentiarum sufficit cum S. Thoma, quod ad incarnationē duo concurrūt. Primò actio, & quo ad hoc incarnatio est communis tribus personis, eò quod sunt indiuisa opera trinitatis. Secundò suppositū subsistens quo ad incarnationē: & sic cōuenit vni personæ sine alia. Exemplū: Si tres personæ induerent inter se vestem, aliā quā actio esset in tribus: indutio tamen tantū conueniret

· an soli ipsam vestem induēti, & sic est in præsentī negotio. Vnde Magister in 3. dist. 2. dicit: Quam seruile formā à filio solo susceptā tota trinitas, cuius est vna voluntas & operatio, fecit. Nihil operatur filius sine patre & spiritu sancto, sed vna est horū triū operatio indiuisa & indissimilis: & tamen filius, non pater vel spiritus sanctus carnē assumpsit, ipsam tamen carnis assumptionem trinitas operata est. ¶ Secundò de qualitate aduentus dico, quod venit tanquā mediator, vt offensam Dei reconciliaret, qui præfiguratus est in Aaron: Numeri 17. legitur, quia assumpto thuribulo & igne stetit inter mortuos & viuos, orans vt cessaret plaga ignis alieni. Sic Christus assumpta carne & anima, stetit inter mortuos, id est, homines per peccatum mortuos: & viuos, id est, deum omnipotentē & angelos suos, orans patre pro nobis, & exauditus est pro sua reuerentia. Hebr. 1. Et sic cessare fecit plagā hominis, & iram dei patris. Hinc 1. Timot. 1. Mediator Dei & hominū homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum in redemptionē pro nobis omnibus. Glos. per sufficientiam, licet, non per efficaciam. Hic siquidem mediator medium est, in quo duo extrema longē à se distantia in vnum conueniunt, vt deus & homo vnus esset Christus. Vnde S. Thomas: Christus Dei & hominum dicitur mediator, in quantum pro omnibus satisfecit, & nunc pro eis intercedit ad patrem, & ea quæ beatitudinis sunt, hominibus cōmunicat, secūdū illud Ioan. 17. Claritatē, Glos. immortalitatis, quam dedisti mihi, dedi eis. Glos. Dabo, tecum ergo Deus. Et vtrunq; conuenit ei, quia cum vtroque cōmunicat, cū hominibus humanitate, cum Deo diuinitate, & quia Deus, dona patris transmittit hominibus. Hic rex noster, qui vt mediator venit: & reuera, quia mediū secūdū philosophum, sapit naturā vtrorumque, extremorū, vt Deus de Deo ex substantia patris ante secula genitus, & homo de homine ex substantia matris in seculo natus. Hic est mediator, in quē Deus pater omnem causam suam, quā habuit aduersus hominē posuit, in quem & homo fiduciam suā reconciliationis statuit, apud patre, vt ait Propheta Psal. 11. in persona patris, Ponam in salutari causam meam. Et addidit pro homine: Fiducialiter agam in eo tanquam in salutari meo. Ipse itaque est mediator figuratus per lapidem angularē. Psal. 117. Quem reprobaerunt ædificantes, & factus est in caput anguli, cōbinans duas partes, id est, duos populos: hoc est, Iudæos & Gentiles in vnam fidem Christianæ religionis & professionis. Et ideo habetur Eph. 2.



Ipse est pax nostra inter nos & Deum, Iudæos & Gentes, faciens vtraq; vnum in fide & moribus, & mediū parietē obſtaculum quod erat inter illos, & macerā, quia non stabilis vel alicuius roboris, soluens inimicitias inter Deū & hominem. Itē inter Iudæos & Gētiles, quia vt dicit Gl. Remouit à Gentibus idololatriam, quam abhorrebant Iudæi: & à Iudæis circuncisionē, quā detestabantur Gētiles, & sic abstulit inimicitias, s. in carne sua assumpta ac immolata. Per immolationē enim carnis suæ, s. in cruce, per quā destructa est idololatria, & cessauerūt legalia, & nobis indulta sunt peccata. ¶ Terriō, venit rex noster tanquam fidelis fideiussor: qui nedū sua, sed & seipsum pro nobis ad pœnā quā disposuerat, obligauit & obtulit. Fideiussit enim, vt habetur Isa. 46. dicens: Ego feci, s. hominē creādo: ego seram mala eius, ipsum ad pœnitentiam expectādo: ego portabo pœnam quā pro peccatis suis meruit, ipsum protegendo: & saluabo, si conuersus fuerit, ipsum aternaliter beatificādo. Soluit, inquam, pro nobis pœnam, quādo ipse sine culpa, sed nō sine causā, suscepit pœnam, vt ait Psal. 68. Quæ non rapui tunc (scilicet in cruce pendens) exolvebam. Vnde Hebr. 9. Semetipsum, s. obtulit immaculatum pro excessu in paradiso factō, & per hoc emundauit conscientias nostras ab omnibus operibus mortuis, id est, mortalibus peccatis, & habitauit nōs ad seruīdum deo viuenti. ¶ Nunc videndum est, propter quid venit rex noster in carnem. Respondetur, quod venit propter homines. Sic enim canit Ecclesia in Symbolo: Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis. Vnde filius Dei incarnatus est propter homines liberandos, & propter angelos bonos, ad implendū eorum ruinam: & non propter angelos malos. Et hoc multis de causis: Primō ratione occasionis, secundō ratione periclitationis, terriō ratione cognitionis, quartō ratione conditionis, quinto ratione dispositionis. De quo Magister in 2. distinct. 21. & Gloss. ibi & super distinct. 5. eiusdem, & sanctus Thomas in 3. script. dist. 1. q. 1. artic. 2. & Alexander de Hales in 2. par. q. 110. artic. 7. Primō incarnatus est ad redimendū homines, & nō angelos ratione occasionis, quia homo occasionem habuit cadendi: ideo per gratiam iuuari potuit ad veniam, vt qui per alium ceciderat, per alium erigeretur, & qui habuit incitatore ad malum, nō iniuste habuit incitatore ad bonum. Diabolus verō, quia sine tentatione alicuius peccauit, ideo geret per alium adiuuari non debuit, nec per se potuit, ideo

irreme

irremediabile peccatū eius extitit. Sed peccatū hominis sicut per aliū habuit initium, ita & remediū. Secundō ratione periclitationis, quia angelica natura nō perierat tota, sed ex parte peristerat: humana verō tota perierat, ideo nec penitus perderetur & angelica ruina restauraretur, est redēpta. Terriō ratione cognitionis, quia intellectus humanus tardus est nec subito & liquidē cognoscit quid sit faciendū vel relinquendū. Quartō ratione cōditionis, quia homo est infirma cōditionis, & peccauit ex infirmitate, quia corpori cōiunctus: angelus verō ex malitia: quia vt ait Grego. Angelorū spiritus irremissibiliter peccauerunt, quia robustius stare potuerūt: homo verō propter corpus infirmum, meruit veniam: iuxta illud Psal. Propitius fiet peccatis corū, & nō accendet omne iram suā, quia caro sunt. Ps. 77. Et sic quodāmodo Adam peccauit in partē, quia ex quadā infirmitate & fragilitate humana deliquit. Eva peccauit in filium, quia ex quadā ignorantia superbiuit: diabolus verō peccauit in spiritū sanctū, quia appetiuit Dei potētiā. Isa. 14. In cœlū cōscendā, super astra Dei exaltabo solū meū. & quia ex ppria malitia intumuit cōtra Deū: ergo peccatū eius est irremediabile. Vnde Mat. 12. Qui cūq; dixerit verbū cōtra filiū hoīs, remittetur ei: qui autē dixerit cōtra spiritum sanctū, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Quintō ratione dispositionis, quia homo se potuit ad gratiā disponere, angelus verō non. Nam ad hoc quod quis possit se ad gratiā disponere, duo exiguntur, s. natura & status. Natura, vt possit simul gaudere & dolere, quia patet per Aug. q. verus pœnitēs semper dolet, & se dolere gaudet. Sed quia angelus malus simplex est, quia nō est cōpositus ex carne & anima, & super quocūq; diuertit, totus diuertit: ita quādo gaudet, si quidē gaudere potest, totus gaudet & quādo dolet, totus dolet: ideo ei nō conuenit vt doleat de peccato, & gaudeat de dolore. Sed homini conuenit vtrūq;. Et sic angelus nō habet dispositionē ad gratiā ratione naturæ status, videlicet vt ille qui lapsus est, in tali sit statu vt se possit disponere & preparare ad veniā imperrandā & gratiā recuperandam. Sed diabolus post casum non est in tali statu, quia vt dicit S. Tho. Homo nō peccauit in termino viæ suæ, sicut angelus, cui ad primā electionē status vix finitus est. Et Damasc. Quod hominib⁹ mors est, angelis est casus. Quia sic homines post mortē non possunt se ad gratiā disponere, ideo quia nō sunt in statu merēdi: sic mali angeli qñ ceciderant, extra statū merēdi fuerunt. Etiam dicit Aug. Angelus

in lapsu

in lapsu desperavit: igitur ad gratiã se disponere non potuit: propterea diabolus post lapsum à deo finali sententiã est dñatus, quia deus sciuit eum nõquam posse resurgere. Non autẽ sic habet cū homine, quia post peccatũ fuit & est adhuc in statu merendi: quia ad hoc datũ est homini præsens tẽpus vt peccatũ plangat, 2. Corint. 6. Ecce nunc tẽpus acceptabile. Etiã homo post peccatũ nõ desperavit, sed magis misericordia dei imploravit: ideo de ipso nõ est perlata sententia, quia deus sciuit eum posse resurgere: ergo eum non dñauit, sed in humanitate misericorditer redemit. Et ita homo ad gratiam se disponere potuit. Ex hoc patet, quodd venit propter homines redimendos, & propter angelos bonos, vt per homines eorum impleret ruinam. Vnde Beda: Aduentus domini in carnem non solum fuit salus hominum in terra, sed etiam angelorum in cœlis: quia dum homines in terra saluantur, eorum profectio numerus, qui Satana cadente minoratus fuerat, reintegratur.

¶ *De inestimabili diuinae incarnationis beneficio, ac summa dignitate per eam homini collata. Et an huius humano merito quicquam sit acceptum ferendum. De modo redemptionis humanae, quod fuerit optimus: tametsi & alius Deo possibilis.*

## ENARRATIO VI.

**B**enedictus qui venit in nomine domini. Matthæi 21. ¶ Videmus quodd magni principes laudantur ex benignitate & largitate: sicut laudatur Assuerus, Hest. 1. eò quodd fuit magnificus & liberalis, & magnificentia suam officialibus & cunctis principibus & populis suis exhibuit. Spiritualiter: Sic Christus rex regum debet hodie laudari ex sua largitate & benignitate, sicut docuit angelus, Tob. 12. Benedicite dominum cœli & coram omnibus viuentibus confitemini ei (scilicet tanquam benefactori) quia fecit vobiscum misericordiam suam. Magnam enim nobis exhibuit in creatione, maiorem in omnium creaturarũ dominatione, cum dixit Gen. 1. Dominamini piscibus maris & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, qua mouentur super terram. Maximã verò misericordiam exhibuit nobis in sui ipsius collatione ad redemptionem. Bern. In nullo illuxit nobis ita Christi pietas & liberalitas, sicut in incarnatione. Vnde August. in rebus per tempora ortis illa summa gratia est, vt homo in vnitate personæ deo coniunctus sit. Ecce quanta nos dignitate sublimauit, & maxima utilitas nobis ex diuina incarnatione prouenit. Idem su. P salm. Filius dei factus est particeps

nostræ

nostræ mortalitatis: ideo vt homo fieret particeps suæ diuinitatis. Idecirco tenemur eum benedicere. Vnde Greg. Tanto magis homo Dei debitor fuit, quãto ipse pro illo indigna suscepit. Ideo Eccl. 3. Benedicentes dominũ exaltate illũ quantum potestis, maior est enim omni laude. Et merito: dicit nãq; Bern. Tantam nobis dulcedinem dominus in carne exhibuit, vt durissimi cordis sit, quisquis eũ toto affectu non diligit & benedicat. Idecirco omnes dicamus: *Benedictus qui venit in nomine domini*, de quo thema. ¶ Audistis quidem de aduentu regis quare venit, scilicet quia propter homines & angelos bonos: ad huc autẽ superest ratio altera, nempe virginis dignitas, quæ ab æterno indiuidua trinitatis consilio ad matrẽ verbi electa fuerat, & præelecta, i. præ omnibus aliis hominibus electa, iuxta illud Eccl. 4. Ab initio & ante secula creata sum. Et prouer. 8. Dominus possedit me ab initio viarum suarum, antequam quicquã faceret à principio: ab æterno ordinata sum & ex antiquis, antequam terra fieret, & c. f. ad matrẽ Dei. Et ipsa præuẽta diuina gratia ad hoc opus diuinæ incarnationis: quamuis ipsam diuinã dispositionem ignoraret: tamen ipsa gratia Dei adiuncta virtutibus, diuinæ se complacentiæ se præparauit, vt eam Deus ad incarnationis mysterium eligeret & mater verbi esset. Ipsa enim præparauit se per tria ad hoc, vt esset Dei mater. Primò per munditiã virginittatis, secundò per obedientiam humilitatis, tertio per diligentiam charitatis. Primò per munditiã virginittatis, vt mundus de munda nasceretur: qui enim venit tollere peccata mundi, concipi & nasci voluit de virgine munda. De cuius munditia dicit Euseb. Ea puritate nitebar, qua maior sub Deo intelligi nequit. Et hoc decuit, quia dicit Orig. Non per corruptã concipi vel nasci debuit: quia si particeps esset peccati, peccatum tollere non potuisset. Ideo Ambro. Deum decuit huiusmodi natiuitas, vt si nasci debuit, tunc ex virgine: & si virgo concipere & parere debuit, tunc Deum parere debuit. Secundò præparauit se per obedientiam humilitatis, vt ipsa humilis mater fieret Dei omnipotentis, qui in vestiario suæ humilitatis humilem suæ diuinitatis vestem induit nostræ carnis & corruptibilitatis. Nam dicit Greg. quodd per custodiam humilitatis seruanda sunt indicia castitatis. Vnde Bern. Licet virgo beata ex virginittate Deo placeret, tamen ex humilitate, mater Dei facta est. Ideo gloriatur solum de humilitate, & non de alijs virtutibus, Luc. 1. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Tertio præparauit se per diligentiam charitatis. De quo 3. Sen. d. 4.

Pars Hyem.

Quid preparauit virginem ad conceptionem, quam diuinus amor? Nam dicit Hugo: Amor Dei ita ardentè & singulariter in corde virginis candebat, vt & in corpore eius miraculose faciebat. Et quia dilectio Dei in corpore eius nõ suscepit socium: ideo in carne eius operatio diuina nõ habebit sequentem. Vnde canit Ecclesia: Nec primã similem visa est, nec habere sequentem. ¶ Sed quæreret aliquis: Vtrum beata Virgo per istam preparationem mererit concipere Christum? Respondeatur quod triplex est meritum, scilicet meritum congrui, quo peccator sibi meretur gratiam cum se disponit ad ipsam: & sic ex congruo confertur à Deo. Secundo est meritum digni, scilicet cum aliquis iustus est, & pro augmento gratiæ petit & meretur exaudiri, iuxta illud Iacobi. 4. Humilibus dat gratiam: Et Apoc. vii. Qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc, scilicet per gratiæ augmentum. Tertium est meritum condigni, quando videlicet proportionabilitas est in merito & præmio: vt cum quis ex tanta charitate meretur tantum præmium vel donum. Iam ad quæstionem respondeo: quod beata virgo Maria meruit concipere Christum ante annunciationem merito congrui, quia ex sua puritate, humilitate, & charitate se disposuit ad hoc quod congruè esset mater domini. Post annunciationem vero quando consensus, & spiritus sanctus copiosè in eam descendit, tunc meruit merito digni, vt canit Ecclesia: Regina cæli lætare, quia quem meruisti portare, scilicet merito digni. Merito verò condigni mereri nõ potuit, quia Deum incarnari omne meritum excessit: quia erat fundamentum omnis meriti. Susceptionem illã humanitatis merita nulla præcesserunt, scilicet condigna: sed ab illa susceptione cũ ista merita initium ceperunt. ¶ Nunc videndum est, cum quo vel cum quibus venit. Respondetur quod venit cum sua potentia, sapientia, & clementia. Primò venit cũ potentia, vt infirmitatem nostrã adiuuaret. De qua potentia scribitur Sap. 11. Misereris omnium, quia omnia potes. Vnde dixit leprosus Matt. 8. Domine si vis potes me mundare. Reuera potens est, vt testata est mater eius: Fecit mihi magna qui potens est. Hęc potentiam ostendit in miraculorum operatione. Nam propria virtute & solo nutu & verbo curauit homines, vt habetur Luc. 7. Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus exibat de illo & sanabat omnes. Secundo venit cum sua sapientia, vt hostram ignorantiam informaret. Vnde dicit Ps. Docetbo iniquos vias tuas. Psal. 10. & Isa. 48. Ego dominus docēs te vtilia. Venit namque cum sapientia, cuius non est numerus.

rus. Psal. 146. Et docuit Matt. 6. in synagoga, & multi audientes mirabantur de doctrina eius, dicentes. Vnde huic hæc omnia? Et Ioan. 7. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Tertio venit cum sua misericordia. Iob. 31. Ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum. Ideo dicit Matth. 9. Misericordiam volo, & non sacrificium. Vnde August. Deus vult saluare illos per suam misericordiam, quos non potuit per iustitiam. Et Ambro. Venit Saluator in domum Simonis lepro. (i. in hunc mundum) vt per suam misericordiam maculas humani generis ablueret. Et hoc est quod dicit Apostolus ad Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam, saluos nos fecit. Quia ipse est, de quo Ios. 1. Benignus & misericors est, patiens & multa misericordiarum, & prestabilis super malitia. Ideo boni sperare debent, vt det eis donum gratiæ: mali verò, vt eis det indulgentiam culpæ. Dicit namque Psal. 138. Sperantem autem in domino misericordia circumdabit, scilicet illius regis qui venit mansuetus, qui per suam potentiam potuit, & per suam sapientiam sciuit, & per suam clementiam voluit misereri: vt nobis in præsentem dignaretur dare gratiam & in futuro gloriam. ¶ Sed quærat quispiam, Vtrum necessarium fuit ad reparationem humani generis verbum Dei incarnari? Respondet S. Thom. part. 3. q. 1. ar. 2. Ad finem aliquem dicitur aliquid esse necessarium dupliciter. Vno modo, sine quo aliquid esse non potest, sicut cibus est necessarius ad conseruationem humanæ vitæ. Alio modo, per quod melius & conuenientius ad aliquem finem peruenitur: sicut equus vel mulus est necessarius ad iter peragendum. Primo modo Deum incarnari necessarium non fuit ad reparationem humanæ naturæ. Deus enim per omnipotentem virtutem potuit naturã humanã multis aliis modis reparare. Secundo autem modo necessarium fuit Deum incarnari ob humanæ naturæ reparationem. Vnde Aug. 3. Ostendamus alium quidem modum Deo possibilem non defuisse, cuius potentia omnia æqualiter subiacent: sed sananda nostræ miseriarum conuenientiore alium modum nõ fuisse, nec esse oportuisse. Vnde conuenientius fuit per se Deum incarnari quo ad tria, scilicet ad promotionem hominis in bono, & ad remotionem à malo, & quantum ad charitatem. Primò conueniens & vtile fuit filium Dei per se incarnari propter promotionem hominis in bono. Quod quidem bonum est duplex, scilicet bonum virtutis & bonum salutis. Bonum virtutis consistit in

quatuor, scilicet in fide, spe, dilectione, & operatione: & ad illa valet nobis Christi incarnatio. Primò quantum ad fidem, quæ magis certificatur ex hoc, quòd Deo loquenti credidit, iuxta illud ad Hebr. 1. Multifariè multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, &c. Ideo Aug. Vt homo fidentius in fide ambularet ad veritatem, ipsa veritas Dei filius per se homine assumpto constituit: itaq; fundauit fidem. Secundo conueniens erat quòd Dei filius per se veniret in carnem, quantum ad spem, quæ per hoc maximè erigitur. Vnde Aug. Nihil tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram, quam vt demonstraretur nobis quantum diligere nos Deus: quid enim huius rei isto iudicio manifestius, quam quòd Dei filius naturæ nostræ dignatus est inire consortium? Et quia suscepit nostram infirmitatem, ex hoc augmentatur spes & fiducia nostra. Idè: Ex quo suscepit malū tuū, spera quòd communicet tibi bonū suū. Tertio conueniens fuit quātū ad charitatē, quæ per hoc maximè excitatur. Vnde Damasc. Quid enim magis ad charitatem accendit, quam quòd Deus filio suo proprio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illū? scilicet per incarnationē, in qua valde ostendit suā dilectionem: quæ quidē dilectio fuit causa sui aduentus. Vnde Aug. Quæ est maior causa aduentus Domini, quam vt ostenderet Deus suā dilectionē in nobis? Et subdit: Si amare pigebat, saltem reamare non pigeat, cum prior ipse dilexit. Sed quæretes: Si homo non peccasset, utrū Deus incarnatus fuisset? Circa istā questionem sunt opiniones doctorū diuersæ, vt S. Thom. parte. 3. q. 1. art. 3. declarat. Attamen oppositum asserentes dicūt quòd sic, & glossant sanctū Thomam & dictum Aug. qui dicunt quòd non verū esset quòd non assumpsisset carnem simpliciter & mortalem, sed carnē simpliciter, vt pro ratione illorū alius declarat Bonauentura super 3. d. 1. q. 2. art. 2. De numero vero tenentium quòd sic, est Leo papa in lib. de fide: qui dicit: Putant quidā casum hominis fuisse causam incarnationis, qui simpliciter falluntur: quia ab aeterno est prædestinatum, quòd homo deificaretur. Vnde si Deus non incarnaretur, homo non deificaretur: sic prædestinatio Dei mutaretur. Item conueniens fuit Deum incarnari, etiā si homo non peccasset ratione felicitatis: cum homo ad beatitudinē sit creatus & ante peccatum etiam pro statu innocentie si perstitisset, totus non fuisset, perfecte beatus, quia solum secundū animā & partem intellectuā. Nā beatitudo quantum ad partem intellectuam,

aiam, est in intuitu deitatis assumentis. Et sic secundū Leonem, si homo non peccasset, adhuc Deus incarnatus fuisset: Aliās homo imperfectè beatus extitisset. Quia sic non fuisset nisi secundū animā beatus, anima verò est pars hominis & nō homo, & cum anima & corpus communicent sibi actiones & passiones, conuenientius est, quòd communiter accipiāt præmia actionū & passionū. Et ideo sicut anima sanctificatur ex visione diuinitatis: sic & corpus ex visione humanitatis. Aliās secundum Hug. de S. Victore, perpetuò in opprobriū exterioris hominis fuisset dictum: Vbi est Deus tuus? Ideo Aug. exponens illud, Ioan. 10. Ingredietur & egredietur, & pasqua inueniet, dicit: Propterea Deus homo factus est, vt totū hominem beatificaret: vt siue homo ingrederetur intus per intellectum, siue egrederetur extra per sensum, in creatore suo pasqua inueniret. Pasqua intus in agnitione deitatis: pasqua extra in carne Saluatoris. Item conueniens fuit Deū incarnari ad probationē dilectionis, quia vt dicitur Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitū daret. Vbi Aug. Si Deus homines non amaret, de cælis ad terram non descenderet. Sola charitas fecit Deum incarnari. Vnde planum est, quòd non minus dilexit innocentem naturā, quam peccantem. Quapropter relinquitur, quòd æquè fuisset incarnatus. Et si homo non peccasset, æquè bene Deus ex nimio amore hominū homo factus fuisset. Et idem vult Hædericus de Entho in quæstionibus Psalterij allegans Aug. 13. de trinit. dicentem: Alia multa sunt cogitanda in incarnatione præter absolutionem à peccato. Igitur dato quòd homo non peccasset, propter alia Deus incarnatus fuisset, videlicet, propter promotionē hominis in bono, s. fide, spe, & charitate. Quarto conueniens fuit Dei filium per se incarnari, quantum ad rectā operationem, in qua se nobis in exemplum tribuit. Ioā. 3. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis; & vos ita faciatis. Vnde Aug. Homo sequendus non erat, qui videri poterat: Deus sequendus erat, qui videri non poterat. Vt ergo exhiberetur homini & qui ab homine videretur, & quem homo factus est, Vnde Aug. Christus in humanitate factus est nobis via ad suam diuinitatem. Quinto ad participationem diuinitatis, quòd est bonum salutis & gloriæ; quæ verè est hominis beatitudo & finis humanæ vitæ. Et ad illud valet Christi incarnatio. Dicit enim Augustin. Factus est Deus homo, vt homo fieret Deus. O quam magna salus venit nobis per incarnationem Christi: Vnde Anselmus, Non

Non est salus in mundo, quam non peperit humanitas Saluatoris. Nam per incarnationem eius impletum est illud Ioan. r. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ideo Aug. Factus est particeps nostræ mortalitatis, vt homo fieret particeps suæ diuinitatis, secundum dictum Apostoli ad Rom. o. Haeredes Dei, cohæredes autē Christi. Sexto vtile & cōueniens fuit Christum incarnari propter remotionem à malo: quod est multiplex, s. malum pœnæ & malum culpæ. Primo propter remotionem mali culpæ, ne nos ipsos peccando nobis generis nobilitate destitueremus. Deus (inquit Augusti.) incarnatione nobis ostendit, quam excellentia locum inter alias creaturas humana natura habeat, in hoc, quod hominibus in vero homine apparuit. Ideo Leo Pap. O homo Christiane dignitatem tuam agnosce, & diuinæ confors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degenerare conuersatione redire. Secundò remotio mali culpæ est, vt tollatur in homine præsumptio, quia non à nobis, sed ex mera gratia est saluatio. Vnde Augustin. Gratia Dei in nobis sine vllis præcedētibz meritis in homine Christo commendatur, iuxta illud ad Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos. Tertiò remotio culpæ est superbia hominis, quæ maximum impedimentum est salutis, ne inhaereatur Deo, quæ redarguitur per tantam humiliatio nem Dei in carne, vt Augustinus ait in libro de virginitate, Erubescat superbire humana infirmitas, cum se ita depressit diuina maiestas. Quartò remotio mali est à seruitute diabolici liberatio: iuxta illud August. Non liberaretur homo, nisi Deus fieret homo. & Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Ideo August. Fieri debuit sic, vt diabolus iustitiâ hominis Iesu Christi superaretur: quod factum est à Christo satisfaciēte pro nobis, vbi homo satisfacere debuit & non potuit: Deus verò potuit & non debuit. Vnde oportebat Deū & hominem esse Iesum Christum. Ideo Leo papa: Suscipitur à diuina virtute infirmitas, vt quod nostris remediis cōgruebat, vnus atque idem Dei mediator & hominum & mori ex vno, & resurgere posset ex altero. Nisi enim verus Deus esset, non offerret remedia: nisi enim esset homo verus, non præberet exemplum. Debuit ergo esse Deus & homo, qui conferret remedium, & daret exemplum bonum operandi, & malū vitandi.

*Aduentum regis nostri Christi quo apparatu excipere debeamus. Quibus de causis aduenerit. Quot hominum generibus profuit eius aduentus.*

**E**cce rex tuus venit tibi mansuetus &c. ¶ Videmus, quòd quando est venturus, nuntii præmittuntur nuntiantes regis aduentum, vt ad ipsum reuerenter suscipiendum se præparent, & disponant. Spiritualiter: Rex iste magnus est Iesus Christus, qui in isto tempore vterus est in carnem secundum ecclesiæ representationem: Ideo nos debemus reuerenter præparare ad occurrendum & suscipiendum eum. De quo Ainos 4. Præparare in occursum Dei tui Israel. Ob id sancta mater Ecclesia hodie tres nuntios mittit & legatos qui nuntiant istius regis aduentū, & ad susceptionē eius nos inuitāt, scilicet apostolum Paulum, Zachariam prophetam, Matthæum euāgelistā. Primò Paulus in epistola hodierna, legatione fungens, ostendit quales debent esse illi qui istū regē velint suscipere. Primò enim debent vigilare & non dormire. De quo Ro. 13. Hora est iam nos de somno surgere, scilicet negligentia & torporis. Et Gregor. Nemo in itinere incolatus huius torpeat, ne gloriam & gratiā perdat. Idcirco nos Apostol. excitat, ad Ephes. 5. Surge, inquit, qui dormis in peccatis. Dicit enim Aug. Somnus animæ est obituius Dei. O quot sunt tales, qui non recordantur nec memores sunt beneficij Dei quòd dies gratiæ appropinquabit per incarnationē, & quòd deberent surgere à peccatis per gratiarum actionem, quos arguit Salomō Proverb. 26. Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat: quia dicit Leo papa, Non torpentibus aut dormientibus, sed vigilantibus & laborantibus promittitur præmium, iuxta illud Prouerb. 8. Qui manē vigilauerint ad me, inuenient me. Secundus nuntius est Matthæus qui nuntiat causam aduentus huius regis, qui venit soluere asinam & pullum, vt habetur 20. c. eius, hoc est Iudæos & Gentiles, vt patebit in processu. Tertius nuntius est Zacharias propheta qui nuntiat eius dignitatē & vtilitatem & pietatem, dicens in cap. 9. *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus*, de quo thema. In summa euangelij tria innuuntur. Primò innuitur causa sui aduentus, quæ est multiplex, vt tangitur in textu. Primò propter pacem & reconciliationem. De quo Ephes. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Nam ante aduentum domini discordia fuit inter Deum & hominem. Quod conqueritur Iere. Sustinimus pacem, & non venit: & quæsiuimus bona, & ecce tribulatio. In cap. 3. Dicentes pax pax, ex peccauimus pacē, & non erat bonū, tempus melioræ, & ecce formido. In 14. cap. Expectauimus pacem, & non est bonum: & tempus curatio-

nis, & ecce turbatio. Et homo per seipsum se Deo reconcilia-  
re non potuit, quia omnes peccatores erant, iuxta illud Rom.  
3. Omnes peccauerunt & egent gratia Dei. Ideo requirebatur  
mediator, hoc est, Iesus Christus. Nam ad reconciliatorem  
requiruntur duo. Primò vt habeat communitatem, secundò  
autoritatem: Primo communitatem, vt sit homo communis,  
habens amicitiam vtriusque partis, ne ad alteram partem  
declinet. Secundò vt habeat autoritatem vt possit arguere  
illum si non vult satisfacere: vel istum si non vult satisfactio-  
nem suscipere. De quo Iob. 9. Non est qui vtrunque valeat  
arguere, nec ponere manum suam in ambobus. Ideo venit in  
incarnatione persona communis, quæ habuit conuenientiã  
cum Deo & cum homine. Vnde ad Galat. 3. Mediator vnus  
non est, scilicet naturæ, sed duplicis. Vnde canit Ecclesia: Ge-  
minæ gigas substantiæ. Et non potest esse à Deo reiectus,  
quia filius Dei: nec ab homine suspectus, quia frater. Vnde  
in Psalm. Deus dicit homini: Ponam in salutaribus, fiducialiter  
agam in eo. Psalm. 11. Ideo 1. Timoth. 2. Vnus mediator  
Dei & hominum Iesus Christus. Igitur dicit, quòd cum *appropin-  
quasset Hierosolymam*, quod interpretatur visio pacis, quia pro-  
pter pacem venit. Et ideo Salom. Cant. 1. Osculetur me osculo  
oris sui. Vnde osculum est signum pacis. Hinc in natiuitate  
cecinerunt angeli, Luc. 2. Et in terra pax hominibus bonæ  
voluntatis. ¶ Secundò venit propter nostram satisfactionem.  
Nam in primis parentibus omnes excessimus. Eccl. 7. Non  
est homo iustus super terram qui faciat bonum, & non pec-  
cet. Et quia homo satisfacere debuit Deo & non potuit eò  
quòd nihil erat in eo dignum satisfactione, quia à planta pedis  
vsque ad verticem non est in eo sanitas, quia nihil boni ha-  
bit vt satisfacere posset. Dicit namque S. Thomas quòd  
satisfactio pro humana natura deberet habere quandam in-  
finitatem, sicut infinitum fuit primi hominis peccatum, per  
quod offensa fuit infinitas diuinæ maiestatis: quia tanta est  
culpa, quantus ille in quem peccatur: Satisfactio verò pure  
creaturæ est finita. Igitur satisfactio puri hominis non po-  
tuit sufficere. Item etiam ideo, quia omnes erant peccatores,  
iuxta illud Ro. 3. Omnes peccauerunt & egent gratia Dei.  
Idcirco Apocalyp. 1. Ego stebam multum: quia nemo dignus  
est inuentus aperire librum: & videre eum. Ergo ista satisfac-  
tio nõ potuit esse pars hominis, sed Dei & hominis. Ideo di-  
citur in Symbolo, Qui propter nos homines. &c. Vnde Aug.  
Non ipsum de cælo traxerunt nostra merita, sed nostra pec-  
cata.

cata. Vnde canit Ecclesia: O culpa nimium beata, id est, occasio  
deificationis humanæ naturæ, propter quam Deus humani-  
tatem assumpsit, quia peccatum nostrum fuit inobedientia.  
De quo Rom. . Sicut per inobedientiam vnus hominis mul-  
ti constituti sunt peccatores: sic per obedientiam vnus, s.  
Christi, iusti multi constituentur. Et hoc figuratur, cum di-  
citur: *Veni Bithphage*. Quod interpretatur domus obedientiæ,  
quia satisfecit per suam obedientiam. Philippen. 2. Factus  
enim est obediens vsque ad mortem. Bern. sicut ab inobedi-  
tia omne malum venit, sic ab obedi-  
tia omnis processit virtus.  
¶ Tertio venit propter nostram illuminationem, vt nos illu-  
minaret lumine æternæ veritatis. Ioan. 1. Nam erat lux vera  
quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mun-  
dum. Hæc lux iam dudum erat concupita. Psalm. Emitte lucem  
tuam & veritatem tuam Psalm. 41. Lux ista est ille, qui dicit  
Ioan. 8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in  
tenebris, sed habebit lumen vite. Et hoc notatur in textu  
cum dicitur, *ad montem Olueti*. Sed heu complures hodie sunt,  
qui illuminationem cupiunt, sed lucem sequi refugiunt. Si-  
cut conqueritur Christus Ioan. 3. Lux venit in mundum, &  
dixerunt homines magis tenebras, quam lucem. Aug. V-  
talibus, væ cæcis oculis, qui te æternum lumen non vident,  
de tenebris ad tenebras vadunt, & nesciunt quo, vel vbi cor-  
ruunt. ¶ Quarto venit propter penitentiæ electionem & no-  
bis in exemplum: nam ipse induit sacco & cilicium, quæ  
sunt arma penitentiæ. id est, corpus humanum, quo egit pe-  
nitentiã. De quo Isaia 53. Verè languores nostros ipse tulit,  
& dolores nostros ipse portauit. Nam onus Christi fuit peni-  
tentia pro nobis acta, de quo idem Isa. 53. Disciplina pacis  
nostræ (id est, flagellum quo Deo & angelis reconciliati su-  
mus) super eum, quia ipse est pax nostra, qui fecit vtraque  
vnum Ephes. 2. Et hoc fecit & pertulit vt esset nobis in exem-  
plum, Ioan. 13. Exemplum dedi vobis, vt & vos ita faciatis.  
Vnde per disciplinam aduersitatis timor, & per pacem recon-  
ciliationis amor nobis insinuatur: quæ duo sunt quasi funda-  
mentum & radix penitentiæ: ex quibus oritur, in quibus  
fundatur, & in quibus nobis eius forma præfiguratur. Et si-  
mile notatur in textu. cum dicitur: *Misit duos discipulos, dicens. Ite  
in castellum quod contra vos est* id est, conscientiam remordentem  
de peccato. Duo discipuli sunt timor & amor. qui debent sol-  
uere asinam, i. peccatricem animam alligatam. Ideo Psalm.  
Vt iumentum factus sum apud te. Psalm. 72. Et iterum. Com-

paratus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Reuera peccatores stultiores sunt aſinis. Primò, quia aſinus cognofcit dominum ſuum: ipſi vero non percipiunt corde qd Deus homo factus, pœnitentiã egit eis in exemplũ. Quod cõqueritur Iſa. 1. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum & aſinus præſepe domini ſui: Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. & ſi q eum cognouerunt, nõ tamen eum vt Deum glorificauerũt. Rom. 1. Qui cum cognouiſſent Deũ, non ſicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt. Secundò, qã onus patiēter ſuſcepit, licet graue. Modò autẽ mul ti peccatores ſeuẽ onus nolunt portare. Idcirco rarò inuenitur verus pœnitens. Greg. Magis inueni qui ſeruauerũt innocentiam, quã qui veram pœnitentiã egerint. Oportet tamen, vt qui tales ſunt, pœniteant vel hie vel in futuro. Aug. Nullum malum impunẽ. Deut. 25. Pro meſura delicti, erit plagarum modus. Idcirco Bernar. Qui perfecte ſenſerit onus peccati & animæ læſionem, nil reputabit corporis pœnam & laborem, Propterea hortatur nos Apoftolus hodie ad onus pœnitentiæ ſuſcipiendũ. Roma. 13. *Hora eſt nos iam de ſomno ſurgere.* Et ſubdit: Non comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudiciis. Vnde Iob. 8. Tu tamen ſi diluculo ſurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus: ſi mundus & reſtus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te. Exod. 16. Manẽ colligebant manna, id eſt, Dei gratiam. ¶ Quintò propter peccatorum faluationem, r. ad 1. imo. 1. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. Quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Ideo Ioan. 3. Non miſit Deus filium ſuum in mundum vt iudicet mundum, ſed vt mundus ſaluetur per ipſum. Vnde Lucæ 9. dixit diſcipulis: Nefcitis, cuius ſpiritus ſitis. Nõ venit filius hominis animas perdere: ſed ſaluare. Et notatur ibi: *Si quis vobis aliquid dixerit, dicitur: Dominus his onus habet, ſ. ad gratiã infuſionẽ & iuſtificationẽ.* Vel ibi: Et ſedit ſuper eam, quia ſcilicet per gratiã iuſtificationem reſidet ſuper nos. Prouer. 14. In corde prudentis, id eſt, iuſti, requieſcet ſapientia. ¶ Sextò venit propter ſcripturarum impletionem, quia in ſcripturis fecerat promiſſionem incarnationis. Deut. 31. Daturum ſe patribus iurauit dominus. Ideo Luc. 1. Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, ſicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius. Et notatur in textu, cum dicitur: *Hoc totum factum eſt, vt impleretur illud auod dictum eſt per prophetam, &c.* ¶ Item notandum ſecundò de vtilitate aduentus: Sicut enim bonis eius aduentus

us prodeſt: ſic malis maioris damnationis occaſio erit, ſecundum illud Ioan. 15. Si non veniſſem & locus eis fuiſſem, peccatũ non haberet: nunc autẽ excuſationẽ nõ habet de peccato ſuo. Et Luc. 2. dixit Simeon ad Mariam de Ieſu: Ecce hic poſtus eſt in ruinam & in reſurrectionẽ multorum in Iſrael. Vnde quantum elicitur ex illa parte euangelij, ſex hominum generibus prodeſt ipſius aduentus. Primò omnibus verẽ pœnitentibus, quia propter hos maximẽ venit in mundũ. Matt. 9. Nõ veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã. Et Lu. 5. pœnitentiã agite, appropinq. vo. reg. cœ. Vnde Beda ſuper Gã. ſuper illo verbo, Veni in hortum meũ. dicit in perſona Chriſti: Venio vt errantes corrigã, & inſirmos adiuuẽ, & dubitates in fide cõfirmẽ. Et tangitur ibi: *Euẽtes diſcipulis, &c.* Sicut enim abire, eſt ab eo per peccatũ recedere, vt dicit Gloſſa ſuper illud Ioan. 6. Abierunt retrorſum: ſic econuerſo adire, eſt per pœnitentiã & per viam pœnitentiæ appropinquare. Secũdò prodeſt eius præceptis obtemperantibus. Et talibus omne bonũ promittitur. Deut. 27. Si audieris vocẽ domini Dei tui vt facias, atq; cuſtodias omnia mandata eius, faciet te dominus excelſiorem cõctis gentibus quæ verſantur in terra, & veniet ſuper te vniuerſæ benedictiones iſtæ, & apprehendẽtes: ſi tamẽ eius præcepta audieris. Et veritas per ſe dicit Mar. 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata dei. Et tangitur ibi: *Euẽtes autem diſcipuli fecerũt ſicut præceptis illis Ieſus.* Tertio, prodeſt iis, qui peccatoribus cõdolent, quia tales conformant ſe quantum ad hoc Chriſto. Vnde Lucæ 19. Chriſtus fleuit ſuper Hieruſalem. Vbi dicit Fulgen. quòd non deſtebat pulchritudinem, nõ altitudinẽ turrium: ſed homines citò in animabus & corporibus perituros. Vnde ad hoc hortatur Apoftolus ad Ro. 12. Flete inquit, cum ſlentibus. & tangitur ibi: *Adiuxerunt aſſinam & pullum* Quæ animalia alienis oneribus opprimuntur, & typum gerunt eorum, qui ex Dei &aterno amore alienis miſeriis compatiuntur: in quibus dominus ſedet per internam conſolationem. Quarto conducit pauperibus & miſericordiam facientibus, quia tales in hoc imitantur patrẽ cœleſtẽ. Luc. 6. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet, ad Galat. 6. Qui enim parẽc ſeminat, parẽc & metet. 2. Cor. 9. Et hoc ſemen placet Chriſto, qui eſt ſons miſericordiæ. Nam Matth. 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam confequẽtur. Hæc enim ſola eſt quæ peccata delet & abluit. Vnde dicitur Lu. 5. u. Quod ſuper eſt, date eleemoſynã, & ecce omnia

nia munda sunt vobis. Et tangitur ibi: *Et imposuerunt sibi vestimenta sua.* Dicitur notanter sibi, quia quicquid factum pauperi fuerit, sibi factum reputat. Mat. 25. *Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Quinto, confertur iis, qui in suis bonis operibus rectam intentionem habent, ut in eis principaliter querant laudem dei, quia in hoc imitantur eum qui in omnibus operibus gloriam patris quæ sinit. Ioan. 8. *Ego honorifico patrem meum qui in cælis est. Et hoc deo placet.* Non enim vult alteri dare gloriam suam. Isa. 42. *Gloriam meam alteri nõ dabo.* Et tangitur ibi: *Eum desuper sedere fecerunt.* Vnde in hoc excludit vanam gloriam, quam quidam in suis operibus querunt, de quibus scriptum est, Mat. 6. *Non eritis hypocritæ, qui amant ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam.* Sexto prodest pacificis, quia Christus ideo venit in mundum, ut nos cum patre pacificaret. Ephe. 2. *Ipse enim est pax nostra qui fecit utraq; vnum.* Vnde Mat. 5. *Beati pacifici, quonia filij Dei vocabuntur.* Et tangitur in hoc verbo sedere, quod est quietis & pacem habentis, cum dicitur: *Eum desuper sedere fecerunt.* Tertiõ norandum est de aduentus ipsius gratiarum actione, quanta enim tenemus ad gratiarum actiones pro omnibus beneficiis nobis impensis, i. Thessal. 3. *In omnibus gratiã agite.* Vnde Bern. *Disce ad singula dona gratias agere deo, principaliter tamẽ de sua natiuitate.* Vnde canit Ecclesiast. *Grates nunc omnes reddamus domino deo, qui sua natiuitate nos liberauit de diabolica potestate. Pro quo sciendum quod ad gratitudinem requiruntur principaliter sex conditiones. Prima est, quod debet fieri de omnibus. Ratio quia ab alto omnia bona. Iaco. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminũ.* Et tangitur ibi: *Plurima autem turba.* In cuius figuram in præfatione in persona totius Ecclesiæ præmittitur: *Gratias agamus domino deo nostro.* Secunda, quod debet esse humilis. Ratio, quia in assumptione humanitatis ipse se ad infimum humiliavit ad Phil. 2. *Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens.* Bern. *Non modica est simplex exinanitio: sed vsq; ad carnem, crucem, & mortem.* Matth. 11. *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Et tangitur ibi: *Sternebant vestimenta sua in via.* Et talis multum placet deo. Vnde ad eam hortatur Luc. 17. *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Inutiles serui sumus, quod debuimus facere, fecimus.* Tertia, quod debet esse hilaris. Ratio, 2. ad Corint. 9.*

Hilarem

dilectorem diligit Deus. Et tangitur ibi: *Alij cedebant ramis de arboribus, & sternebant in via.* Ramus cum floribus, significat hilaritatem. Ad hæc hortatur Ecclesi. 25. *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* Bern. *Nihil Deo dignè pro sua incarnatione & passione referre possumus, quam quod gratias agamus.* Seneca: *Non est maius malum, quam ad beneficia ingratitude.* Quarto gratiarum actio debet esse bona. Vnde Bern. *Non tantum verbo sed etiam opere & veritate exhibemus nosipsi gratos.* Sed heu aliqui ore & non opere gratias agunt. De quibus Isa. 29. *Matt. 13. Hic populus labijs me honorat.* Matth. 23. *Dicunt, & non faciunt.* Et tangitur ibi: *Turba autem quæ præteribant & quæ sequebantur clamabant.* In duplici turba cor & linguam pariter designat. i. ad Corint. 1. *Gratias ago deo meo. Et dicit notanter ago, & non cogito, vel dico.* Quia dicit Bern. *Non gratiarum cogitationem vel prolationem, sed factionem & orationem requirit à nobis deus.* Quinto debet esse continua. Ratio, Bern. *Quia amâtes vident bona sibi collata à deo, semper adesse, & nulla pericula tentationis imminere.* Et quia deus eis benefacere non cessat, igitur & ipsi non debent cessare à gratiarum actione. Et tangitur ibi: *Clamabant.* Vnde sicut dicit Lucas, in tantum clamauerunt, quod quidam Pharisei dixerunt Luc. 19. *Magister increpa discipulos tuos: qui resp. Dico vobis, si tacuerint, tunc lapides clamabunt.* Sic & nos secundum sententiam Psal. *Benedicam dominum in omni tempore.* Psal. 33. *Quia in omni tempore beneficia eius nobis assunt.* Ideo Hugo, *Quanto sapius gratia datur, tanto nequior ingratitude probatur.* Idcirco debemus continuare gratiarum actionem, sicut deus continuat beneficiorum suorum exhibitionem. Sexto debet esse manifesta ratio, ut alij excitati similiter faciant. De quo apud Mat. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.* Sed heu sunt aliqui de quibus Seneca dicit: *Quidam furtivè gratias agunt quasi à se habent, & non à deo, & hoc non est placitum deo quia dixit Mar. 8. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo.* Et sic fuerunt clamantes: *Osanna filio David,* id est saluifica, quia per incarnationem inchoata est salus mundi, ideo publicè cum turbis præcedentibus (id est, patribus veteris testamenti) & sequentibus, id est, hominibus fidelibus noui testamenti dicamus: *Benediculus, qui venit in nomine domini.* Et meritò, quia nihil Deo dignius pro sua incarnatione & satisfactione, quam ut gratias



gratias agamus. Et e converso: Nihil deo displicētius est, quā beneficiorū suorum ingratitude. Quapropter scribit Aug. in epist. ad Aurelium episc. Quid melius animo gerimus, & ore promimus, & calamo scribimus, quā deo gratias, quo nec dici brevius, nec audiri lætius, nec intelligi grandius, nec agi potest fructuosius.

*¶ Dominica II. Adventus.*

*¶ Dei potentia, sapientia, ac clementia, in quibus eius operibus potissimum relucant. Triplex signorum genus circa diem iudicij, ac triplex eorumdem expositio.*

**ENARRATIO I.**

**T**unc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. Luc. 21. ¶ Dicit Philosophus, quod rerum virtutes cognoscuntur per earum operationes Spiritualiter, sic nos ex operationibus dei possumus cognoscere virtutem scilicet quadruplicem, potentiam in superabilem, sapientiam imperferuabilem, clementiam ineffabilem, & iustitiam inflexibilem. Deus namque opus suae potentiae manifestavit nobis in humani generis creatione, & omnium creaturarum, quae in caelo & in terra sunt. De quo Gene. 1. In principio deus creavit caelum & terram. Et Pf. Omnia quaecumque voluit fecit. Psal. 93. scilicet in caelo angelos, in terra iumenta & homines, in aere volucres, in mari monstra & pisces. Ioā. 1. Omnia enim per ipsum facta sunt. Super quo Aug. Qualia sunt, & quantacūq; sunt, per ipsum verbum facta sunt. Secundō eius sapientia relucet in omnium creaturarum nobilissima & sapientissima distinctione: vt cum separavit aquas ab arida, aquas appellavit mare, & aridā terrā. Et haec fecit in sapientia sua, iuxta illud Psal. Omnia in sapientia fecisti, Ps. 103. De quo Eccl. 1. Quis dimensus est sapientia dei praecedentē omnia, & quis eā investigavit? q. d. nullus. Tertiō eius clemētia patet in nostra redēptione & saluatione. De qua ad Titū 2. Nō ex operibus iustitiae quae fecimus nos, &c. Quartō restat in super, vt appareat eius iustitia in bonorū operū retributione, quia est tanta dei iustitia (vt dicit Aug.) quod nullū bonū irremuneratū & nullū malū impunitū pertransibit. Et hoc erit in cōsummatione nouissimi iudicij: De quo Psal. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Psal. 74. Et hoc erit tunc quando rex noster veniet ad iudicium, & incutiet his timorem, qui non preparauerunt se ad primum aduentum per amorem, de quo thema, *Tunc videbunt filium hominis, &c.*

¶ In summa euangelij duo innuuntur. Primō terribilis creaturarum mutatio, ibi: *Erunt signa in solis & luna*: Secundō mirabilis manifestatio, ibi: *Tunc videbunt filium hominis*. Primō dicit: *In illo tempore*. scilicet feria tertia post Palmarum, cum Christus sedebat in templo, & quidam dixerunt ei: Magister aspice quales structura, & respondens ait, veniet dies, vt non relinquatur lapis super lapidem, qui non destruetur. Et sic eo sedente super montem Oliueti accesserunt discipuli eius secretē dicentes, Dic nobis, quando haec erunt signa aduentus tui & consummationis seculi? Tunc inter cetera signa eius iudicij praecedentia, dixit ista fore futura. Pro quo sciendum (sicut habetur in scripturis) tunc sunt quaedam signa diem iudicij extremum praecurrentia & quaedā sequentia. Primō sunt quaedam praecurrentia iudicij, & sunt multa. Primum est quod scribitur, scilicet bella & praelia. Luc. 21. Cum videritis praelia & seditiones, nolite terri. Oportet primū haec fieri, scilicet ante nouissimum diem. sed nondum statim finis scilicet mundi veniet. De quibus Matt. 24. Surget gens contra gentem, scilicet gens Iudeorum & aliorum infidelium contra gentem Christianorū. Vnde Grego. Gentem contra gentem exurgere, eorūque pressuras super terram plus iam nostris temporibus cernimus, quā in codicibus legimus. Vnde vbiq; terrarum ab Oriente vsq; ad Occidentem, à Meridie vsque ad Septentrionem pacis fœdus inter terrarum dominos tota liter est diminutum: vt per omnium terrarum discrimina vix iam aliquis audeat vias aut semitas pergere. Si ergo tot bella nostris temporibus sunt & praelia. quot erunt in futuro tempore antichristi, quādo soluetur saranus qui nūc ligatus est? Apocal. 20. Si dixerit aliquis: Quare deus permittit bella & discussiones fieri? Respondet Gregor. Periturum mundum multa mala praecurrentia denuntiant, vt eō minus perturbēt venientia. Minus enim iacula feriunt, quae praevidentur, & nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si cōtra ea praescientiae clypeo munimur. Ergo dominus & redemptor noster in aduentu suo ad iudicium nos paratos inuenire desiderans, mundo quae mala superuentura sunt denūtiat, vt nos ab eius amore compeccat. Inter quae primū sient bella & praelia. Super quo verbo Greg. Pensanda sunt verba Saluatoris nostri, per quae nos aliud interius aliud exterius passuros denūtiat. Bella quippe ad hostes pertinent, seditiones ad ciues. Ideo ostēdit nos exterius & interius turbandos: exterius per bella hostium, interius per seditiones ciuium. Aliud nos fatetur

ab hostibus, aliud à fratribus perpeti: exterius hostium oppressionem, interius inuidiam fratrum. Et ergo non absq; dolore refero, q; iam raro vel nunquam est aliqua ciuitas, oppidum vel pagus: quin in eo partes se odientes & opprimentes inueniantur. Rectè igitur dixit, quòd ante generale iudiciũ erunt lites & dissensiones. Vnde Greg. Vltima tribulatio multis tribulationibus præuenitur, & per crebra mala quæ præueniunt, indicantur mala perpetua quæ sequentur. Idem: Multa mala debent præcurrere vt mala sine fine valeant prænunciare. Et ob hoc dicitur Matt. 24. & Mar. 13. Tradet frater fratrem in mortẽ & pater filiũ, & confurgent filij in parentes & morte eos afficiet. Super quæ Greg. Minorem dolorem mala faciunt, quæ ab extraneis ingeruntur. Plus enim ea in nos tormenta sæuiũt quæ ab illis patimur, de quibus minus præsumebamus: quia cum dāna rerũ & corporis nos cruciãt, plus amissio charitatis. ¶ Secundum signum præcedens iudicium finale, fames: nõ solum panis materialis, quæ maximè ex bellis & præliis generatur: sed etiam fames spiritalis panis, s. verbi diuini. De prima fame patet Luc. 11. Omne regnum in se diuinit desolabitur. Et Ambr. Ex cõcordia paruæ res crescunt, ex discordia magnæ desolantur. Nunc autè clarius hæc fames in mundo potest experiri. Nā dum inuicem bella gerũt principes, alter alterius pauperes & rusticos opprimit, s. spoliando. Oppressis autem atq; ad pauperiem redactis agricolis, nemo neq; dux, neque miles colit, arat, seminat neque metit. Et dum rustici per seipfos propter bellorum incommoda hæc facere non poterunt: tandem prohibente inopia, nec fructus, nec semina reperiuntur. Et quid deinde nisi fames oritur & annonæ inopia non modica? Sicut etiam propter belligerantium principum delicta inter subditos sæpe panis & frumenti fit magna penuria. Vnde Psal. Posuit terram fructiferam in falsuginem à malitia habitantium in ea. Vnde figuraliter & exẽplariter veritas veteris testamenti & noui patet. Nõne filij Iacob qui Ioseph fratrem suũ Ismaëlitis vendiderunt, fame septẽ annorum sunt percussi? Gen. 41. 2. Reg. 11. de fame, quæ fuit in diebus Dauid regis in Hierusalem tribus annis propter peccatum Saũl, qui iniuste occiderat Gabaonitas. Et ibi dicitur, quòd illi de cognatione Saũlis fuerunt grauitè percussi. Similiter etiam propter peccatum Achab & Iezabel vxoris eius maledicta tempore Helia propheta quatuor annis & sex mensibus, nec ros, nec pluuia super terram descendit, & tunc famos facta est, 3. Regum

13. propter quam Helias ex iussu domini abiit in Sareptam Sidoniorum, vt pasceretur à paupere vidua. Item ex obfessione Hierusalem tanta fames facta erat, vt etiam homines, filios suos & nepotes comederent, vt dicunt Aegseppus & Iosephus in libr. de Iudaico bello. Sic in futuro tempore, quando dies nouissima iudicij appropinquet, ob peccata & demerita hominum in terra fames orietur. Et non solum fames corporalis, sed etiam spiritalis, scilicet verbi Dei, & specialiter tempore antichristi. De qua fame Amos 8. Ecce dies veniunt dicit dominus, & emittam famem in terram non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Tunc enim Iudæi & Gentiles cõuertentur ad fidem. Et vt dicit Propheta Ps. 58. Ad vesperã (i. in vltima ætate & fine mundi) famem patientur (ex desiderio audiendi verbum Dei) vt canes (qui semper sunt famelici: & ideo) circumstant ciuitatem (id est, totam fideliũ communitatem.) Et si non fuerint saturati (cibo spiritali, scilicet verbo Dei) murmurabunt: non contra Deum, sed contra seipfos. Et hoc ideo, quia tempore fertilitatis quo predicatores fuerunt, non sunt cõuersi ad Deum per fidem. ¶ Tertium, quod præcedet iudicium finale, vt ex euãgelio colligitur, est pestis pestilentia: quæ naturaliter venire potest ex fame & panis ac cibi materialis penuria. Nam quod viuunt, indiget cibo, vt calor vitalis & humor radicalis in esse conseruentur. Ideo qui cibo caret, & fame torquetur, per deperditionem humidi radicalis & caloris naturalis infirmabitur, Attamen leui superueniente infirmitate, homo subito quasi ex pestilentia morietur. Item pestilentia etiam permittuntur à Deo propter peccata hominum, vt habetur Genes. 19. & Luca 17. Subita mors velut pestilentia irruit super Sodomitæ, scilicet sulphur & ignis. Nume. 16. Chore, Dathã & Abyron qui peccauerunt alienum ignem offerentes, vt dicit Ps. 105. Aperta est terra & deglutiuit Dathan: & super congregationem Abyron ignis succensus est, & in synagoga eorum flamma combussit peccatores. Item 1. Regum vltimo, propter peccatũ regis Dauid, eò quod iussit Ioab contra voluntatem & beneplacitum Dei populum numerare in superbia: tria sibi proposita sunt, vt vnũ eligeret, vt aut septem annos in terra sua pateretur famem & victus penuriam, aut tribus mensibus aduersarios suos fugeret, aut tribus diebus in terra sua pestilentia grassaretur. Qui cum pestilentiam elegisset, immisit dominus pestilentiam in Israel à mane vsque ad tempus constitutum: & mortui sunt de populo propter peccata Pars Hyem.

catū Dauid, à Dan vsque ad Bersabee (quæ fuerūt duæ ciuitates) 70. millia viroꝝ. Sic etiam propter peccatum factū in Petrum, vt patet Act. 5. de Anania & vxore eius, qui defraudauerunt pecuniam de agro vendito mentientes, & subito interierunt. Sic etiā tempore Greg. Romani propter peccatū plagati sunt cum peste inguinaria. Ideo Psal. 71. Subitò defecerūt & perierunt propter iniquitatem suam. Et sic hodie sunt multæ pestilentie. Sed multò magis in nouissimis diebus erūt cum abundabit iniquitas & refrigescet charitas, Matth. 24. Tunc videbunt homines mali, quod à Deo non profertur citò sententia vltionis, vt habetur Eccle. 8. Et ideo absq; vllò timore perpetrabūt mala. Quibus malis mortem merebuntur, non solūm mortē temporalem, sed etiā æternam: Iuxta illud Ro. 6. Stipendia peccati mors. Quia dicit Ps. 54. Viri sanguinum non dimidiabūt dies suos. Et etiam implebitur in eis illud Iob. 21. Ducūt in bonis dies suos, & in puncto ad infernū descendūt. ¶ Quartū quod præcedet diem nouissimum scribitur Luc. 21. q̄ post bella & prælia sequetur fames, post famem pestilentia. Et subiungit, post hoc vēturi sunt terrores de cœlo. Et hoc etiā prius factū est propter peccatū in veteri testamēto, Gen. 19. Nō enim fuit terror modic⁹, quādo ignis de cœlo cadens quinque ciuitates combussit. Terror etiā fuit, quādo palpabiles tenebræ erant in Aegypto tribus diebus & noctibus, vt homo non videret fratrem suum. Exo. 10. Nōnne horror & terror fuit magnus quādo Helias præcepit vt ignis de cœlo eaderet, & deuotaret quinquagenarium, & quinquaginta viros suos, qui cum eo erāt: 4. Reg. 1. Et si hoc est factū propter peccata hominū, multò magis fiet in fine mūdi ante diem iudicij, vt impleatur illud Ps. Fulgura multiplicabit, & conturbabit eos. ¶ Quintum quod præcedet iudicium, *erunt signa in sole & luna & stellis*. Idque primò propter compassionem, secundo propter vltionem, tertio propter iræ Dei ostensionem, quarto propter finalem determinationem, quinto propter hominum præparationem. De compassione dicit Chrys. Vbi paterfamilias moritur, omnis familia turbatur, & nigris vestibus se induit: & sic erit in vniuerso propter genus humanum, propter quod facta sunt omnia cum certo fine. Secundo erunt signa in creaturis propter vltionem. Quia per quæ quis peccauerit, per hæc & punietur. Sed quia homo peccauit abutendo creatura, ideo eadem creatura suis signis eum torquebit. Vnde Greg. Quia in eunctis delinquimus, in eunctis se imur. Nam ea quæ recepimus ab vsu naturæ, ad vsu

vertim

verrimus culpæ. Nam pacem temporalem vertimus ad vsu prauæ securitatis, ita vt diligamus terrena plus quàm cœlestē patriam. Ideo iure restat, vt simul nos omnia feriant, quæ simul vitiis nostris subiecta seruiebant: vt de quibus habuimus illicita gaudia, post modū de ipsīs sentiamus tormenta. Tertio propter iræ Dei ostensionem. Videmus nanque, q̄ imminente bello, vbi rex vult se vindicare de inimicis, tunc omnes homigiales paratos se demonstrāt pergentes cū eo, & sollet prius ad terrendū hostes fieri armorum ostensio. Sic simili modo ostēdit creaturas minaces cōtra peccatores exuperandos. Vnde Sapient. 5. Et accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturā ad vltionē inimicorū. Quarto erūt signa propter finalem determinationē. Nā sicut in mūdi exordio Deus fecit luminaria magna, luminare maius, s. solem, vt præesset diei, & luminare minus, s. lunā, vt præesset nocti, & stellas posuit in firmamento, vt lucerēt super terram, & sic mundū incēptū indicaret: sic etiā in eis in fine mundi immutationes fiēt, vt mundū deficere demonstrēt. Quinto propter hominū præparationē. De quo S. Tho. Christi iudicij signa præcedēt, vt corda hominum moueant & signis commoti ad futurum iudicium præparentur. Ideo dicit: *Erunt signa in sole*. Vnde Ioëlis 2. Sol conuerteretur in tenebras, & luna in sanguinem; antequā veniat dies domini magnus & horribilis. Et iterum: Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suū. Et Apoca. 6. Sol factus est niger sicut saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ de cœlo ceciderūt super terram, &c. & Mat. 23. Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorū commouebuntur: tunc parebit signum filij hominis in cœlo. Ideo dicit Orig. quod ex fumo ignis eleuato sursum obtenebrabitur superior pars aëris. Ratio, quia respectu claritatis solis iustitiæ non videbitur claritas solis materialis. Simili modo & luna defectū sui luminis patietur. Nam luna cōparatur ad solem, quia ab eo lumen recipit. De quo Ioëlis 2. Luna cōuertetur in sanguinem. *Et etiam signa erunt in stellis*. De quo Mat. 23. Stellæ cadent de cœlo. Non realiter, quia hoc est impossibile: ex quo vna stella est maior tota terra: & si caderet, totam terram operiret, & interficeret omnia viuētia super terram. Sed quo ad apparentiam, quia erunt exhalationes ignitæ similes purgationibus stellarum, quæ sic causantur etiam naturaliter. Quia sol calore suo & virtute radiorum in die attrahit grossas materias sursum, quæ in nocte incenduntur ab

igne: & ita cadunt super terram, vt multoties videantur tales incensiones in nocte descendere super terram. Sed tunc temporis multiplicabuntur adeo, vt innumerabiliter cadere videbuntur. Et non solum in nocte, sed etiam de die per diu nam ordinationem tales ardentēs incensiones cadent de aere & non solum in vno loco, sed in multis; ita quod iudicialis timor & tremor operiet homines in signum terribilis iudicij Dei. In quo iustus iudex Iesus Christus flammis infernalibus oēs incendet peccatores damnabiles. Et tales incensiones erūt magnæ quantitatis, vt quasi stellæ videantur de cœlo cadere. ¶ Nota, quod præter prædictum sensum adhuc ista signa possunt tripliciter exponi, scilicet anagogicè, tropologicè, & allegoricè. Primò anagogicè. Sol, i. Christus obscurabitur. De quo solè Malach. vii. Orjerur timentibus Deum sol iustitiæ. Nam secundum Isido. Sicut sol est fons totius luminis, cuius illustratione superiora & inferiora illuminantur, sic Christus est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientē in hunc mundum. Ioan. i. Hic sol obscurabitur, i. pauci reperientur Christus sequentes. Sed implebitur illud ad Titum i. Confitentur se nosse Deum, verbis scilicet, factis autem negant: vt sunt falsi Christiani. De quibus Aug. Falsè Christiani nomen sortitur, qui Christum minimè imitatur: quia talis habet nomen sine re, de quo Apoc. 3. Nomen habes quod viuas, & mortuus es: quia i. Ioan. 2. Qui dicit se manere in Christo, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Et luna conuerterur in sanguinem, i. Ecclesia persecutionem patietur, & sicut in ea effusio sanguinis. Et stellæ cadent de cœlo, i. multi conuersionem cœlestem deferent, & cadent per infidelitatem. Et implebitur illud Luc. 3. & Matt. 13. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Secūdo exponitur tropologicè, i. moraliter. Sol obscurabitur, i. cæcus pratorum vel potestas spiritualis quæ debet splendere virtutibus & sanctitate vitæ, & alios illuminare ad cognitionē summi boni. Nam sicut à sole procedit splendor, sic à spiritualibus debet procedere scientia Dei. Iuxta illud Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiã, & legē requirēt ex ore eius, quia angelus dñi exerituum est. Et hoc quod dicit Hierony. Sacerdorum est interrogātibus de lege respondere. Hic sol obscurabitur, quia eorū dignitas non honorificabitur ita sicut docet Ecclesia. 7. Honorifica sacerdotes, & da illis partē, sicut mandatū est tibi, primitiarū & purgationis. Atqui hoc iã nō fit, sed potestas spiritualis vilipeditur, & gladius spiritualis, i.

excom

excommunicatio, non curatur. Sicut multi indurati & contumaces dicunt se incrassari de vulneratione gladij spiritualis, hoc est, de excommunicatione. Videant tamē ne maceretur in anima, cum scriptū sit Roma. 13. Qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit. Ideo dicit Chry. Nemo contemnat vincula ecclesiastica, quia nō est homo qui ligat: sed Christus, qui hanc potestatem dedit; & dominos fecit homines esse tanti honoris. Mat. 6. Quodcumq; ligaris super terrā, erit ligatum & in cœlis. Similiter & Met. 18. Si autē Ecclesia nō audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Nam excommunicatio facit hōē in re, quod sonat in voce. Dicitur enim excommunicatio, quasi extra cōmunionē positio. Iuxta illud Aug. Omnis Christianus dilectissimū qui à sacerdotibus excommunicatur, satanæ traditur: quia sicut in Ecclesia est Christus, sic extra Ecclesiã diabolus, ac per hoc quasi diabolo tradi dicitur; quā ab Ecclesię cōmunionē remouetur. Quapropter dicit idē Aug. Nihil debet sic formidare Christianus, quā à corpore Christi separari. Ab Ecclesia enim si separatur, nō est mēbrū eius. Et si nō est mēbrum eius nō vehitur spiritu eius, secūdu illud Rom. 8. Si quis autē spiritū Christi non habet, hic nō est eius. Grego. Sententiã pastoris, siue iusta siue iniusta fuerit, tamen mēda est. Rationē dat Aug. super Pl. 102. & habetur in cōnōne 11. q. 3. qui iustus. Vbi dicit: Qui iustus est, & iniuste maledicitur, præmium sibi redditur. Hic & si non teneatur ligatus apud Deum, sententię tamen parere debet: ne ex superbia ligetur; qui prius ex puritate cōscientiæ absolutus tenebatur. Postquā hic sol obscuratur, hoc est spiritualis potestas vilipenditur: tunc sequitur quod luna, id est, potestas mūdialis conuerterur in sanguinem, id est, principes, reges & mūdianæ dominationes erunt effusores innocentis sanguinis: sic, vt iam plurimum verificetur de principibus illud Isa. 1. Manus vestræ plenæ sunt sanguine, scilicet, de oppressionibus sanguinum, iuxta illud Eccles. 34. Panis egentium vitā est pauperū, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Et iterū: Qui auferit in sudore panē, quasi qui occidit proximū suum. O quot sunt hodiē tales in potestate seculari cōstituti, pauperū oppressores, vt conqueritur Eccles. 4. Vidi calumnias pauperum & lacrymas innocentum, & neminē consolatorem, nec posse resistere eorū violentiæ, cunctōrum auxilio destitutos. De quibus verificatur illud Iere. 2. In aliis tuis inuentus est sanguis animarū pauperum & innocētū. Aliæ sunt potentie & diuitie, à quibus pauperes opprimuntur, contra doctrinam

Ioannis Baptiste, Luc. 3. Neminem conuentiaris, neque calum-  
niam faciaris. Imò principes & praelati deberent alios à ca-  
lumniis eripere, sicut fecit Dauid. Reg. 25. & 26. & habetur in  
canone, 7. q. 1. omnis. Omnis qui gemebat & vexabatur à  
Saul, fugiebat ad Dauid, & liberauit eum. Et hoc decet reges  
& principes. Iuxta illud, 23. q. 5. c. Reg. & sunt verba Hiero-  
nimi super Iere. Regum enim est facere iudicium & iustitiã,  
& liberare de manu calumniantium vi oppressos, & peregri-  
no pupillõque, & viduã qui facilius opprimuntur à potestati-  
bus, præbere auxilium. & ibidem in canone, Rex, inquit  
Cyprian. Rex debet furta cohibere, adulteria punire, impios  
de terra perdere, patricidas & peticuros nõ finire viuere, filios  
suos non finire impiè agere. Sed heu, nunc omnium illorum sunt  
socij, sequentes proprietates animalium rapacium. Quod con-  
queritur Zacha. capit. 5. Habebat alas quasi alas milui. Vnde  
miluus est animal rapax, & designat potentes & diuites qui  
insidiatur pauperibus, secundum illud Ps. Seder in insidiis  
cum diuitibus, in occultis, vt interficiat innocentem. Oculi  
eius in pauperem respiciunt. Insidiatur in abscondito, quasi  
leo in spelunca sua. Insidiatur vt rapiat pauperẽ, &c. Psal. 9.  
Idcirco eis eueniet vt miluo. Nam cum miluus capitur, de in-  
testinis eius pendulum aliquid extrahitur, quod videtis alij  
milui, & putantes, quod alterius cuiusdam intestina prædam  
ferat, accedunt & omnia præcordia eius auferunt: Sic pariter  
cupido diuiti in testinum extrahitur cum cor eius in bonis tẽ-  
poralibus ponitur, secundum illud Eccles. 10. Avaro nihil scẽ-  
lestius, nihil iniquius quam amare pecuniã. Hic enim & ani-  
mam suam venalẽ habet, quoniã in vita sua proiecit intima  
sua. Et sic alij milui. i. alij diuites & potentes conueniunt &  
cõsiliãtur, quomodo cõgregata accipiant. & sic qui oppressit  
pauperes per potentiam & diuitias, opprimitur à potentibus  
& diuitibus ditoribus, vt scribitur Pro. 22. Qui calumniatur  
pauperi, vt augeat diuitias suas: dabit ipse ditori se, & ege-  
bit. Ideo docet Salomon Frouer. 22. Non facias violentiã pau-  
peri, quia pauper est: neque conteras egenum in porta, quia  
dominus iudicabit causam eius, constringet eos qui confixerunt  
animã eius. Et stellæ cadent de cœlo, i. claustrales viri cadent  
de cœlesti vita & cõuersatione ad terrena desideria, à spiritua-  
li vita in carnalem & mundanam. Vnde Ps. Commixti sunt  
inter Gentes, & didicerunt opera eorũ, & seruierunt sculptili-  
bus eorũ, & factum est illis in scandalum. Ps. 105. Vnde appa-  
ret de die in diem quoddam stellæ cadunt de cœlo, id est religiosi

excunt de claustro per mundum discurreres propter ter-  
rena & mudi vanitates & carnis voluptates, vt figuratur Exo.  
5. Dispersus est populus Israël per omnem terrã Aegypti ad  
colligendum paleas. Spirituualiter, populus Israël, id est, popu-  
lus cõtemplariuus, s. monasticã vitam micipati, intellecti per  
Israël, quod interpretatur, vir videns Deum, s. per æternorum  
contemplationem. Hic dispersus est per terrã Aegypti, id est,  
mundi ad colligendum paleas, id est, diuitias terrenas, & car-  
nis voluptates & hominum fauores. Quos arguit Hierony-  
in epist. ad Paulinũ, & habetur in canone 16. q. 1. Si cupis esse  
monachus, quod diceris, quid facis in vrbibus, quã vtique  
non sunt solorum habitacula, sed multorum? Et ibidem in c.  
Placuit dicit Eugenius: Placuit communi nostro concilio, vt  
nullus monachorum pro lucro terreno de monasterio exire  
nefandissimo ausu præsumat. Sit claustro suo cõtensus, quia  
sicut piscis sine aqua caret vita: ita sine monasterio mona-  
chus. Sedeat itaque solitarius & taceat, quia mudo mortuus  
est, Deo autem viuit, &c. Tales sunt stellæ erraticæ & omnes  
igne æternæ combustionis sunt comburendæ sicut paleæ.  
Sed de bonis stellis in cœlo fixis, id est, de monachis fixis ma-  
nentibus in claustro in contemplatione æternorum, in cœle-  
sti cõuersatione morum dicitur Iudic. 5. Stellæ marcentes in  
ordine & cursu suo pugnauerunt contra Sisaram, i. diabolu.  
Tertiõ signa prædicta exponuntur allegoricè. *Erunt signa in  
sole & luna & stellis* Sol obscurabitur, id est, charitas refrigescet.  
Matth. 24. Abundabit iniquitas & refrigescet charitas mul-  
torum. Et luna, i. fides deficiet. iuxta illud 1. Timo. 4. In nouis-  
simis quidem temporibus discedent quidam à fide, ita quod  
dicit saluator, Luc. 17. Veruntamen filius hominis veniens,  
putas inueniet fidem super terram? Et illud Ierem. 8. Perit fides,  
& ablata est de ore eorum. Quod tractans Gorra dicit:  
Falsa est fides Iudæorum, corrupta hæreticorũ, mortua falso-  
rum Christianorũ. Et stellæ cadent de cœlo, id est, alie virtutes  
euanescent. Iuxta illud Thre. 1. Egressus est à filia Sion,  
id est, à fidei anima omnis decor, s. virtutum. Quod cõque-  
ritur Osee 4. Non est veritas, non est misericordia, non est  
scientia Dei in terra: sed maledictum, mendaciũ, homicidiũ,  
furtum, & adulterium inuadauerunt, & sanguis sanguinem  
vertigit. Glossa, Peccatum peccato, & itoua veteribus addunt.

¶ De pseudo prophetis antichristi præcursoribus De natiuitate, aduentu  
& persecutione ipsius. Quibus molis sibi discipulos, adherentesque con-  
ciliabit. Et tandem, cur hac Deus fieri permittat.

**A** Rescensibus hominibus pra timore & expectatione, qua superueniens  
 uniuerso orbi. Luc. 2. Videmus quod debitor videns cre-  
 ditorem appropinquantem cum literis ad iudiciu, volentem  
 eu iudicialiter conuenire, turbatur maxime si no potest eua-  
 dere. Spiritualiter: Sic nos oes sumus debitores, clamantes:  
 Dimitte nobis debita nostra, id est, peccata nostra: Nam vt  
 colligitur ex S. Thom. in 2. 2. q. 83. art. 9. peccata dicuntur  
 debita. Et patet ex eo, quia inde peccata traximus, quia de-  
 bita non soluimus, id est, non fecimus quod debuimus, & ob  
 hoc poenam pati debuimus. Sicut qui non soluit pecuniam  
 creditori suo in statuto termino, duplex incurrit debitum,  
 scilicet debitum culpa, ex eo quod non soluit debitori: & de-  
 bitum poenae, eo quod contra iustitiam egit. Sic in propo-  
 sito cum nos non soluimus debitum nostrum, incurrimus in  
 duo mala, scilicet peccatum & reatum: peccatum quantum ad cul-  
 pam, reatum quantum ad poenam. Ergo patet quod plus pe-  
 titur, cum dicitur, Dimitte nobis debita nostra: quam si di-  
 ceretur, peccata nostra: quia remissionem culpa & poenae.  
 Nam remissa culpa, adhuc manet reatus ad poenam. Idcirco  
 sumus debitores, & creditor est Deus: qui veniens cum lite-  
 ris, conscientiae probat debitum, De quo Hierony. Erunt om-  
 nia facta nostra in frontibus nostris quasi in tabula depicta.  
 Haec figurantur in Apoc. 20. Libri aperti sunt, & alius liber  
 apertus est qui est vita: & mortui iudicati sunt ex his, quae  
 scripta sunt in libris. Liber vita, dicit Gloss. est Christus: qui  
 tunc omnibus apparebit potens, & suis dabit vitam. Vel pra-  
 sentia Dei, quia tunc aperte scient mali se no praedestinos  
 ad vitam, quam in mundo existentes sibi promittebant. Sed  
 libri sunt conscientiae, vbi omnia scripta sunt. De primo, Pl.  
 In libro tuo omnes scribentur. Pl. 138. De secundo Daniel. 7.  
 Iudiciu sedit, & libri aperti. Gloss. Ordo iudiciarius qui pro-  
 merito & demerito in conscientia cuiuslibet relucebit: etiam  
 si conscientia fuit erronea, non excusabitur, si habuit a quo  
 informari poruit. Vnde August. Si times iudiciu, corrige con-  
 scientiam, quia dicit saluator Matth. 10. Nihil est opertum q  
 non reueletur: & occultum quod non sciatur. Et Eccle. vlt.  
 Cuncta quae sunt, adducet dominus in iudiciu. Et tunc non erit  
 de quo no celebraretur iustitia: sed qui no habet in bursa, luet  
 de quo no celebraretur iustitia: sed qui no habet in bursa, luet  
 in dorso. Tunc implebitur illud Job: Videbunt oculi eius in-  
 terfectione sua, & de furore omnipotentis biber. Et cap. 22. Re-  
 uelabunt caeli iniquitate eius, & terra eosurget, scilicet praebens te-  
 stimonium

timonium aduersus eum. Idcirco merito eritis debitores: de  
 quo thema: *Rescensibus hominibus. &c.* ¶ In summa Euangelij  
 duo innuuntur. Primò mundi turbatio incussiva, ibi: *In terris  
 preiura gentium.* Audistis naque in sermone primo qualia signa  
 praecedent iudicium, scilicet bella, fames, pestilentiae, & post pesti-  
 lentiã terrores. Nunc videndum est iextum praueiens iudi-  
 cium quod fiet, scilicet pseudopropheta, nam Sicut Christi aduetu  
 multi viri, & sancti prophetae praesserunt: sic Antichristi ad-  
 uentum ad iudicium multi falsi prophetae praecurrent. Mat.  
 24. Multi pseudoprophetae, id est, falsi praedicatores & doctores  
 surgent, & seducent multos. Quonia abudabit iniquitas,  
 refrigeret charitas multorum, quibus applaudet occulte in  
 confessione, & non corrigent in praedicatione manifeste. Et  
 exinde refrigeret multorum charitas, scilicet sui proximi, & Dei.  
 Sui, quia peccans seipsum peccatis inficit, negligit, damnat,  
 atque infamat. Proximi, quia ipsum offendit, ledit, & scanda-  
 lizat. Item Dei, quia Deum inhonorat, contemnit, & ad iram  
 prouocat vltionis. Vnde 2. Pet. 3. Venient in nouissimis die-  
 bus ( & in tempore Antichristi) in deceptione illufores, id  
 est, seductores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes:  
 quasi dicat, non secundum veritatem & salutem proximi am-  
 bulantes, sed magis ad eorum interitum, quos per falsam do-  
 ctrinam seducent. Quod prauidens Isaias in spiritu dixit  
 cap. 9. Propheta docens mendacium, ipse est cauda, id est finis  
 ante nouissimum diem. Et subdit: Et erunt qui beatificent po-  
 pulum istu seducentes: & qui beatificatur praecipitati. Iere. 5.  
 Stupor & mirabilia facta sunt in terra. Prophetae propheta-  
 bant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis,  
 & populus mens dilexit talia. Et ideo tales non sunt audien-  
 di, Iere. 23. Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant  
 vobis & decipiunt vos: visiones cordis sui loquuntur, non de  
 ore domini. De quibus Matth. 7. Attendite a falsis prophetis  
 qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. Vbi glossa: Firma  
 tutela salutis est docere quem fugias, propterea, 1. Ioan. 4. No  
 lite omni spiritui credere. id est, omni homini loquenti de  
 spiritualibus: quia prophetae Antichristi de profundis myste-  
 riis & spiritualibus loquentur, vt suam falsitatem palliare  
 possint: qui non erunt de simplicibus, sed de sapientibus. c. ua  
 propter tantu periculosus simplices decipiunt. Vnde sicut  
 qui se in primo aduentu Christo opposuerunt, sanctiores &  
 sapientiores aliis videbantur, scilicet Scribae & Pharisei, sic illi qui  
 in fine resistent testibus Christi & praedicationibus veritatis,

fapientiores aliis in Ecclesia apparebunt: sed non sunt, neque erunt. Ideo 1. Tim. 3. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, scilicet propter multitudinem pseudoprophetarum: quia erunt homines seipso amantes, veritati resistentes, speciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes: Et per hoc seducunt multos. Ideo subdit: Et hos deuita. Nam ut dicit August. & habetur 83. dist. in cap. nemo dicitis, Nemo quippe nocet in Ecclesia Dei amplius, quam qui peruerso agens nomen vel ordinem sanctitatis & sacerdotis habet. Delinquent namque hunc redarguere nullus presumit. Et in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Tales namque alliciunt corda hominum & a veritate auertunt, 2. Tim. 3. A veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur, id est, doctrinas deceptiuas. De quibus Psalm. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Psalm. 118. Septimum signum proueniens Dei iudicium est Antichristi aduentus, & eius persecutio. De quo 2. Thessal. 1. Non moueamini a sensu vestro, neque terreamini quasi in festis domini. Nec quis vos seducat ullo modo: quoniam nisi venerit discessio primum & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, &c. Vnde dicit de Lyra: Aliqui Thessalonicensium crediderunt iudicium propinquum, eo quod dicit Apost. 1. ad Corin. 15, Omnes qui dormiuerunt in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent. Et 1. Thessal. 4. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangelii & in tuba Dei descendet de caelo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. deinde & nos qui viuimus, qui relinquitur, simul rapiemur cum illis obuiam in nubibus Christo in aera. Credebant ergo hoc futurum tempore Pauli. Ideo scribit eis secundam epistolam, dicens: Ne terreamini, nisi reuelatus fuerit homo peccati, id est, totus peccato deditus. Idcirco videndum est quo tempore venturus sit. Responderet primum, quod tempore abundantiae peccatorum. De quo Daniel 8. Cum creuerint iniquitates, confurget rex impudens facie, & intelliget propositiones, & roborabitur fortitudo eius: sed non in viribus suis, & supra quam credi potest, vniuersa vastabit. Et dignum est ut iniquus veniens iniquitatem inueniat non vnum, sed plures. Vnde Ose. 4. Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictus mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt in terra, & sanguis sanguinem tetigit, id est, peccatum peccato non

vetteribus

vetteribus addunt. Nam peccatum vnum aliud impellet. Et tunc veniet iniquus rex, scilicet Antichristus super malos subditos. Quia secundum Greg. Secundum merita subditorum tribuuntur a Deo personae regentium. Et, pro qualitatibus subditorum disponuntur acta regentium, & saepe ex plebium merito mutatur vita pastorum. Et Matt. 24. Quonia abundantia iniquitatis, refrigescet charitas multorum. Et quando sic creuerit iniquitas, tunc veniet Antichristus. Secundo veniet in tempore schismatis & discordiae: & merito, quia Saluator noster venit tempore pacis: quia ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, nos deo reconciliando, ut patet Luc. 2. Exit edictum a Caesare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Ita Antichristus, qui erit contra Christum, in tempore schismatis veniet. Vnde 2. Thess. 2. Nisi venerit discessio primum ab Ecclesia, a fide catholica, & a Romano imperio. Vnde Aug. Antichristus erit potes rex & imperator. Danic. 6. Post haec aspicietiam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis & fortis nimis. Glossa: Hoc est Romanum imperium. Decem erunt cornua eius, hoc est decem reges erunt, qui regent Romanum imperium. Et subdit. Et alius confurget post eos & potentior erit prioribus, & tres humiliabit, scilicet Aegyptiorum, Lybicum, & Aethiopicum. Vbi dicit Glossa: Aliis interfectis alij colla submittet victori, vt impleatur illud Ps. Regnum ipsius omnibus dominabitur. Psalm. 10. Glossa, id est omnes reges superatus est, vt solus regnet. Iob 40. Per gyrum dentium eius formido. Et capite 40. Stringet caudam suam quasi cedrum. Glossa, Quae arbusta transcendit: ita Antichristus alios transcendet in gloria mundi & potentia. Ideo 2. Thess. 2. Tantum vt qui tenet teneat donec de medio fiat. Dicit Glossa. Tantum restat, vt qui tenet Romanum imperium vel fidem Christi, teneat donec de medio fiat. Hoc est, donec fiat recessus a fide & Romano imperio. Tertio venit Antichristus in istius mundi fine, secundum illud Apoc. 10. Ligauit eum per annos mille, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. Et post hoc oportet illum solui modico tempore. Vbi August. per mille annos, intelligit totum tempus gratiae usque ad Antichristum, a Ioanne incipiendo, qui haec verba scripsit: & a Syluestro. Quia dicit Alexander super Apoc. quod Syluester baptizauit Constantinum anno domini 310. modo sic mille anni pertransierunt, & Antichristus nouum venit: & sic mille capitur hic pro vniuersitate temporum: Sicut etiam capitur in Psalm. Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod

quod mandauit in mille generationes, id est in omnes generationes. Et tunc dicitur solui Saranas, quia crudelior erit persecutio Antichristi his temporibus, quam antè. De quo Isid. lib. 1. cap. 26. Quàntò tempus breuius restare sibi viderit vt damnetur: tantò crudelius persecutiones exercet: vt qui se continuò damnandum conspicit, socios sibi multiplicet quibus gehennæ ignibus addicat. Et hoc erit in fine, quia non longè post mortem Antichristi hic mundus finietur. Item discipuli eius præbunt eum sicut discipuli Christi: quos misit binos ac binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quo ipse erat venturus, vt habetur Luc. 10. & Marc. 6. De quibus 1. Ioan. 2. Et sicut audistis, quia Antichristus venit: nunc Antichristi multi facti sunt. Et subdit infra: Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus est Christus: id est, Messias in lege promissus: sicut Iudæi faciunt. Et subdit: Hic est Antichristus, qui negat patrem & filium. Item alia gl' Antichristi sunt omnes hæretici, & hi qui verbo fatentur fidem, sed vita destruunt, & moribus corrumpunt. Quia Antichristus dicitur ab anti, quod est cõtrà, & Christus, quasi contra Christum. Ideo quicumq; veritati Ecclesie contradicunt, & contra mandatum eius faciunt, hi omnes sunt Antichristi: Vnde Isid. lib. de summo bono, c. 26. Omnis qui secundum professionis suæ normam nõ viuit, aut aliter docet, Antichristus est. Pleriq; autem Antichristi tempora non visuri sunt: & tamen in membris Antichristi inueniendi sunt. Vnde ad prædicta subdit ibidem: Antequam veniat Antichristus, multa iam eius membra præcesserunt, & praua actionis merita caput proprium præuenerunt. Reuera. Nam sicut caput bonorum propriè est Christus: sic malorum caput est & erit Antichristus cum diabolo & angelis suis. Nunc videndum est de natiuitate Antichristi. Dicit namque S. Thom. de aquino quod Antichristus nasceretur in Babylone. Er dicit, quod nasceretur de tribu Dan. Quia Genes. 40. Dan. coluber in via, i. Antichristus, quem de tribu Dan asserunt nasciturum. Vnde Apoc. 2. Vidi de mari bestiam ascendentem, id est de Babylone quæ iacet secus mare. Glos. i. de vili genere: & magnam exercebit crudelitatem, qui ad magnam perueniet potentiam. Cum enim aliquis infimo loco natus sublimatur, crudelior omnibus bene natis efficitur. Vnde poeta, Alperius nihil est vili, dum surgit in altum. Quia non curat, si quo modo perdat honorem, quem prius non habuit, & nunc indignus possidet. Item hic Antichristus in vtero matris meretricis adhuc positus

stus replebitur spiritu diaboli, iuxta illud 2. Thess. 2. Cuius aduentus est secundum operationem Satanae: Nam secundum Damasc. nasceretur ex damnato coitu, & vocatur cum bastardum. Aug. in lib de generali iudicio ad Sil. Priusquam veniat dominus mundum iudicare per ignem, ex fornicatione nasceretur ille filius perditionis in Babylonia. Item nutrietur in ciuitatibus Corozaim & Bethzaida, de quibus dominus Mat. 11. Vt tibi Corozaim: Vt tibi Bethzaida: &c. Et vt scribit Damasc. Occultè puer nutrietur à Magis diuinatoribus, & incantatoribus, à quibus plenè replebitur arte magica & omni falsitate, & maligni spiritus erunt comites & duces eius. Et post hoc veniet in Hierusalem, & circumcidet se, dicens: Ego sum Messias vobis missus: Iudæi ergo tunc eum suscipiunt, & credent in eum. Et tunc implebitur illud Eccl. 4. q. de carcere catenisq; interdum quis egrediatur ad regnum, & alius natus in regno inopia consumatur, quia sic ad regnum gradietur Antichristus, & acceptus erit, & Christus in regno natus fuit despectus. de quo Ioan. 5. Ego veni in nomine patris mei, & non accepi stis me: si alius venerit in nomine suo (hoc est Antichristus, qui propriam gloriam quæret, & non Dei, dicens se esse Christum, cum Christus nõ sit) illum accipietis. Nã suscipient illum Iudæi, & reardificabunt templum à Romanis destructum, Et sedebit ibi mendaciter, dicens se esse Christum deum, & hoc ex superbia. De quo 2. ad Thess. 2. Qui sedebit in templo, & extolletur super omne quod dicitur deus. Nam ipse congregabit reges totius terræ. Iuxta illud Apoc. 16. Congregabit reges & principes & populos multos: & congregabit illos in locum, qui vocabitur Hebraicè Armageddon, mons vbi fures habent refugium. Hier. in interpretationibus: Mons est latrociniis, & ipse eos omnes acceptabit: sicut ad David fugerunt omnes qui oppressi fuerunt a re alieno, i. censu. 1. Reg. 22. Et factus est David eorum princeps. Sic Antichristus erit princeps omnium malorum, cum quibus sedebit & regnum stabilibit, vt habetur Apocal. 18. Omnes gentes & reges terræ & multi populi cum ea fornicati sunt, scilicet malè faciendo. Loquitur de Babylone quæ interpretatur confusio significans Antichristum, & quoslibet inimicos dei & Ecclesie, iuxta illud Psal. 130. Inimicos eius induam confusione. Nam sicut Christus plenus fuit omni gratia & omnibus virtutibus: sic Antichristus plenus erit omnibus vitiis. Primò erit superbus, quia faciat homines imaginem suam adorare, & destruet signa crucifixi. De quo Apoc. 13. Datum est ei os loquens ingentia, id est magna & blasphemias



mias : & aperiet os suum in blasphemias ad deum , blasphemare nomen eius & tabernaculū eius , & eos qui in cœlo habitant : & faciet , vt quicumque non adorauerit imaginem bestiarum , occidetur . Et subdit : Et faciet omnes pusillos & magnos , diuites & pauperes , liberos & seruos , habere characterem in manu dextra , aut in frontibus suis : & ne quis possit emere aut vendere , nisi habeat characterem nominis bestiarum . Ecce quanta elatio & superbia . Secundū erit luxuriosus . De quo Daniel . 4 . Erit in concupiscentiis fornicarū . Ideo 2 . Timo . 3 . In nouissimis diebus instabunt tēpora periculosa . s . tempore prope aduentū Antichristi . Et erūt homines seipos amantes , cupidi , elati , superbi , blasphemī , & c . Quia dicit glo . Homines ita manifestē peccabunt , quod non erubescant adulterari , sicut iam loqui aut comedere . Nam qui in presenti gloriantur in suis malitiis , isti sunt præcursores Antichristi . Sicut enim Christus fuit humilimus & castissimus : sic Antichristus erit superbissimus & luxuriosissimus . Et sicut Christus habuit Ioan . Baptistā in præcursores in omni humilitate , castitate , & sanctitate : sic superbi atq; adulteri sunt præcursores Antichristi . Tertiū erit blasphemus Dei & sanctorū . Vnde Daniel . 11 . Aduersus deū deorū loquetur magnifica & blasphemabit sanctum euangelii : Dan . vbi supra : Cor . eius aduersus testamentū sanctū . Ideo dicit gl . 1 . ad Thes . 2 . sicut in Christo fuit plenitudo diuinitatis : sic in Antichristo erit plenitudo omnis malitiæ , nequitie & iniquitatis . Nā dicit Magister in Histo . super Daniel . in cap . 4 . visionis : Licet Antichristus de seminibus parentum suorum concipietur , tamen post conceptum ipsius spiritus malignus descendet in uterum matris eius , cuius virtute puer deinceps nascetur , aletur , adolescet , & filius perditionis dicetur . Istud intellige sic , non quod diabolus creabit eū , aut animā corpōri infunderit , aut obsidebit infusam : sed quia applicabit se vt custodiat eū semp quasi vas propriū : suggerens ei omnia quæ voluerit . De quo 2 . Thess . Cuius aduentus est secundū operationē Satanæ . Quartū erit magnus seductor . Vnde Ps . Sedit in insidiis vt interficiat innocentē : Psal . 9 . Et erit simulator & blādus . Vnde Damas . In primordiis regni sui simulabit iustitiā suā , vt possit simplices ad se trahere . Vnde Ps . vbi supra . Insidiatur vt rapiat pauperem , dum attrahit eū . Vnde dicit gl . Cū blanditiis trahit eum ad se . Porro quatuor modis sibi homines attrahet . Primū per falsam doctrinā . Vnde Psalm . Insidiatur in abscondito quasi leo , quia erit astutus & prædicabit legē nouam & antiquam ,

quæ

quæ peccandi licentiam præbebit . Quia sicut lex veritatis & salutaris peccatum prohibet , sic sua lex iniquitatis peccatum persuadet . Vnde Psal . 10 . Constitue domine legislatorem . Dicit enim S . Thom . q . Antichristus prædicabit & affirmabit falsis probationibus , ante se nullū Christū , sed omnes Antichristos fuisse , & asseret legem Christi falsam & prædicationes . Et per vniuersas partes mundi discurret eandē suam falsam doctrinā prædicās . Et seducet multos , & dabit suis sequacibus spiritum malignum , & reuelabit eis scripturā veteris & noui testamenti , quā diabolus optimē scit secundū textū sua falsitate exponere vt impediatur veritas , & non sicut sacra scriptura exponitur à catholicis doctoribus . Tunc implebitur illud Psal . Diminutę sunt veritates à filiis hominum . Et Isa . 29 . Corruit in platea veritas , & æquitas non potuit ingredi . Dan . 8 . Prosterneatur veritas in terra . Secundū per falsa miracula . De quo 1 . Thes . Cuius est aduersus secundum operationem Satanæ in omni virtute & signis & prodigiis mendacibus , & in omni seductione iniquitatis . Quia non erunt vera , sed falsa signa . Vnde dicit S . Thom . Arbores subito faciet flores secundum apparentiam , & non existentiam , & mortuos fallaciter resurgere . Quia maligni spiritus corpora mortuorū intrantes in specie hominum , qui aliquandō vixerunt , quasi à mortuis surrexerint apparebunt , & dicent se ab Antichristo suscitatos . Etiam dicit S . Thom . & alij doctores super Apoc . quod ipse Antichristus in sua magica arte faciet statuā ad imaginem suā adorari ab vniuersis hominibus , & illa statuā loquetur & prædicet futura , & faciet signa , vt dicitur Apo . 13 . Faciet signa magna , videlicet ignē de cœlo descendere in terram in cōspectu hominum , & seducet habitantes in terra per signa quæ data sunt illa facere . Nam Antichristus , & sui sequaces per artem magicam , id est diabolicā deceptionem , faciet vt imagines in Ecclesia loquantur dicentes se falsas fuisse , vt quod imago Petri loquetur ad populū : Vos estis decepti & malē credidistis quia Petrus nō fuit sanctus , nec est sicut vos creditis . Et imago beate Virginis similiter . Et etiam sub imagine Crucifixi occultabitur diabolus , & loquetur ad Christianos , dicens : Vos decepti estis . à Crucifixo , quia nō est filius dei . Similiter de ciborio loquetur diabolus : Ego non sum deus & homo , sicut vos creditis . Et multa alia similia faciet arte diabolica : ita vt si fieri posset , etiam electi Dei decipientur . Ideo scribitur Dan . 11 . Applicabuntur ei plurimi fraudulenter , & de eruditis ruent , i . de literatis . Et sicut dicitur de discipulis Christi Matt . vlt . Illi autem pro

festi prædicauerunt vbiq; domino cooperante & sermonem confirmante, sequentibus signis: sic discipuli apostoli Antichristi prædicabant vbiq; falsitatem, & signis falsis confirmabant falsitatem sermonis adiuuante diabolo. Tertio per dona. Vnde dicit S. Thomas & Antichristus inueniet thesauros absconditos, & distribuet suis. De quo Daniel. 1. Domina bitur thesaurorum auri & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti: & hoc per auxilium diaboli, quia omnes thesauros quos auari homines foderunt in terram, diabolus ostendet ei. Ex quo colligitur, quod tales homines congregantes diuitias per auaritiam & fodientes eas sub terram, sunt ministri diaboli & Antichristi, & faciunt se participes illius nequitiae, eoque Antichristus per illas diuitias seducet multos. Vnde Danie. 11. Dabit eis potestatem in multis, & diuidet terram gratuitò. Vbi glo. Superabit auaritia quos non superare potuit potentia. De quo Danie. 7. In copia rerum omnium occidet plurimos, hoc est, in abundantia temporalium: quia sicut Christus venit pauper, sic ille diues. Quarto per tormenta, quia quos prædictis non poterit peruertere, illos, peruersis & diris suppliciis peruerteret. De quo Daniel vbi supra: Roborabitur fortitudo eius, & supra quam credi potest, vniuersa vastabit, & prosperabitur, & faciet, & interficiet robustos, & populum sanctum secundum voluntatem suam. Et in 1. Veniet in multitudine magna, vt conterat & interficiat plurimos. Iob. 21. Post se omnem hominem, i. aliquos ex omnibus hominibus trahet, aut se innumerabiles. ¶ Sed dices: Quare Deus permittit talia fieri? Respondeo cum Daniele, Robur datum est ei propter peccata hominum. Et cum Apost. Charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. ideo mittet illis deus operationem erroris, i. Antichristum, vt credant mendacio, vt iudicentur, s. iudicio dånationis, omnes qui non crediderunt veritati, sed cõsenserunt iniquitati. Maxime autem persequetur sanctos & iustos. Dan. 7. Aspiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, i. qui videbantur esse sancti: & præualuit eis, & eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem deum & aduersus deum deorum, loquetur magna. Daniel. 11. Vnde 2. Thess. 2. Non moueamini quasi instet dies domini, nisi reuelatus fuerit homo peccati, s. Antichristus, filius perditionis, scilicet æternæ, qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur deus, aut quod colitur: ita vt in templo dei sedeat, ostentans se tanquam sit Deus. Glossa, Nonnulli rectius dici putant sicut in Græco

est, non

est, nõ in templo sed in templum Dei sedeat, quasi ipse cum suis sit templum Dei. Et tunc deseret eum ex toto bonus angelus qui ipsum vt alium quemlibet hominem ab initio suæ conceptionis custodiuit. Vnde refert S. Thom. q. angelus domini bonus datus est sibi ad hoc, vt non faciat tāta mala quāta vellet facere: at tamen ista mala quæ faciet, Deus permittet iusto suo iudicio: quāuis ille faciat iniquo cõsilio. Quia iustum Dei iudicium est, vt credant mendacio, qui veritati credere noluerunt, vt iudicentur omnes qui nõ crediderunt veritati, &c. De quo Ps. 80. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adiuuentionibus suis. Nam sicut Christus venit missus, sic ille permittitur. Dicit nanque Augu. Si Antichristus non veniret, minus appareret eius maligna potentia, & bonorum patientia. Necessè ergo est, vt appareat, qui cum Christo colligit, & dispergit. Nam vt scribitur Eccle. 27. Sicut vasa figuli probat fornax, & homines iustos tētatio tribulationis. De quo Greg. Qualis vnusquisque apud se lateat, illata cõtumelia probat. Et vt dicitur Matt. 24. Erit tunc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio mundi. Quamuis martyres passi sunt plurima, hos tamen Deus confortauit per miracula. Hic vero oppositum erit, quia ipse tortor, s. Antichristus miracula faciet. Pensemus ergo, quāta erit humanæ mentis turbatio, cum martyr corpus tormentis subiicit, & tortor miracula facit. Nam per falsa documenta falsamque expositionem scripturarum vincet sapientes huius mundi: & per secundum, scilicet ostensiones signorum vincet simplices: per tertium, scilicet munerum largitionem, decipiet auaritia seruientes: per quartum verò scilicet tormentorum exhibitionem, subiugabit pusillanimes & timentes. Et sic Antichristus attrahet sibi multitudinem hominum, vt dicit Apoc. 12. Cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram, id est, ad terrena desideria. Trahet enim malos per munera, bonos per tormenta, simplices per falsam doctrinam & miracula. At tamen nota sicut Deus huic mundo præuidit, quod nunquam esset sine luminari contra tenebras. Nam per noctem lunam & stellas, per diem solem habemus pro nostro adiutorio: sic in Ecclesia præuidit Deus, quod nunquam deficiet electis lumen gratiæ, quo confortentur & illuminentur contra tenebras malitiæ. Et sicut tempore Antichristi crudeliora tormenta instabunt sanctis: sic & sancti per diuinam gratiam fortiores erunt, & sine præsentia aliquorum sanctorum & proborum vitorum non erunt: sed eis in adiutorium. Deus mittet excel-

Pars Hym.

lentissimos viros, s. Enoch & Eliam de paradiso, qui conuer-  
rent peruersos Iudæos ad fidem Christi, iuxta illud Malac. vi-  
tim. Ecce mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat  
dies domini magnus, scilicet gaudium futurum bonis, & horri-  
bilis reprobis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filio-  
rum ad patres, ad suscipiendum fidem Saluatoris. Vnde Iu-  
dæi & Christiani qui nunc inter se discrepant, tunc in Chri-  
stum consentient, Et hoc est quod dicit Ierem. 13. In diebus  
illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, Et tunc  
erit vnum ouile & vnus pastor. Ioan. 10. Vnde Enoch & Elias  
prædicabunt omni populo. Apoc. 11. Dabo duobus testib<sup>9</sup> meis,  
s. Enoch & Eliæ, spiritum veritatis, & prædicabunt mille die-  
bus ducentis & 60. sicut Christus, amicti facieis. Dicit gloss.  
Prædicantes penitentiam, & exemplo ostendentes, Et dicit  
duobus: Ideo enim sub binario ponitur, quia prædicabunt lu-  
deis & Christianis principaliter. Et quia prædicabunt de du-  
plici charitate, s. Dei & proximi: & de duobus testamentis ac-  
cipiant, quod prædicabunt. Psal. de medio perrarum dabunt  
voces. Perrarum dicit, vtriusque testamenti stabilitatem in-  
sinuans. Et quia veritatem prædicabunt, & Antichristi falsi-  
tatem condemnabunt. Et quia in ore duorum vel trium tes-  
tium stat omne verbum. Deu. 7. & Matt. 18. Et cum finierint  
testimonium, bestia, i. Antichristus, qui ascendit de abyso fa-  
ciet contra eos bellum. s. disputationis: & eos vincet, non sa-  
pientia, sed potentia. Quoniam ipsi veri testes erunt irrefra-  
gabiles, per tyrannidem suam eos occidet corporaliter. Et cor-  
pora eorum insepulta iacebunt in plateis Hierusalem per  
tres dies & dimidium: nec quispiam ausus erit eos deponere  
in monumentis, propter timorem Antichristi. Quia dicit S.  
Thom. hoc non permittet propter odium populi Christiani,  
vt quicumque eos viderit, formidare debeat. Tandem post  
tres dies & dimidium, vt habetur Apoc. 11. spiritus vitæ à Deo  
id est animæ eorum ierabunt in eos: & stabunt super pedes  
suos viuentes immortales iam & impassibiles, & timor ma-  
gnus cadet super eos, qui videbunt eos ita glorificatos. Et au-  
dient vocem de cælo dicentem: Venite huc, i. ad consortium  
angelorum & sanctorum. Et ascendent in cælum in nube, si-  
cut Christus, Actu. 2. Et iustum est, vt qui Christum imitat  
sunt in tribulatione, prædicatione & passione, conformentur il-  
li in ascensione: iuxta illud Matth. 22. & Lucæ 14. & 18. Qui se  
humiliat, exaltabitur. Et cum ascendens, videbunt eos inimici  
ei eorum, scilicet visione insolita, & cum magna admiratione &

timore.

timore. Et in illa hora, s. post mortem eorum & assumptionem  
in cælum, fiet terræ motus magnus: & cadet decima pars ciui-  
tatis Hierusalem. Gloss. i. homo qui ad hoc constitutus videri-  
tur vt decimus ordo restauraretur. Et in terræ motu occident.  
Glo. destruentur omnino in inferno, vel postea non recipient  
nomina hominum, i. nominati homines, qui tantum habe-  
bunt nomē & non rem. Dicit Gloss. Hominum quos Deus  
præsciuit ad mortem, vt non terrentur quoquo modo fideles.  
Septem milia. Glof. Omnes perfecti in malitia. Et reliqui san-  
cti & electi in timorem Dei sicut missi, i. dimittendi, & non oc-  
cidētur, sed dabunt gloriā Deo cæli, deinde vt dicit S. Thom.  
in Sum. theolo. ver. cap. 11. Antichristus post Enoch & Eliæ  
ascensum in cælum regnabit quindecim diebus & in istis diebus  
magnā diabolus per Antichristum tribulationē & certē maxi-  
mam exercebit in Ecclesia. Nā vt dicit Isid. vbi sup. Quanto  
breuius tēpus restare sibi viderit, tanto maiorē terræ persecu-  
tionē mouebit contra homines, vt glorificentur iusti, & sor-  
didentur impij & iniqui. Et vt diabolo durior accrescat dam-  
nationis sententia, erit tunc vt habetur Matth. 24. tribulatio  
magna ex vehementia tyrannica persecutionis, quam An-  
tichristus exercebit. Quæ talis erit, qualis ab initio mundi  
vsque modò nec postea in perpetuum fiet. In illis diebus, vt  
habetur Apoc. 9. aliqui lædentur per hæresim, aliqui per hy-  
pocritism, aliqui per violentiā, per Antichristi persecutionē.  
Et quærent homines mortem, i. desiderabunt mori, præ nimia  
tribulatione & terrore: & nō inueniēt eam quia fugiet mors  
ab eis, sicut Elias, 3. Reg. 19. tempore persecutionis Iezabel, vt  
habetur Mat. 24. Multi pseudoprophetae surgēt. Antichristus  
cū mēbris suis: & seducēt multos. Et iterū: Surgēt enim pseu-  
dochriſti & pseudoprophetae, & dabūt signa magna Gl. deor-  
sum in terra: & prodigia sursum in cælo. Hæc magna signa  
erūt apparētia & non existētia. Quæ permissione diuina sicut  
virtute diabolica, vt per tribulationē probentur electi Dei. Et  
quod dicitur Mat. 24. Nisi essent abbreviati dies illi, non in-  
telligi, q. dies tūc breuiores quàm nūc sint. Sed dies capitur  
hic pro tempore tribulationis, quod tempus erit breue, quia  
durabit duntaxat per tres annos cū dimidio, vt habetur Da-  
niel. 12. cū inquit: Quia in tēpus & tēpora & dimidiū tempo-  
ris, id est, dominabitur per tēpus anni, & tēpora duorū anno-  
rū, & dimidiū tempus, id est, per dimidiū annum. Et nisi ab-  
breuiati essent dies illi, non fieret salua omnis caro, id est, ho-  
mo. Item dicit S. Thomas, quod post mortem Enoch & Eliæ

Antichristus regnabit quindecim diebus. Et tunc dicit se vltra non posse cum hominibus conuersari propter peccata eorum, & linget se mortuum, vt habetur Apoc. 13. Vidi vnum de capitibus suis, s. Antichristum quasi occisum in mortem, i. fingentem se quasi mortuum. Et sic latens per triduum, postea apparebit, dicens se suscitatum. Et discipuli eius praedicebunt resurrectionem eius, & ipse misurus est spiritum magnum in specie ignis, iuxta illud 3. Reg. 22. Ego ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum, s. Antichristi. Et applicabuntur eis plurimi fraudulenter. Quia voce diaboli loqueretur variis linguis, sicut ex spiritu sancto loquebantur Apostoli. Act. 1. Tunc vt haberetur Danie. 11. Veniet Antichristus in multitudine magna & sicut tabernaculum suum, id est thronum & folium super montem inclytum, s. Oliueti: & veniet ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei, nisi diabolica potestas, glo. nisi permissiue, quia Antichristus de tali monte arte magica ac virtute diabolica ascendet in aera, vt Simon magus cum daemionibus. Tunc vt habetur 2. Thessal. 2. reueletur ille iniquus, quia nequicia eius & falsitas eius detegatur, quem dominus interficiet spiritu oris sui, id est, virtute spiritus sancti. Et Haymo super eadem verba, quod Christus interficiet eum spiritu oris sui, id est iussione sua. Iuxta illud Isa. 11. Spiritu labiorum eius interficiet impium, siue per se, siue per Michaëlem archangelum. Et iubente Christo daemones permittent eum ad terram cadere in conspectu omnium hominum, vt impleatur illud Psal. Vidi impium super exaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat: quæsiui eum & non inuentus est locus eius. Post mortem Antichristi, vt dicit Glof. super 2. Thess. 2. ministri eius gaudebunt, vxores ducentes, & conuiuia celebrantes multa & diuersi generis solatia exercentes, & dicentes: Licet princeps noster sit mortuus, modò tamè pacè habemus & securitatem. Et illis talia dicentibus, tunc vt habetur Iob 18. Calcabit super eos quasi rex interitus. Vnde Ps. 54. Veniet mors super illos, scilicet inopinatè: & descendet in infernum viuentes vt Paganus & Abyron. Numer. 16. Viuetes scilicet hic diabolo, mundo, & carni: sed non viuentes Deo, mortui, scilicet peccatis. Item post mortem Antichristi non statim dominus veniet ad iudicium, sed Iudæi & Gentes ad fidem conuertentur, & fiet vnum ouile & vnus pastor. Vnde Apo. 8. dicitur: Cui aperuisset septimum sigillum, factum est silentium in caelo quasi media hora, Glof. Quia post mortem Antichristi pax erit in Ec-

clesia

clesia hora modica. Nullam enim certitudinè habemus, quantum illud tempus durabit, nisi pro 45. diebus: prout in Gloss. super Danielem reperitur. Qui dies concedentur ad refrigerium sanctorum & ad poenitentiam subuersorum. Sed quando dominus post huc ad iudicium venturus sit, nemo scit nisi solus Deus.

*¶ De quindecim signis maxime horrendis, quae referente D. Hieronymo: veteres Iudeorum annales diem iudicii praesertim testantur. De igne quo tum purgabitur mundus, & quorsum hac purgatione sit opus, & quare per ignem facienda. De resurrectione mortuorum, & an aliqui non mortui prius sed superstites adhuc, Christo venienti obuiam rapiantur in aera.*

## ENARRATIO III.

**I**n terris erit pressura gentium pra confusione fontis maris: Luc. 21. Audistis charissimi signa iudicii praecedentia. Post haec erunt signa quindena diem iudicii praecedentia. De quibus dicit Hiero. quod eos inuenisset in annalibus Iudaeorum. Sed an sint continui illi dies, an interpolati, non expressit. Primum signum prima die, & mare se eriget quadraginta cubitis supra altitudines montium. Et erit quasi murus in loco stans; & omnia flumina similiter hoc faciet. Vnde quo Isa. 5. Ego sum dominus deus tuus, qui conturbabo mare, & intumescent flumina eius. Illa inundatio maris significat elationem superbiorum, quae se contra Deum exerunt per transgressionem decalogi. Ideo exaltatio maris erit eis in timore & terrore. Vnde Isa. 57. Impij quasi mare ferues, quod quiescere non potest. Secunda die tantum in abyssum demergetur, vt vix videri possit. Vnde Isa. 19. Arefcet aqua de mari, & fluuus desolabitur atque siccabitur, & deficient flumina. Attenuabuntur & siccabuntur riuus aggeris: sic superbi & voluptuosi qui in deliciis vixerunt, deprimentur. Iuxta illud Apo. 18. Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Tertium signum tertia die erit, quod omnes bestiae & belluae marinae congregabuntur super pelagus, & dabunt mugitus suos vsque ad caelum, praetristitia & angustia peccatori compatientes. Quarta die ardebit mare & omnes aquae, Theophilus: Cum alterabitur superior orbis, & elementa inferiora merito compatiuntur ei: quasi ad confusionem peccatoris, qui astitit in concupiscentia carnali. Quinta die ligna sylvarum & herbae emittent rorem sanguineum, sicut Sybilla praedixit. Vnde poeta, Iudicij signum tellus sudore madescet: vt etiam habetur Ioel. In diebus illis effundam spiritum meum, & dabo prodigia in caelo & in terra, sanguinem & ignem

& vaporē. fumi. Simile est apud Isa. 34. Inebriabitur terra sanguine. Et hoc ad confusionem humanę verecundię, quia dies visionis domini annus retributionis iudicij Sion. Vt tunc illi, qui noluit flere super se pro peccatis. Sexta die fiet generalis terrę motus, adeo magnus, vt penę omnia a dñcia manu facta sint collapsura. Apoc. 16. Terramotus factus est magnus, qualis non fuit ex quo homines fuerunt super terrā. Et contritione vel concussione cōterentur, quā in poſteru peccatores tolerare nolētes. Septima die omnes lapides ſcindentur, & omnes mōtes adinuicē collidētur. Vnde Mich. & conſumētur montes ſubtus eū, & valles ſcindētur ſicut cera à facie ignis, ſicut aqua que currūt in præceps. Vnde Pl. 96. Montes ſicut cera fluxerunt à facie domini. Et hoc in redargutiōe obſtinati cordis, Eccl. 3. Cor durum malē habebit in die nouiſſimo. Octaua congregabuntur omnia volatilia in campis vnūquodque in ſuo genere. Et hoc in confuſionē hominū qui cum eſſent præditi ratione, vix rarō aut nunquā habuerūt curam de ſalute animæ ſuę. Iere. 8. Attendi & auſcultauī, nemo quod bonū eſt loquitur. Nona die ferę de mōtib. deſcēdēt, cū hominibus manebūt, & nulli nocebūt. Et hoc in deſertationē eorum, qui viduas, orphanos & pauperes homines violentē oppreſſerunt. Decima die æquabitur terra, ad monſtrādū quod veniet tempus in quo iam æqua ſient omnia: ita quod amplius non ſit dominus neque ſeruus, potens neque ſubditus, diues neque pauper, iuxta præſentis vitę ſtatum. Vnde cima die homines de cauernis exibunt, in quibus latitabant, *arſcētes præ timore & expectatione eorum*, Luc. 21. Quę ſuperuenient vniuerſo orbi. Duodecima ſtella de cælo cadent, non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum apparentiam, quaſi non velint lucere, Decimatertia omnes viuentes morientur, & cum mortuis reſurgent. Conſumentur, inquam, per ignem conflagrationis, qui iudiciū præcedet, de quo patebit, infra. Decimaquarta die cælum & terra renouabuntur per ignem, cum ardebit cælum & terra. Decimaquinta die, ſed nemo ſcit quomodo, niſi ſolus Deus) omnes mortui reſurgent aduentum iudicis præſtolantes. ¶ Item nota quod præter prædicta ſigna ignis per maximus præcedet faciem iudicis. Iuxta illud Plal. 96. Ignis ante ipſum præcedet, ſcilicet conflagrationis. Nam virtute diuina omnis ignis, qui in terra & ſuper terram eſt, concurret ad conflagrationem mundi, id eſt, ad conſummationem & combuſtionem omnium rerum quę ſuper terram ſunt. Quia omnes res corporales, combuſtibles,

vt ligna, lapides, & ædificia, & omnia corpora iumentorum & hominum redigentur in cinerem. Vnde dicit S. Thomas, quod iſte ignis aſcendet tantum, quantum aqua diluuij viſq; ad medium interſtitium aëris, in locum dæmonum ibi habitantium. Bonauerit. vetō dicit 4. Sentent. quod aſcendet viſq; ad vltimam ſphærā ignis. Sed non viſque ad ſidera. Item dicit S. Thom. quod iſte ignis habebit virtutem quatuor dignit. Primò habebit officium ignis infernalis, reprobos puniendo. Secūdo habebit officium ignis purgatorij, bonos a venialibus purgando. Terriò officium ignis terręſtris, omnia vegetabilia conſumendo, & omnium hominum corpora incinerando. Quartiò habebit officij ignis elementaris, elementa ſubtiliando, & ad inuouationem diſponendo. Per illū ergo ignem tota facies terrę exuretur. De quo Deuter. 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit viſq; ad infernū nouiſſima. Deurabitq; terram cum germine ſuo, & mōtū fundamēta comburet: ſic, q; figura huius mūdi peribit: ſicut etiam factum fuit per diluuium. Primò ergo Dei iudiciū per aquā fuit contra ardorem luxurię, quę tunc viguit: ſic vltimum iudiciū per ignē, contra tepore charitatis, quę ſeneſcēte mundo frigeſcēt. Itē in iſto igne purgabitur elemēta: ſic q; ſeparabitur ab igne viſ combuſtibilibis, ab aëre obſcuritas, ab aqua frigiditas, a terrā ponderoſitas & opacitas. Vnde Baſil. ſuper illud Pl. 8. Vox domini interſcendetis ſtammam ignis, dicit: quod calidum, quia eſt aduſtiuū, & frigidū glaciale, & tenebroſum, auferētur: perſpēuū autē in aqua & lux in igne manebit. Quia ſcēdū Aug. in omnibus elemētis ignobile tēdit deorſum, vt ardor ignis, foetor terrę, frigiditas aquę, obſcuritas aëris. Illa omnia deſcēdēt in infernū & aſſociabūtur pœnis damnatorū: De quo Deus. 32. Ardebit viſq; ad infernū nouiſſima. Et S. Thom. dicit, q; iſte ignis ager virtute natura li & ſupernaturali. Naturali virtute ſimiliter ſe habebit ad bonos & ad malos, ſ. vtroſq; incinerando. Supernaturali verò virtute prout, ſ. eſt inſtrumentū diuine iuſtitie, ager diſtinctiſſer, quantum ad ſenſum pœnæ. Nam per ipſum cruciabantur mali, boni verò nullū dolorē ſentiet: ſicut nec pueri ſenſerūt in camino ignis, licet eorū corpora nō ſeruetur in integrā, ſicut puerorum. ¶ Sed dicetes: Quare mundus eo modo turbabitur? Reſpondet S. Thomas, quarto ſcrip. d. 47. q. 4. quod mundus aliquo modo propter hominem factus eſt. Opōrteet ergo, quando homo ſecundum corpus gloriſicabitur, quod etiam alia mundi corpora in ſtatum muentur meliorem, vt ſi

ei locus conuenientior : & aspectus delectabilior habeatur. Ad hoc autem, quod homo gloriam corporis consequatur, oportet prius remouere illa, quæ gloriæ opponuntur. Quæ sunt duo, scilicet corruptio naturæ, & infectio culpæ. Quia ut dicitur 1. Corin. 15. Neque corruptio incorruptelam possidebit. Et subdit : Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem. Et etiam à ciuitate gloriæ omnes immundi foris excludentur, ut habetur Apocal. vlt. Et ergo oportet fieri purgationem ab infectione culpæ. Vnde S. Thom. Quamuis res corporales, non possunt esse subiecta infectioni culpæ, proprie tamen ex culpa hominis quædam incongruitas in rebus corporalibus & corruptis relinquitur. Et quantum ad hoc purgatione indiget. Et hoc merito fiet per ignem, quia ignis cum sit nobilissimum elementorum, habet proprietates similes proprietatibus gloriæ, ut patet in luce. Secundo, quia ignis non recipit cõmixtionem extranei propter efficaciam virtutis actiue, sicut alia elementa: Tertio quia sphaera ignis remota à nostra habitatione, nec ita communis est nobis vsus ignis, sicut terræ, aquæ & aëris. Vnde non ita inficitur. Et præter hæc maximam habet efficaciam ad purgandum & diuidendum & subtiliandũ. Item postquã elementa purgabuntur, tunc sequetur cœli & terræ renouatio, & à statu veteri in statum nouum mutatio per cessationem motus, & sic mundus innouabitur, & homo glorificabitur. Vnde S. Thomas super 4. Sentent. d. 47. ponit quandam conuenientiam innouationis, dicens: Omnia corporalia propter hominem facta dicuntur & creduntur, iuxta illud Psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius Psal. 8. Et ipsa seruiunt homini dupliciter. Vno modo ad sustentationem corporalis uitæ. Alio modo ad perfectionem cognitionis diuinæ, in quâ tunc homo per ea quæ visibilia facta sunt, inuisibilia Dei cognoscit, ad Roma. 1. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Innouabuntur ergo elementa cum mundo, quia primo ministerio creaturaru homo glorificatus in nullo indigebit, quia eius corpus fiet incorruptibile, diuina virtute id faciente per animam, quam immediatè glorificabit. Innouabitur etiam, quia secundo ministerio non indigebit homo quantum ad cognitionem intellectuam, quia Deum immediatè illa cognitione cognoscet. 1. Corinth. 13. Non per speculum in ænigmate, sicut nunc: sed facie ad faciem. Sed ad hæc visionem essentia, & oculis carnis attingere non poterit. Et ideo ut ei etiam solatium

tium congruens Dei visione diuinitatis tribuatur, inspicietur ab homine ipsa diuinitas in suis effectibus spiritualibus & corporalibus, in quibus manifesta iudicia diuinæ maiestatis apparebunt : & præcipue in carne Christi, & post in corporibus beatorum, & deinceps in omnibus aliis. Et sic impletur illud Isa. vlt. Ecce enim ego creo cœlos nouos & terræ nouam. & non erunt in memoria priora, &c. Vbi S. Thom. hoc non est intelligendum, quo ad substantiam : quia substantia cœli & terræ stabit in æternum. Iuxta illud Psalm. Fundasti terram & permanet. Psalm. 118. & Eccl. 1. Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat, s. quantum ad substantiam. Et si terra, quæ est ignobilissimum elementorum, in æternum stabit, quantum ad eius substantiam: multo clarius datur intelligi, quod illa elementa quæ sunt nobiliora, ut aqua, aër, ignis, stabunt in æternum. Ideo dicit S. Thom. quod illud Luc. 21. Cœlum & terra transibunt, intelligendum est, quo ad formam, i. in aliã formã transibunt. De quo 1. Cor. 7. Præterit enim figura huius mundi. Ideo Ioan. Apoc. 2. dixit. Vidi cœlum nouum, i. inornatum per ignem cõflagrationis, & terram nouam. Primum enim cœlum & prima terra abiit. ¶ Sed dices: Quomodo aqua innouabitur, cum non sit combustibilis, sed per oppositas qualitates omnino igni contraria? Respondet Aug. Licet aqua combustibilis non sit: reuaporabitur tamen per ignem, sic quod deficiet secundum priore statum. Vnde de mari, omnium aquarum matre, cum omnia flumina de ipso fluant, dicitur Apoc. 21. Mare iam non est, i. secundum priorem statum defecit, Quia amaritudo maris & grossitudo aquarum auferetur, sed remanebit secundũ substantiam, innouata & facta meliore. ¶ Sed rursus querat quispiã: Quomodo ignis innouabitur, si sic tunc omnino deficiet quia subtracta materia ignibili naturalis deficiet ignis. Iuxta illud poeticum: Subtrahæ ligna foco, protinus ignis abest. Sed constat, quod tunc deficiet materia ignibilis, cum omnia per ignem consumuntur, Respondetur secundũ Glo. super Apoc. Elementũ ignis innouabitur, per seipsum omne quod in seipso impurum est, cõsumendo & purgando. Quoniam ignis naturaliter habet virtutem purgatiuã. Et sic dicit S. Thom. quod terra erit in superficie superiori plaua & pura sicut vitrum vel crystallus. Tunc implebitur illud Isa. 40: Omnis collis implebitur, omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Aqua fiet sicut crystallus, aër vt cœlum, ignis vt cœli luminaria. Bruta enim

animalia, vt pisces & peora secundum S. Thomam, 4. q. 9. non manebunt quia non habent ordinem ad incorruptionem. Nam cum innovatio mundi propter hominem fiat, oportet quod innovationi hominis conformetur. Homo autem innovatus de statu corruptionis in incorruptionem transiet perpetue quietis. Vnde 1. Corint. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. Et ideo mundus, hoc modo innovabitur, vt abiecta omni corruptione & transmutatione, perpetuo remaneat in quiete. Vnde ad illam innovationem nil ordinari poterit, nisi quod habet ordinem ad incorruptionem. Huiusmodi autem sunt corpora caelestia, elementa & homines. Corpora enim caelestia, secundum sui naturam, sicut sol, luna, & stellae, etiam secundum se totum & secundum partes, id est, secundum eorum contrarias qualitates, hoc est, secundum formam, vt supra dixi: sed incorruptibilia sunt secundum totum, i. substantiam. Homines autem corruptuntur & secundum totum, qui separatur a corpore anima: & secundum partes. Sed hoc ex parte materiae non ex parte formae, s. animae rationalis, quae post corruptionem hominis manet incorrupta. Animalia autem bruta & plantae & omnia corpora mixta corruptuntur secundum totum & secundum partes, & ex parte materiae quae formam amittit, & ex parte formae quae actu non manet. Et sic nullo modo habent ordinem ad incorruptionem. Vnde in illa innovatione non manebunt. Item tertia ratio innovationis elementorum & mundi est, quia in nouissimo die Christus venturus est ad iudicium in claritate inaccessibili. Et quia vt dicit Iob. 1. Caeli non sunt mundi in conspectu eius, oportet munderi ab omni macula corruptionis, quam extraxerunt a peccatoribus, vt mundi appareat in conspectu iudicis. Si caeli & elementa, quae ratione non sunt praedita, nec vita fruuntur, sic purgantur & sic preparabuntur in occursum iusti iudicis, vt ne aliquid maculae in eis reliquum appareat, in quo displicere possint magno iudici Christo. O quanto multo magis nos oportet purgari ab omni macula peccatorum, ne in aduentu iudicis inueniamur immundi! De quo Bern. Quando ardebit caelum & terra, vbi apparebunt impij, adulteri, ebriosi: quid infelices dicturi sunt, qui toties admoniti reperitur imparati? Nunc vero videndum est de mortuorum resurrectione, quae etiam praecedet aduentum Christi ad iudicium. De qua S. Thom. sup. 4. q. 1. d. 4. 3. q. 1. Quonia vltimus finis quem etiam naturaliter homines desiderant, est aeterna beatitudo, & haec in hac vita homines consequi non valebunt, ideo necesse est ponere aliam vitam,

f. per

f. perpetuam, in qua homines suam vltimam perfectionem consequantur. Quam etiam reuera consequi non possunt, nisi prius moriantur corporaliter. Oportet ergo homines prius mori, antequam resurgant. De quo idem ibidem q. 4. Ante resurrectionem mori conuenit secundum ordinem naturae, na sicut humana natura ex peccato primi parentis in defectu necessitatis moriendi deuenit: non erit reditus ad immortalitatem, nisi morte mediante. Nam vt scribitur 8. Physico. sicut motus caeli est causa vitae omnibus inferioribus rebus: sic motus cordis totius corporis quaedam vita est. Sicut autem cessante motu cordis omnia membra mortificantur: ita cessante motu caeli, non potest aliquid viuum remanere in illa vita quae ex influentia illius motus conseruatur. Etiam conuenit diuinae iustitiae, quae humanam naturam pro peccato primi parentis danauit, vt omnes qui ab eo originem dacerent, infectionem peccati originalis contraherent, & per consequens mortis debitores existerent, iuxta illud Rom. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in orbem, & per peccatum mors in omnes pertransiit. Ergo omnes homines necesse est mori antequam resurgant. De quo Heb. 9. Statutum est homini semel mori. ¶ Si dixeris. Quid sibi vult hoc verbum Apoc. 1. Theil. 4. Deinde nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu domini, non preueniemus eos qui dormierunt. Ibi aliqui dixerunt, quod Christo veniente ad iudicium, aliqui reperientur viui, qui sine morte transferantur ad statum immortalitatis. Sed hoc non est verum, vt habetur 1. Reg. 14. Omnes morimur. Alij dixerunt, quod illi qui in aduentu Christi viui reperientur, in rapta illo obuiando Christo in aera subito morientur, & statim resurgent. Nec hoc veritati consonum, qui (vt praedixi) ignis conflagrationis purgas elementa incinerabit corpora mixta ex elementis: quia ignis praecedet aduentum Christi ad iudicium. Et sic nulli homines reperientur viui qui obueniant Christo venienti nisi prius suscitantur per Christum. Iuxta illud 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Et haec sententia Lyrae, quod sicut omnes morientur qui viuunt: sic omnes simul resurgent qui mortui sunt, vt dicit Apostolus: Omnes qui dormierunt, scilicet boni & mali in momento, in ictu oculi: sed differenter, quia non omnes immutabimur, scilicet ad beatitudinis gloriam: sed solum electi resurgent in corporibus glorificatis, sed peccatores in suis grossis corporibus super terra manebunt. ¶ Sed dices: Quomodo

potest

poterunt mali in grossis corporibus tam cito in ictu oculi, ab omnibus partibus mundi, s. ab Oriente; Occidente, Meridie, & Septentrione venire ad iudicium? Ad hoc responderet S. Thomas quod mali per angelos dei portabuntur ad iudicium, sicut Abacuc portabatur ab angelo de Iudra in Babylonem ad locum leonum. Item resurrectio fiet in eis idē membris & corporibus quae prius habebant. Iuxta illud Iob. 10. In carne mea videbo Deū saluatorem meū. Vbi dicit Greg. Dicit resurrectio non potest, nisi anima ad idē corpus redeat. Nam resurrectio est iterata resurrectio: eiusdem enim est resurgere, cuius est cadere. Vnde resurrectio magis corpus respicit, quod post mortē cadit, quam animā quae post mortem viuit. Et ita si non esset idem corpus quod anima resumēret, tunc nō diceretur resurrectio, sed magis noui corporis assumptio. Item nota, quod resurrectio erit perfecta & integra quo ad omnia quae pertinent ad humani corporis integritatem, tam quo ad membra, quam quo ad crines & alia. Nā dominus dixit Mat. 5. Vestri autē & capilli capitis omnes numerati sunt. Et Lu. 21. Et capillus de capite vestro nō peribit. Et 1. ad Cor. 15. Mortui resurgēt incorrupti, id est, sine defectu corporalis integritatis: quia in malis non erit defectus mutilationis & diminutionis membrorum, sed bene qualitatis, & similitudinis & nigredinis. Itē licet omnes resurgent integri corporibus, non tamen in eadem quantitate: sed vnusquisq; resurget in illa quantitate, vt dicit S. Thom. in 4. dist. 44. q. 1. arti. 1. in qua fuisse in termino augmenti, si natura non errasset in membrorum defectibus, vel superfluitatibus, vel non defecisset a termino ante mortem post vitae consumptionē. Quod autem superest vel deficit in homine, reformabit diuina potentia & supplebit. Item licet non resurgent omnes in eadem quantitate, tamen resurgent in eadē aetate. Vnde Magister in 4. Sententiarum, dist. 44, ca. 1. in litera dicit: Non eadem resurgentibus assignatur statura, sed aetas: omnes enim illa aetate resurgent, in qua Christus mortuus est, & resurrexit, cuiuscumq; aetatis mortui fuerint. De quo Ephe. 4. Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Vbi dicit Aug. Nō dicit in mensurā corporis vel staturam Christi, sed aetatis: quia vnusquisq; recipiet suā mensurā corporis, quā habuit in iuuentute, etiam si senex abijt, vel fuerat habitus, si autē defunctus est. Aetas verō erit illa, ad quam peruenit Christus, s. iuuenilis, vt circa triginta annos. Triginta enim duorum annorū & trium mensū erat

aetas Christi, in qua mortuus est. Itē nota, quod vnusquisq; resurget in suo ordine. Sed obiecit aliquis illud 1. Thess. 4. Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Responderet primum non dicit ordinem temporis, sed dignitatis. quia resurget martyr vt martyr, Apostolus vt Apostolus, bonus vt bonus, malus vt malus: Et sic nō est ordo tēporis. Sed vt habetur 1. Cor. 15. Resurgemus simul & semel in momento & ictu oculi, i. tēpore valde breui & quasi imperceptibili. Quia collectio cinerū & puluerū fiet ministerio angelorū per modum locale in tēpore quasi imperceptibili. Sed dices: Quae est causa vniuersalis resurrectionis mortuorū? Respond. S. Thom. super 4. Sententiarum, q. quatuor causa concurrunt ad resurrectionē mortuorū, s. efficiēs, materialis, formalis & finalis. Prima causa efficiens est Deus, qui est causa omnium rerū, qui principaliter & effectiue operabitur resurrectionē mortuorū, tam bonorū, quam malorū, per vocē tubae quae in aduentu iudicis ab omnibus audietur: cuius virtute excitabuntur mortui de monumentis & resurgent. Vnde Ps. Dabit voci suae vocē virtutis: Psal. 67. Et Ioan. 5. Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocē filij dei, & qui audierint, viuent. De qua voce 1. Thess. 4. Quonia ipse dpmus in iussu & in voce archangeli & in tuba dei descendet de caelo. Vnde S. Thomas: Vox tubae est imperiū Christi iubentis resurgere, & dicētis: Surgite mortui, venite ad iudicium. Potest per hanc tria in iussu, voce & tuba, idem signari: vt illa vox dicatur iussus quantum ad virtutē, quia ei corpora mortuorum obedientia erunt. Vox archangeli, i. Christi qui est princeps angelorū, quantum ad dignitatē proferentis. Tuba, quantum ad euidentiā. Vox iussus refertur ad causam principalem, s. diuinā virtutē, cui obediunt omnia. Vox archangeli, ad ministerium angelorum. Sed tuba ad operationē hominis Christi. Haec enim tria in resurrectione operabuntur. Haec tuba vt dicitur 1. ad Cor. 15. erit nouissima & notissima, id est, manifesta omnibus: & vltima, quia post eam non erit alia. Ideo Greg. Tubā sonare, nō est aliud nisi mundo filium dei demonstrare, qui erit causa efficiens vniuersalis resurrectionis. Secunda causa est materialis, s. pulueres in quos corpora mortuorum redacta sunt, de quibus pulueribus tanquam de materia deus resuscitabit mortuos, & reformabit corpora omnium hominum, secundum veritatē naturae & integritatem membrorū. Quia si deus de nihilo potuit omnia creare, multo credibilius est quod ipse deus corpora hominū eadem



de materia præcedenti possit reformare. Etiam humiditas corporis resurget quæ ad integritatem ipsius pertinebit. Sed humiditas quæ est in recedendo à perfectione, sicut sudor, vrina, & aliz humiditates superfluz: vel etiam illa quæ ante ordinabatur ad conseruationem speciei, vt pote semen non resurgent. Similiter etiam humiditas quæ ad actum nutritium pertinet, sicut lac, non resurget. Sed humiditas quæ est incorporata membris, & quæ est de integritate corporis, illa resurget. Ex quo patet, quod nihil deficiet in materia, quocumque etiam peruenerit, quando resurget, saltem quod pertinet ad integritatem corporis vel ornatu, vt capilli & vngues. Tertia causa est formalis, & erit cõiunctio animæ & corporis, quia in resurrectione nouissima animæ electorū dei cõiungentur corporibus suis: vt simul anima & corpore glorificatis accipiant à iusto iudice gloriam æternæ beatitudinis. Similiter & animæ damnatorū associabuntur corporibus suis, vt simul in anima & corpore crucientur æternaliter in inferno. Et meritò. Sicut enim meritum & demeritum cõiuncta fuerūt in corpore & anima: sic gloria vel pœna simul cõiungentur in corpore & anima. Quarta causa erit finalis, quæ est finis vniuscuiusque. Finis enim electorum erit æterna beatitudo in summo deo cõstituta, qui dicitur finis sine fine: ideo quia ibi terminabitur omne desiderium iustorum, & implebitur summo bono, & non erit vltra quod possit desiderari. Sed finis reprobatorum erit æterna damnatio in inferno constituta: quæ dicitur finis malorum, quia ibi omnis malitia implebitur. Et est finis sine fine, quia eorum damnatio æternaliter durabit. Sed hoc interest, quod resurrectio bonorum erit in claritate, iuxta illud Apostoli Phil. 3. Saluatorem expectamus dominum nostrū Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Mali autem resurgent in corporibus grossis & palpabilibus, sine omni mutatione glorificationis: Attamē resurrectio bonorum haud erit æqualis in omnibus. Quia quidam maiorem accipient claritatem in corporibus suis, quidam minorem, iuxta exigentiam suorum meritorum. Vnde 1. Corin. 15. Alia est claritas solis, alia lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Vnde Mat. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorū non est sic intelligendū, qui iusti solummodo habituri sint claritatem solis vel lunæ vel stellarū. Sed Aposto. per hoc innuit, quod minimā clarita sanctorū in æterna beatitudine in. s.

instimabiliter superat claritatē solis: ita, quod claritas solis superueniente claritate sanctorū obrenerabitur, sicut dicit Magister in 4. Senten. dist. 48. Et S. Thom. in 4. script. dist. 44. q. 7. asserit, quod illa claritas causabitur ex redundantia glorie animæ in corpus: & ideo secundum quod anima erit maioris claritatis secundum maius meritū: ita etiam erit differentia claritatis. De malis verò dicit Magister in 4. distiu. 44. Quicunque ab illa perdicionis massa que per Adā facta est, non liberabuntur per Christū, resurgent quidē etiā ipsi vnusquisque cum carne sua vt eū diabolo eiusque angelis puniātur. Vtrū verò ipsi eum vitis & deformationibus suorum corporū resurgant, quæcūque in eis gestauerūt, in requirendo labore quid opus sit: Non enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo quorū erit certa & sempiterna damnatio. Super quo S. Tho. in 4. dist. 44. q. 8. Auctor qui naturam condidit, in resurrectione naturā corporis integrē reparabit. Vnde quicquid defectus ex corruptione vel debilitate naturæ siue principiorū naturalium in corpore fuit, totum in resurrectione remouebitur: sicut febris, lippitudo, & similia. Defectus autē qui ex naturalibus principiis in vno corpore naturaliter cõsequuntur, sicut ponderositas, passibilitas, & similia, in corporibus damnatorum erunt: quos defectus ab electorum corporibus gloria resurrectionis excludit. Vnde sicut resurrectio electorum pro differentia meritorum diuersificatur in gloria: sic etiam resurrectio malorum differenter fiet secundum maioritatem demeritorum & culpārū, quæ quilibet gessit in corpore suo.

*¶ Quo tempore ad iudicium venturus sit Christus, Quod ad hoc innuitur a patribus. Quod veniet manifestus omnibus iratus peccatoribus, salustium ciuium comitatu stipatus.*

## ENARRATIO IIII.

**T**unc videbunt filium hominis venientem in nube. Luc. 21. ¶ Audistis de his quæ præcedent iudicium. Nunc vidēdam primò de tempore huius Iudicij, quando futurum sit: an nocte, manē, die, vel serò. Aliqui volunt quod in die, ex illo quod scribitur 1. Corin. 15. Dies enim domini declarabit, &c. Et Actu. Sic veniet quemadmodum vidistis eum. Aliqui verò media nocte, secundum illud Mat. 25. Media nocte clamor factus est, &c. Et sic pro hoc tempore Iudæi dicunt, quod & in Aegypto angelus percussit primogenita. Et filij Israël liberati sunt. Exod. 12. Alij verò, quod manē. Psal. Manē astabo tibi & videbo. Psal. 5. Sed nullum illorum reor certum. Mar. 13. De die enim illa vel hora nemo scit, neque angeli in celo,

neque filius in humanitate, nisi pater. Act. 1. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae pater posuit in sua potestate. Vnde dicit S. Thomas in quarto script. distin. 42. q. 4. quod aetas vltima humani generis, quae incipit ab aduentu domini, vsque ad finem seculi, quibus generationibus computetur, incertum est: sicut etiam senectus quae est vltima aetas hominis, cum quandoque sola tantum teneat temporis, quantum reliquae omnes. Huius ratio est, quia determinatus numerus futuri temporis sciri non potest, nisi per reuelationem, vel per naturalem rationem. Tempus autem quod erit vsque ad resurrectionem, numerari non potest naturali ratione: quia simul erit resurrectio & finis motus caeli. Ex motu autem caeli non potest cognosci finis eius, cum sit circularis, & secundum naturam posset in perpetuum durare. Similiter nec per reuelationem haberi potest. Idque ideo, ut omnes semper sint solliciti & parati ad Christo occurrendum. Et propter hoc Apostolis etiam in hoc quaerentibus respondit, Act. primo: Non est vestrum, &c. In quo ut Aug. dicit 18. de ciuitate Dei: Omnium de hac re calculantium digitos resoluit & quiescere iubet. Quod enim Apostolis quaerentibus noluit indicare, nec aliis reuelabit. Omnes enim qui praedictum tempus numerare vouerunt, hucusque falsiloqui sunt inuenti. Non enim expedit scire hominibus. Ideo Aug. Salubriter diem aduentus sui dominus latere voluit: ut semper sic deberemus viuere: ac si semper deberemus iudicari, vt semper timeamus Deum. Quia scribitur Deuter. 32. Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Quapropter dicit saluator Matth. 24. Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Vbi August. Nemo quarat nouissimum diem, quando venturus sit. Sed vigilemus omnes bene viuendo, ne nouissima dies nos inueniat imparatos. Qualis quisque enim hinc exierit in suo nouissimo die, i. morte, talis in iudicio apparebit. Ideo Greg. A nullo scitur dies nouissima, i. est incerta, vt semper sit suspecta. Ideo media nocte exponitur per Magistrum in 4. Senten. dist. 43. id est, nullo sciente, s. cum valde obscurum erit, i. occultum, vt ait Aug. Media nocte, non pro hora temporis: sed dum non speratur, tunc veniet dies nouissima. ¶ Secundo ad iudicium iustitiae est Christus inuitatus a patribus, vt fecit Dauid rex & propheta (pariipendens iniurias sibi ab inimicis suis illatas, sciens in spiritu dominum dixisse, Deuteronom. 21. Mea est vltio; & ego retribuam eis in tempore) istud iudicium saepe inuocauit

in uocauit in Psal. dicens: Iudica iudicium meum, & redime me Psal. 1. 8. & Psalm. 34. Expugna impugnantes me, apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Et Ps. 118. Quoniam multi sunt qui persequuntur me & tribulant me, s. diabolus & propria caro. Et ideo in Psal. 42. dicit: Iudica ergo me domine, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso, i. a carnis meae desiderio eripe me: quia caro saepe decipere me & attrahere ad peccatum attentat. Eripe insuper me ab homine malo, i. a meipso. Nam quocumque me diuerto, ibi vitia mea me sequuntur: & quocumque vado, conscientia mea me non deserit: sed cum vbique praesens assit, quod facio scribit. Ideo inquit propheta regius Psal. 34. Exurge domine & intende iudicio meo s. quod ego facio de me, ne diiudicet, i. dāner a te Ps. 145. Quoniam tu es dominus faciens iudicium omnibus iniuriā patientibus. Et Psal. 58. Intende ergo ad visitandas omnes gentes, in extremo iudicio generali, quo speciali sigillatim singulos non visitas, tamen in vita quam in morte: & omnes gentes, i. tam fideles quam infideles, tam diuites quam pauperes, tam clericos quam laicos. Et quos inuenis subditos & seruos male vixisse, & praelatos & dominos male praefuisse & instruxisse, non miserearis omnibus: & specialiter his qui nunc tuam non faciunt voluntatem nec affectant misericordiam. Vnde hi sunt qui misericordiam Dei non affectant, qui in peccatis permanent & alios nequiter viuere permittunt. Etiam non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. q. d. licet tu Deus & dominus praelatos negligentes propter subditorum vitia punias. Ezech. 3. Ego sanguinem eorum de manu tua requiram: non tamen subditi immunes erunt a poena, quia Ezech. 18. Anima quae peccauerit, ipsa morietur. Item domine non miserearis omnibus quicumque sunt, quin punias in praesenti. Bonum enim est sic non misereri, quia melius est vt Deus quēpiam hic pro suis delictis & peccatis puniat (vt dicit Greg.) quam quod cum illic aeternaliter damnet: Sicut bonum est vt chirurgicus non parcat carni putridae, sed abscindat putridam vt saluet sanam. Ergo intende iudicio tuo ad visitandas omnes gentes. Vnde Lira. Diuina prouidentia extēdit se ad omnes, tam ad iustos quam iniustos, ad reddendum eis secundum merita & demerita. Non igitur miserearis omnibus qui operantur iniquitatem ex certa malitia & obstinatione, quia tales sunt indigni misericordia. Non etiam miserearis omnibus inaniter permanentibus in peccatis. Itē non miserearis omnibus, sed aliquibus miserearis. His nan-

que qui nunc pœnitentiam agunt, tunc miserebitur. Sed nō his tūc miserebitur, qui nunc pœnitentia & à peccato cessare cōtinent, quia tūc non erit locus misericordiæ, sed solum iustitiæ, in quo nulli parceret. Prouer. 6. Zelus & furor illius nō parceret in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec recipiet pro redemptione dona plurima: Quia iudicium Dei est & erit secundum veritatem, id est, æquitatem iustitiæ quæ iuxta sententiam Saluatoris, Mat. 21. malos male perdet. Item vt Christus veniat ad iudicium etiā in cœlo desideranter affectabant sancti. Apoc. 6. Vidi subtrus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimoniū quod habebant. Et clamabant voce magna, id est, affectu & desiderio magno, sicut fecit Moses Exo. 14. & Susanna Dan. 13. qui solum mente tenus clamabant, desiderantes, quia desiderium hominis est, clamor hominis apud Deum, quem Deus exaudit. Ps. Desiderium pauperum exaudivit dominus. Ps. 9. Clamabant in quā, dicentes: Vsq̄uequo, id est, ad tempus expectas domine. glos. ibidem. Et non vindicas sanguinem nostrū de his, qui habitant in terra, scilicet separando bonos à malis, vt utriusque vadant ad loca sua, boni in cœlum, vbi paratus est eis locus. Ioan. 14. Vado parare vobis locum, & Mat. 25. Venite benedicti patris mei, possidere paratum vobis regnum à constitutione mundi. Et mali in infernum, vbi paratus est eis locus secundum eorum demerita. Act. 1. Cū Iuda traditore, qui præuaticatus est vt abiret in locum suum, id est, in infernum. Vnde Abac. 1. Vsq̄uequo, id est, quamdiu, clamabo domine, & nō exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis: quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorē se? Ecce quomodo desiderium sanctorum inuitat Christum venire ad iudicium. Tertio venit ad iudiciū omnibus manifestus. Vnde Psal. Deus noster manifestē veniet, scilicet ad iudicium, Psal. 49. In primo enim aduētū non venit manifestē, sed sub nube carnis latuit. Quia licet fuerit absconditus Deus vt habetur Isa. 45. Verē tu es Deus absconditus, tamen hic Deus noster Christus (noster dico propter conformitatem humanæ naturæ: hoc os de ossibus nostris & caro de carne nostra) veniet manifestē. Iuxta illud Matth. 24. Sicut fulgur exit ab Oriente & apparet vsq̄; ad Occidentem: ita erit aduētus filij hominis, id est, Christi manifestus. Deus inquam manifestē veniet, Deus noster & non silebit Psal. 49. sed se manifestabit eunctis. Primo enim aduentu suo apparebat coram se iniustē iudicantibus, vt Caiapha & Pilato, vt prædixit

prædixit Isa. 53. Quasi agnus coram tondente se obmutescet: non ex culpa sed ex patientia. Et non aperuit os suum, Mat. 26. & Luc. 23. Marc. 14. Non respondit ei verbum. Silet modō etiam deus quantum ad quosdam, quos permittit viuere in lasciuis & voluptatibus pro licentia beneplaciti sui, & non Dei. De quibus Ps. Hæc, scilicet mala & peccata fecisti, & tacui. Psal. 49. Ab hoc silentio orat se propheta liberari in Ps. 27. dicens: Deus meus ne sileas à me. Glos. scilicet me increpando. Et assimilabor propter peccata mea quæ facio, descendentibus in lacum inferni, quia vt habetur Sophoniæ 1. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiar, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbis, dies tubæ & clangoris. Et quantō magis modo tacerit, tantō fortius tunc loquetur in verbo aspero. Mat. 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum. Item manifestus veniet sicut manifestē ascendit. Act. 1. Sic veniet quæadmodum vidistis eum euntem in cœlum, quasi dicat: sic videbitis eum ad iudicium venire. Item manifestus apparebit, vt dicit Magister in 4. sent. d. 48. ea. 1. quia in forma serui humana, scilicet iudicabit, & glorificata, vt Magister ex verbis August. ibidem in 2. cap. deducit: & omnibus apparebit in iudicio, vt videant mali in quem pupugetur. Apoc. 1. tam corporaliter occidendo quàm spiritualiter offendendo. Quia non minus contemnit eum qui præcepta contemnunt, quàm qui Christum crucifixerūt. Et fortē magis, quia peccās facit quod fortē Deus nō vult: sed qui Christum crucifixerūt, fecerunt quod Christus voluit. Isa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Ideo tales solum humanitatem videbunt, vt timeant: diuinitatem verō non videbunt nec gaudebunt. Vnde Isa. 66. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Diuinitas enim sine gaudio videri nō potest. Quo gaudio mali propter eorum peccata sunt & erunt in digni, quare diuinitatem iudicis, scilicet Christi qui Deus est, non videbunt: sed boni diuinitatem claritatem videbunt, quia digni sunt & erunt, cū sint mundi corde & conscientia pura. De quibus Matth. 5. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Quod erit ipsis gaudiū & vita æterna, Ioan. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscāt te solum verum Deum. Cognoscerunt enim ab omnibus, scilicet à bonis & à malis, nō eodem modo vt prædixi. Cognoscerunt, inquam, dominus iudicia faciens Ps. 9. Quarto veniet ad iudicium terribilis & iratus peccatoribus. Ideo Psal. ad eū in spiritu inquit, Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Psal. 75. q. d. nullus. ex tunc, s. 12

iudicio ira tua contra peccatores apparebit, vt canit Ecclesia: Dies illa, dies iræ, &c. & amara valde, s. malis & peccatoribus, quia vt habetur Rom. 1. in illa die reuelabitur ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Nolentes iuste viuere & à peccatis declinare. Vnde magister vbi supra, ca. 2. in fine literę: Apparebit terribilis malis, & iustis mitis. Erit enim terror malis, & lumen iustis. Reuera tunc terribilis & iratus apparebit in die iudicij, vt timeant hi quorum præ oculis iam timor Dei nõ est, quare ad multa peccata corrumpunt. Iuxta illud Prouer. 8. Beatus homo qui semper est pauidus: qui verò mentis est durus, corruet in malum. Et etiam sine timore Dei iustificari nõ possunt, vt dicitur Eccl. 1. Qui sine timore Dei est, non poterit iustificari, i. cum iustis habere mitem iudicem, sed iratum. Item qui in suo primo aduentu mitis venit peccatoribus. Mat. 21. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, quia venit vocare peccatores ad penitentiam. Mat. 9. Sed quia inter malos qui nolunt intelligere vt bene agant. Psal. 35. alii qui sunt Iere. 18. qui non agunt pro peccato suo penitentiam in hoc tempore mansuetudinis & gratiæ, quibus peccatoribus iratus adueniet & terribilis. Nam inquit propheta, Si penitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego penitentiam super malo quod cogitavi vt facerem ei. Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, penitentiam agam super bono quod locutus sum vt facerem ei. Et ideo quos sic inuenient veste charitatis carere, ligatis manibus & pedibus cum finibus peccatorum, vt dicitur Prouer. 5. Finibus peccatorum suorum quisque constringitur, proiciet in tenebras exteriores. Tunc quilibet peccator qui hic Deum non timebat, dicit illud Ps. 54. Timor & tremor venerit super me, & contexerunt me tenebre, s. culpæ quæ sunt causa. De omnibus his dicit Greg. super Exech. Redemptor humani generis cum iudex apparuerit, mitis & speciosus erit iustis: terribilis & iratus iniustis. Quem enim mansuetum aspiciet electi, pauidum & terribilem videbunt, reprobis. Ideoque electi tunc eum non terribilem videbunt, quia modo terrorem eius considerare nõ cessant, sed studiose considerant quæ terribilis & iratus ad iudicium veniet: ideo culpas suas desunt, & nunc amorẽ illius ante oculos metis ponunt, & quotidie bona agunt & mala pertimescunt. Ergo erit eis pius. Vnde S. Thom. dicit. 4. d. 48. Sicut amici gloria est delectabilis, & contrariis illius odio habetur, s. inimicis: sic visio claritatis ipsius humanitatis Christi bonis erit delectabilis

etabilis quia in præmium: malis verò contristabilis quia in supplicium. Vnde Aug. Mallet reprobis omnẽ tormentum potius sustinere, quàm faciem iratum iudicis videre. Et implebitur in eis illud Zach. 14. Oculi contabescunt in foraminibus suis: Quinto veniet ad iudicium non solus, sed cælestibus cuius circumvallatus. De quo Isa. 3. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui & principibus eius. Cum principibus dico, i. Apostolis, qui sunt noui testamẽti principes: Iuxta illud Pf. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abrahamæ. Pf. 46. Et Pf. 44. Constitues eos principes super omnem terram, s. tecum iudicatos: & senioribus, i. principibus veteris testamenti. Hi omnes venient ad iudicium cum Christo. De quo Prouer. vlt. Nobilis in portis, s. tã cæli quàm inferni, vir eius, Ecclesiæ scilicet i. Christus, quando sedebit in iudicio, cum senioribus terræ, i. cum patribus veteris & noui testamenti. Itẽ non solum cum his, sed omnes angeli eius venient cum eo, vt habetur Mat. 25. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua & omnes angeli eius cum eo. Vbi Lira dicit: Primò propter iudicis honorẽ. Secundo propter peccatorum accusationem, quia angeli qui fuerunt nobis ad custodiam deputati, tales erunt nostri accusatores, scientes omnia mala quæ peccatores fecerunt, ipsos grauius accusabunt, iuxta illud Job 20. Reuelabunt cæli iniquitatem eius, i. personæ cælestes, s. angelii. Tertio propter iudicij executionem, quia ministerio sanctorum angelorum deducetur electi in cælum: per malos verò angelos qui sunt & erunt ministri iustitiæ Dei, ipsi mali trahentur in infernum. Vnde Aug. Omnes angeli cum eo venient quos aduocabit de superioribus locis ad faciendum iudicium, s. discretionis, separando malos à bonis. De hoc etiã Chryso. Omnes angeli cum Christo erunt testes ipsi qualiter admistraverunt missi à domino ad hominum salutem. qui enim nunc eos non suscipiunt tãquam à patre missos, tunc in iudicio patientur eos aduersarios, vt iudicis executores. Quare audiat & sciat vnusquisque, vt Dei amore alligetur & faciat bonum & timore iudicij terreatur, vt fugiat malum: Nã immensa gloria erit bonis & bene operantibus videre vultum creatoris & redemptoris tam serenum in quem desiderant angeli prospicere, i. Petr. 1. In quẽ nunc quoque non videntes creditis, credentes autẽ exultabitis latitia inenarrabilia & gloriosa, respicientes sine fidei vestræ salutem animarum vestrarum; vt dixit Saluator, Luc. 21. Respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquabit redemptio vestra. E conuerso verò immensus dolor

erit malis ad videndum faciem iudicis. Malach. 3. Quis stabit ad videndum eum? ipse enim quasi ignis constans, ita quod adimplebitur in eis illud Apoc. 6. Dicent moribus & petris, Cadi- te super nos: & collibus, Operite nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum & ab ira agni, quoniam venit dies magnus irae ipsorum, & quis poterit stare? Et non mirum, nam Heiter 15. videns regem Assuerum vestibus regalibus indutus quod erat terribilis aspectu, corruit: & mutata est eius rosea facies in pallorem. Quid de rege regum qui veniet ita seuerè ad iudiciu? Item si Daniel ad aspectu angeli ita terrebatur ut omnes vires eius emaruerint. Danie. 10. Similiter & Ioannes Euangelista vt habetur Apoc. 1. in conspectu angeli cecidit quasi mortuus. Similiter & custodes sepulchri Christi pra timore angeloru visione territi facti sunt velut mortui, Matth. vlt. Multo magis erit terror malis de aspectu Christi in die iudicij, cum apparebunt omnes angeli eius cum eo. Ideo Malac. 3. Quis poterit cogitare diem aduentus eius, s. pra timore. Vnde Mat. 24. Sicut enim fulgur exit ab Oriente & parit vsque in Occidentem: ita erit aduentus filij hominis ad iudicium. Et dicit notanter filij hominis, id est virginis. De quo magister in 4. dist. 48. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Non quod ipse ex virtute hominis sit iudicaturus, vel quod ipse solus sine patre & spiritu sancto iudicium sit facturus: sed quia ipse solus in forma serui iudicans bonis & malis videbitur. Nam vt dicit Aug. Licet opera trinitatis sint indiuisa, ita vt quod facit vna persona facit & alia & omnes: tamen sicut solus filius carnem assumpsit humanam: ita solus iudicabit. De quo Ioan. 5. Pater non iudicat quenuquam, sed omne iudicium dedit filio. Vbi Magister: Non ita est intelligendum quasi filius solus iudicet: & non pater, sed quia forma filij humana cunctis in iudicio appareret, non in forma infirma sed gloriosa. Iudicabit autem ex virtute diuinitatis, non sine patre & spiritu sancto. ¶ Et merito potestas iudiciaria attribuitur filio. Dicit namq; S. Tho. parte 3. quaest. 59. art. 2. Ad iudicium faciendum requiruntur tria. Primum potestas subditos coercendi, Eccle. 17. Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalu in agilitate tua. Secundò zeli rectitudo vt, s. non ex odio vel liuore, sed ex amore iustitiae iudicium & sententiam proferat. Iuxta illud Proverb. 3. Quae enim diligit Deus, corrigit, & quasi pater in filio obplacet sibi. Terriò requiritur sapientia, secundum quam for-

matur

matur iudiciu. Eccl. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum. Sed quia filius omnia ista habet. Primò potestatem. Mat. vltim. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Secundò habet veritatem & zeli rectitudinem, quia ipse est veritas Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Ioan. 19. In hoc natus sum in mundum, vt testimoniu perhibeam veritati. Et ista duo praerogantur ad iudiciu. Sed tertium proprie est secundum quod accipitur forma iudicij, quia ipsa ratio iudicij est lex sapientiae & veritatis, secundum quam iudicatur. Et quia filius est sapientia genita & veritas a patre procedens & ipsum per se representas: ideo proprie iudiciaria potestas filio attribuitur. De quo Aug. Filius est veritas incommutabilis & ars omni potestatis artificis. Ergo autoritas iudicandi attribuitur patri, in quantum est principiu filij. Sed ipsa ratio iudicij attribuitur filio, qui est ars & sapientia patris: vt sicut pater omnia fecit per filiu suum, in quantum est ars eius & sapientia: ita etiam iudicat omnia per filiu suum, in quantum est sapientia & veritas eius: & ita autoritas iudicandi est totius trinitatis. Sed tamè per quada appropriatione attribuitur filio ratione artis, quia ipse est ars & sapientia patris. Et hoc designatur in Daniel. c. 7. vbi primò dicitur quod antiquus dieru sedit, & postea subditur quod filius hominis peruenit vsque ad antiquu dieru, & dedit ei potestatem & honorem regium. Per quod datur intelligi quod autoritas iudicandi est apud patrem, a quo filius recipit potestatem. De quo Ioan. Pater omne iudiciu dedit filio, quia filius hominis est. ¶ Pro quo dicit S. Tho. parte 3. quaest. 59. art. 2. Quamuis apud Deum remaneat primaria autoritas iudicandi: tamè hominibus committitur à Deo iudiciaria potestas, respectu eorum qui eius iurisdictioni subiiciuntur, iuxta illud Deuteron. 1. Quod iustum est, iuste iudicate. Quia Dei iudicium est cuius auctoritate vos iudicatis. Ex quo enim Christus in natura humana est caput totius Ecclesiae, & subiecit omnia sub pedibus eius. Vnde ad eum etià pertinet secundum naturam humanam iudiciaria potestas. De quo August. Non ratione naturae humanae, quia sic omnes homines haberent huiusmodi potestatem: sed quò ad gratiam capitis quam Christus in humana natura ratione vnionis cum diuina suscepit. Vnde Christo competit iudiciaria potestas secundum humanam naturam, propter tria. Primum propter conuenientiam & affinitatem ipsius ad homines. Sicut enim Deus per causas medias tanquam propinquiores operatur effectus: ita per hominem Christum iudicat ho-

mines, vt sit suauis iudicij hominibus & tolerabilis. Ideo Hebr. 4. Non habemus pontificem qui non possit compati in firmitatibus nostris: tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus igitur cum fiducia ad thronū gratiæ eius. Secundò, quia in finali iudicio erit resurrectio corporum mortuorum, quæ suscitabit Deus per filium hominis: sic per eundem Christum suscitabit animas. in quantum est filius Dei. Tertio, quia rectum erat, vt iudicandi viderent iudicem. Sed boni & mali erunt iudicandi. Restabit igitur, vt in iudicio forma serui bonis & malis ostendatur. Forma verò Dei solis bonis referuatur. Ideo Magister. in 4. dist. 48. tractas illud: Pater nō iudicat quenquā, sed omne iudiciū dedit filio, dicit: non q̄ filius solus iudicet, & nō pater: sed forma filij humana cunctis in iudicio apparebit. ¶ Sed quærat aliquis, An Christus meritis suis adeptus sit iudiciariā potestātē? Respondet S. Thom. parte 3. q. 59. artic. 3. dicens. Nihil prohibet vnū & idem deberi alicui ex causis diuersis. Sicut gloria corporis Christi resurgentis debita fuit Christo, non solū propter cōuenientiam diuinitatis & congruentiam, & propter gloriam animæ sed etiam ex merito humilitatis & passionis eius. Sic similitur iudiciaria potestas homini Christo cōpetit propter diuinam personam & propter capitis dignitatem, & propter plenitudinem gratiæ habitualis: & præter hoc etiam ex merito eam obtinuit, s. vt secundū Dei iustitiam iudex esset qui pro Dei iustitia pugnavit, & vicit: Apocaly. 4. Ego vici & sedi in throno patris mei, i. in iudiciaria potestate. Pf. 9. Sedisti super thronum qui iudicas iustitiā, de quo ad Ro. In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, vt viuus & mortuus dominetur. Vbi dicit Alexander, Christus per humanitatem passionis promeruit gloriam exaltationis. Et sicut iudicatus est iniuste, sic iuste iudicabit. ¶ Sed diceret: In qua forma Christus iudicabit? Respondet S. Thomas in 4. dist. 48. dicens: iudiciū aliquod dominium in iudicando requirit. Rom. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Et ideo secundum hoc Christo cōpetit iudicare, quod dominium super homines habet. Ipse autē est noster dominus, non solum ratione creationis, quia dominus ipse est Deus, ipse fecit nos & nō ipsi nos. Pf. 99. Sed etiam ratione redēptionis, q̄ ei cōpetit secundū humanam naturā. Rom. 14. In hoc Christus mortuus est & resurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur. Ad præmium autem vitæ æternæ nobis creationis bona nō sufficerent, nisi redemptionis beneficium adderetur propter impedimentum, quod

quod naturæ creatæ superuenit ex peccato primi parentis. Vnde cū finale iudicium erit propter hoc, vt aliqui ad regnum admittantur, & aliqui excludantur, ad regnum obtinendū non sufficiunt dona creatiōis, sed requiruntur dona recreationis. Et ergo ille qui est creator & redēptor iudicabit. Christus vero secundū naturā humanā est redēptor. Ergo iudicabit secundū vtranq; naturā. Secundū diuinā naturā iudicabit autoritate ordinaria: sed secundū humanā naturā iudicabit autoritate delegata. Vnde Act. 10. Ipse est, qui a deo iudex constitutus est viuorū & mortuorū. Et sic apparebit iudex in forma humana. De quo dicit Aug. De verbis domini: Forma illa iudicabit, quæ iudicata est. Sedit iudex vt iudex, qui stetit sub iudice vt reus, damnabit veros reos, qui factus est falsus reus. De quo Iob. 36. Causa tua quasi impij iudicata est: causam iudiciumq; recipies. ¶ Vnde meritò in forma humana iudicabit, & hoc multis de causis. Primò ad cōfusionē Iudæorū, qui hic dixerūt eū peccatōre. Ioā. 9. Nos scimus quia hic homo peccator est. Apparebit ergo eis in humana forma, vt cognoscāt suā falsitatem: & in eis implebitur illud Sap. 5. Videntes turbabūtur timore horribili, gemētes præ angustia spiritus. Et tūc non quæret Pilatus: Ergo rex es tu? & Iudæi non dicēt: Si tu es Christus, dic nobis palam: sed cognoscent tunc eū Deū & hominē. Vnde S. Tho. in 4. Licet nō videbunt eius diuinitatē, sed solum humanitatē ipsi mali: tamē cognoscent eū Deū esse per signa & effectus. Secundò ad pœnā reprobōrū, qui videbunt se iudicari nō ab angelo, sed ab homine. De quo magister in 4. Sententia. dicit: Malis in forma humana apparebit, vt videant in quem pupugerūt. Tertio apparebit in forma humana ad gloria electōrū, quia magna erit gloria electis, q̄ videbunt naturam sui generis excellentissimē exaltatā. iuxta illud Isa. 33. Regē in decore suo videbūt. O quàm delectabilis visio, de qua Pf. Videbunt recti & lætabūtur. Pf. 109. Dicit enim Magister in 4. Mali diuinitatē nō videbūt, nō gaudeāt. Diuinitas enim sine gaudio videri non potest, quia dicit Aug. Visio beata est tota merces, & vita æterna consistit in ea, iuxta illud Ioan. 17. Hæc est autē vita æterna, vt cognoscat te solum verum Deum. Et illa vita priuati sunt mali propter immunditiam peccati, quia solum puri oculi possunt diuinitatem intueri, iuxta illud Matth. 5. Beati mūdo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

¶ *Extremum iudicium quo in loco futurū. At inibi iudicandi sunt omnes. Cur post speciale iudicium singulorum habendum sit etiam generale.*

*uale omnium iudicium quae iustum, quae contra iniustum efficiant.  
Testes multipli. es contra reprobos in iudicio producentis.*

## ENARRATIO V.

**T**unc videbunt filium hominis venientem, Luca 21. Audistis in qua forma veniet ad iudicium. Nunc videndum est, vbi & in quo loco erit iudicium. Responderetur quòd in valle Iosaphat, iuxta illud Iosaphat 3. Congregabo omnes gentes & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis. id est, districtè iudicabo eas. Et ibi Christus apparebit in nube scilicet materiali: & ad iudicium descendet, sicut in nube ascendit in caelum. Act. 2. Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Et illa nubes erit lucida & clara diuina virtute formata, & non virtute naturæ. Ideo Apocal. 1. Ecce veniet cum nubibus. Et merito, quia nubes terram irrorant, & quasi laticant, & etiam tonitruant & fulminant, significantes Dei misericordiam & iustitiam, tanquam signum visibile. Misericordiam enim, irrorante consolabitur iustus. Iustitia verò terrente fulminabit contra peccatores, vt scribitur Deur. 32. Si acutero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis, id est, infidelibus. Et his qui oderunt me, id est, malis Christianis, retribuam, scilicet poenam pro peccatis eorum. De quo Psalm. 88. Visitabo in virga iniquitatem eorum, & in verberibus peccata eorum. Item, nota cum Christus apparebit in nubibus, tunc boni apparebunt in aere. Iuxta illud 1. Thess. 4. Rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper eum domino erimus. Sed mali stabunt in terra, quia dicit Psalm. Conglutinatus est in terra venter noster. Psalm. 43. quia magis dilexerunt terrena quam caelestia: ideo in terra stabunt vndique circa vallem Iosaphat, quia incredibile est quòd peccatores qui ab initio fuerunt, poterit omnes capere vallis Iosaphat, ideo circumquaque stabunt videntes Christum, iuxta illud Apocal. 1. Videbit eum omnis oculus. Super quò dicit Bonauent. Differenter videbunt, quia boni delectabiliter, mali terribiliter. Et propter conscientiarum remorsum non poterunt sustinere eius vultum. Et merito in valle Iosaphat erit iudiciu, vt illic veniat eum gloria iudicari rus, vbi fuit cum ignominia iudicatus. Vnde ibi sicut dicit Magister 4. Senten. dist. 47. erunt quatuor ordines in iudicio. Duo ordines ex parte reprobòrum, & duo ex parte electòrum. Ex parte malorum aliqui iudicabuntur & peribunt. De quibus Matth. 25. Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Alij s. secund

secundi nò iudicabuntur & peribunt, vt illi qui fundamento fidei caruerunt. Ideo ipsi vt rei dānabuntur. Ioa. 3. Qui nò credit, iā iudicatus est. Eorū enim dānatio toti Ecclesiae nota est: & ideo dicuntur tunc nò iudicari, quia ad conspectu districti iudicis cū aperta dānatione suae infidelitatis accedēt. Tertij iudicabuntur & regnabunt, & sunt illi quorū bona fuerunt per mixta malis: sed bona præualuerunt, qui maculas peccatorum lachrymis abstergetes, elemosinis & bonis operibus opererunt, quibus iudex ad dexterā consistētibus dicit Mat. 25. Esuriui & dedistis mihi manducare, &c. Venite benedicti, &c. Quarti nò iudicabuntur & regnabunt ac saluabuntur: vt illi, quorū opera & merita fuerunt ita perfecta, quòd nullis malis aut paucissimis fuerunt permixta: vt sunt homines perfecti, & etiā paruuli per baptismū mundati qui decesserunt ante vsum liberi arbitrij: & angeli sancti. De quibus 1. ad Cor. 6. Nescitis, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et iterum: Nescitis quoniam angelos iudicabimus? Nam perfecti iudicabunt alios, nò sententiā ferendo, sed iudici assistendo assessoria dignitate. Mat. 19. Vos qui reliquistis omnia, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebit is & vos super sedes duodecim iudicantes 12. tribus Israël, id est, omnes homines. Iuxta illud Ioan. 36. Iudiciū pauperibus tribuit. Super quae verba dicit Magister in 4. Senten. dist. 47. c. 3. Rectè pauperibus iudiciū tribuit, quia quantò huic mundo despecti sunt magna humilitate, tantò tunc maioris culmine potestatis excresecunt. Et hæc iustè erit mutatio dexteræ excelsi. De quo Psalm. 76. Quia hic diuites pro suo libito iudicant pauperes, sapius eos plus quam iustitia requirit opprimetes, & persequentes. Ideo in futuro iudicio pauperes iudicabunt diuites cū iustitia ab ipsis vindictā exigentes. Et sic tota trinitas iudicabit ordinaria potestate: iuxta illud Psalm. Ipse iudicabit orbem terræ in iustitia, & populos in æquitate. Psalm. 97. Christus verò delegata potestate. Apostoli iudicabunt assessoria dignitate. Sed omnes electi iudicabunt approbando sententiam iudicis. Sap. 3. Iudicabunt sancti nationes, & dominabuntur populis. Et minus mali iudicabunt magis malos comparatione, vt habetur Mat. 12. Viri Niniuarū surgent cū generatione ista, & cōdemnabunt eam, quia poenitentiam egerunt, in prædicatione Ionæ: sed non filij generationis huius in prædicatione Christi: & sic maiori poena sunt digni qui sacramentorum abusi sunt gratia. Quia dicit Greg. Qui malè abutitur gratia, hunc maior sequetur culpa: & qui maiorem culpam

culpam habuerit, maiorē, si non poenitebit, poenā sustinebit. Et idem 17. Moral. dicit: Quo quis melius intelligit, eò deteriorius delinquit. Et ideo inextinguibiliter merebitur supplicium. Quia si voluisset, prudenter vitasset peccatum, & operatus fuisset opus virtuosum. Vnde dicit Glo. super Luc. Vbi maius donū scientiā vel intellectus, ibi transgressor maiori subiacet culpæ. Et ideo qui vincunt peccatū, sedebunt cum Christo approbantes iudicium. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere meū in throno meo: sicut & ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. Quia iudicandi principatū ex eius virtute recipient, ideo in throno eius sedere dicuntur. ¶ Sed dices: Nonne omnes iudicabuntur? Respondetur secundū S. Thomā, 43. q. 3. Duo pertinent ad iudicium, scilicet discussio meritorum, & retributio pramiorū. Quantum ad retributionem, omnes iudicabuntur 2. Cor. 5. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum. Sed nō omnes iudicabuntur quantum ad discussionem meritorum, quia illi solū iudicabuntur qui habent notabile admixtionē meritorum malorū, scilicet tū bonis. Perfecti autē quia non habent talem admixtionē, quæ discussionē indigeret, ideo nō iudicabuntur. Item infideles fundamento carent salutis, qui in infidelibus non est fidei fundamentū, quo sublato omnia opera sequentia perfecta rectitudine intentionis carēt. Ergo nō habent boni meriti admixtionē, ideo nō iudicabuntur iudicio discussionis, sed tantū alij duo ordines, vt prædictū est: Iudicium autē, quod est poenarū retributio pro peccatis, omnibus malis cōpetit. ¶ Sed quæres: Quare vult habere generale iudicium, cum quilibet iudicatur in speciali post mortem, vt latro à dextris iudicatus est ad vitam: Et diues iudicatus est ad mortē: Et ergo frustra expectatur finale iudiciū, sicut scribitur Naū. 1. Non iudicabit idipsum. Inquit enim: Non confurget duplex tribulatio. Ad hoc respond. S. Thom. part. 3. q. 59. art. 5. Iudicium de aliqua re perfecte dari non potest ante eius consummationē, vt iudiciū de aliqua actione, qualis sit perfecte dari potest, antequam sit cōsummata in se & in suis effectibus, quia multæ actiones vidētur vtilēs quæ ex effectibus sunt nociuæ. Similiter est de homine, de quo iudicium perfecte dari non potest, quoadusque eius vita terminetur, eò quod multipliciter mutari potest de bono in malum, & econuerso. Vnde Heb. 9. Statutū est hominibus semel mori, post hoc autē iudicium. Sic licet per mortē vita tempo-

ralis

ralis alicuius hominis terminetur secundum se, remanet tamen in effectibus. Primò remanet in memorijs hominum, & in quibus etiā quandoq; contra veritatē remanet bona fama vel mala vt multi dicuntur boni in mūdo, qui apparebūt mali in iudicio. De quo Luc. 16. Quod hominibus altū est, abominatio est apud deū. Secundò remanet in filiis qui sunt aliqua lis proportio patris secundū illud Eccl. 30. Mortuus est pater illius, & quasi non est mortuus: similē enim sibi reliquit post se. Et sic aliqui parentes vituperantur vel laudantur ex parte filiorū: & tamen multorū honorū sunt mali filij & econuerso: & hoc apparebit in finali iudicio, quod nondū apparuit. Tertiò remanet in effectibus suorū operum: sicut ex deceptione Arrij & Hus & aliorū hæreticorum pullulauit infidelitas, & multos infecit, & hodie inficit: & sic effectū huiusmodi defusionis nondū est finis, quantūcunq; malorū creuerit ex eis, quia timeūdū q; adhuc ampliora ex eis crescēt, ex quibus accidentalē eorū poena augmentabitur. Sic etiā de bonis vt de Paulo & alijs Apostolis, ex quorum doctrina fides propagata est & adhuc ad plures perueniet: ex quibus accidentalē pramiiū augmentatur eis in cælo: & hoc totū apparebit in finali iudicio & nondū apparuit. Quartò remanet, quantū ad corpus quod aliquando honorificē traditur sepultura, quādoq; relinquitur insepultum & tandē incineratū resoluatur omnino. Quintò quantum ad ea in quibus homo suū affectū defixit puta in quibusdā rebus temporalibus, quorū quedā citius finiuntur, quædā diutius durant: & de his omnibus perfecte iudiciū haberi non potest in hoc tēpore. Et propter hoc Deus permittit finale iudiciū, vt manifestē diiudicentur. ¶ Item si quæras: qualiter veniet ad iudiciū? Respondetur in textu: *Cum potestate magna & maiestate.* Vnde S. Thom. in 4. dist. 58. q. 2. dicit: Sicut in primo aduentu venit filius dei vt pro nobis satisfaceret apud patrem: ita in secūdo aduentu veniet, vt iustitiā patris exequatur apud homines, & gloriā maiestatis demonstrat. Et sic primus aduētus fuit in ostēsiōne infirmitatis, & venit sicut seruus. Secūdos verò aduētus erit in ostēsiōne potestatis, & veniet vt dominus. De quo Isa. 40. Ecce dominus cū fortitudine veniet, & brachiū eius dominabitur. Et dicitur Luc. 21. quod veniet cū potestate magna & maiestate. Vbi Glo. Per potestatem puniet malos, & per maiestatem consolabitur bonos. Ideo dicit Greg. Tūc cū in potestate & maiestate visuri sunt, quē in humilitate positū audire noluerūt. Tunc virtutē eius distinctius sentiet, quantò nunc ceruicem cordis ad eius patientiam



rientiam nō inclinant. Tunc implebitur illud in textu: *Arsentibus hominibus pra timore.* Et dicit *hominibus* in plurali, quia magna erit multitudo quæ apparebit in iudicio. *Matth. 25.* Ante eum congregabuntur omnes gentes, id est, tam boni quam mali, tam fideles quam infideles, tam Iudæi quam Pagani, Iuxta illud 2. *Corinth. 5.* & *Roma. 4.* Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Vbi dicit Lira, Nec excludentur pueri, qui in proprio corpore nihil meruerunt nec demeruerunt, quia iudicabuntur secundum ea, quæ circa eos ab aliis sunt facta vel omissa, siue sint baptizati siue non. Ideo dicitur in Symbolo Athanasij: Ad cuius aduentum omnes homines refergere habent cum corporibus suis. Tam grandem multitudinē iudicando dominus virtute diuina per angelos congregabit. *Matth. 24.* Mittet Deus angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos suos & reprobos à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum. Et *Matth. 25.* Et separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oves ab hædis. Et statuet oves quidem, id est, bonos à dextris: & hædos, id est, malos à sinistris. Sic, vt à dextris tum omnibus bonis veniet Adam cum omni posteritate sua bona in Deum credente & eum colente. Item Noë cum omnibus suis qui Deum cum eo colebant. Item Abraham cum omnibus patriarchis. Item Isaias cum omnibus viris prophetis. Item Dauid cum omnibus bonis regibus. Item benedicta virgo cum omnibus sanctis virginibus. Item Anna vidua templi cum omnibus bonis coniugatis. Item Ioannes Baptista cum omnibus sanctis patribus. Petrus cū Apostollis. Stephanus cum martyribus. Martinus cum confessoribus. Et illa multitudo sanctorum omnium quam nemo dinumerare poterit, vt scribitur *Apoc. 7.* stabit à dextris. Sed à sinistris stabunt reprobi & mali Cain cum omnibus homicidis. Lamech cum omnibus adulteris. Nemroch cum omnibus vsurariis & raptoribus. Item Giesi cum omnibus iniustis mercatoribus. Simon cum omnibus simoniacis. Iezabel cum omnibus meretricibus. Athalia cum omnibus puerorum necaricibus. Iudas proditor Christi cū omnibus proditoribus. Herodes necator puerorū cum omnibus iniquis regibus & principibus. Barabbas cū omnibus latronibus. Istis omnibus erit vā in iudicio, cum viderint filiū hominis in maiestate sua, i. in excellentia diuinitatis: quam quidem diuinitatē videbunt in effectu, licet nō in essentia. Hæc autē maiestas erit malis terribilis, quia veniet (in quā) primò ad iudicium cum ira implacabili,

cabili, secundò cum sapientia infallibili, tertio cū potentia insuperabili, quartò cū iustitia inexPLICabili, quinto cū veracundia intolerabili, sexto cū testimonio inuincibili. ¶ Dixi primò quòd ad iudicium veniet cum ira implacabili. *pro neb. 6.* Zelus & furor non pareet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam præcibus, nec recipiet pro redemptione dona plurima. *Ier. 14.* Noli orare pro populo isto in bonum, quia gladio, fame, & peste ego consumam eos. Nam orationes sanctorum ibi non erunt, quæ si essent non essent acceptæ pro damnandis. *Eze. 14.* Si fuerint tres veri isti in medio eius, Noë, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberabūt animas suas, sed nec filios, nec filias liberabūt. Quia dicit Chryso. Nec parentes ibi pro filiis intercedēt, nec angeli, sicut solebāt. *Isa. 30.* Ardēs furor eius & grāuis ad portādum. Ideo scriptura comparat seueritatem iudicis leoni furenti, *Prouer. 19.* Sicut fremitus leonis, ita & ira regis. Nam leō fremitu suo facit omnes feras timere & tremere: sic Christus in aduentu iudicij. *Oze. 11.* Quasi leo rugiet, & formidabunt filij maris, id est, filij huius sæculi. *Psal. 89.* Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuā dinumerare? quasi diceret nullus. Ideo deprecatur *Iob. 14.* Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me & abscondas me donec pertranseat furor tuus? Et *Psal. 6.* Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Nam hæc est ira, de qua *Prouer. 17.* Ira nō habet misericordiam, s liberantem. Secundò veniet cum sapientia infallibili, quia scit omnia, *Iob. 42.* Scio, quia omnia potes, & nulla latet te cogitatio. Idcirco nihil potest abscondi ab oculis eius. *Heb. 4.* Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, & ergo omnia reuelabuntur. *Mat. 10.* Nihil enim est operum quod non reuelabitur, & occultum quod non sciatur. Tertio veniet cum potentia insuperabili, cui nemo resistere potest, vel effugere. De quo *Psal. 118.* Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades, s per potentiam. Ideo *Iob. 10.* Nō est qui de manu tua possit erucere. Hec quid faciet tūc peccator? nec erit resistēdi virtus, nec fugiendi facultas, nec pœnitentiæ locus, nec satisfactionis tempus, ex angustia oīm rerū nihil manet nisi luctus. Idcirco impotētes erunt mali respectu potētij iudicis. *Pl. 67.* Sicut cera fluit à facie ignis sic pereat peccatores à facie dei. Et de eorū impotētia scrib. *Isa. 1.* Erat fortitudo vestra quasi fauilla stuppe, & opus vestrū quasi scintilla, & succēdetur vtrūq; simul, & nō erit qui extinguat.

Quartò veniet cū iustitiā inexplicabili. Vnde Psal. Iustus es domine & rectum iudicium tuum. Psal. 118. Quia omnis rectitudo & iustitia suo aderit iudicio, & ab eadem omnis iniustitia & falsitatis occasio procul erit mota. Dicitur enim Deuter. 19. Iustè quod iustum est persequeris. ¶ Vt ergo quodlibet iudicium sit iustum in hoc mundo, oportet vt habeat specialiter ea quæ ad iudiciū, vt iustū sit, requiruntur, quæ sunt plura. Quorū quædam iudicio debēt adesse, quædam abesse. Et primò adesse debet illud, vt quod iudex præcipit, ipse faciat. Vnde dicitur: In primis legem patere, quam tu ipse tuleris. Et Sapien. 1. Diligite iustitiā in vobismetipsis, s. propriæ innocentia qui iudicatis terram, id est, homines in terra. Ne in aliquo verificetur cōtra vos illud Roma. 2. In quo alterū iudicas, reipsum cōdemnas. Vnde certè sapius contingit, quòd magni fures paruulos iugulāt, & magni adulteri paruos cōdemnāt, propter quod iustū est, vt iudiciū quilibet incipiat in domo domini in seipso. Sed heu pauci hoc faciūt, sed magis ad cōtrarium declināt. De quibus dixit dñs Matt. 23. Alligant enim onera grauiā & importabilia, & ponunt super humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere, vt sunt primates ciuitatū, qui varias mūdi exactiones, nemorū custodias, & valuarum, & alia huiusmodi super pauperes operarios statuunt, sed ipsi se ab eisdē exonerant contra iustitiā & æquitatem Dei. Secundò, vt iudex ordinē iuris seruet, vt nō permittat, nec prætermittat. Deute. 17. de rege & iudice loquens dicit, Postquam sederit in folio regni sui, nō eleuetur cor eius in superbiam, neq; declinet in partē dexteram vel sinistram. Tertiò, vt causam veritatis plenè inuestiget. Iob 29. Causam quam nesciebam, diligenter inuestigabā. Quartò, vt personam in iudicio non accipiat, quod qui facit, malefacit. Prouer. 28. Qui agnoscit in iudicio faciem, scilicet amici vel potentis, non bene facit: Iste pro buccella panis deserit veritatem. Quintò, vt contra veritatem clamori populorum non credat. Exo. 23. Non sequeris turbam ad faciendū malū. Sicut fecit Pilatus in suo iudicio cū Christo. Matt. 27. nec in iudicio plurimorum acquiescas sententiæ, ne à vero deuias. Sextò, vt nullas preces ad præiudiciū partis aduersæ admittat. Bern. Cōsilio, nō prece gerendū est iudiciū: vbi enim mihi non licet facere quod volo, quis locus est rogandi quasi diceret nullus. Vnde præter ea quæ dicta sunt Isido. de summo bono in 3. li. c. 8. & deinceps ponit quatuor, quæ humanū iudiciū peruertere & corrūpere cōsueuerunt. Quæ igitur in humano

non

non licent iudicio, hæc omnino extremo in iudicio locū non habebunt. Nam vtdicit Psal. Iudicia domini vera, iustificata in semetipsa. Ideo diuino iudicio non inerunt, quæ sæpe in malis iudicibus rectū iudiciū peruertere consueuerunt, quæ sunt quatuor: videlicet timor, cupiditas, odium, & amor, quæ in hoc vulgari disticho continētur: Quatuor ista timor, odiū, dilectio, census sæpe solent iudicum rectos peruertere sensus. Primò humanum iudicium corrumpitur timore, dum metu alicuius potentis veritatem iudex expauescit. Ideo pauidus esse iudex non debet secundum illud Ecclesiasti: Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumperè iniquitates, ne fortè pertimescas faciem potentis, & sic veritatem occultes. Vnde Isido. cap. 59. Qui metu potestatis veritatem occultat, iracundiam sibi cœlitus prouocat: qui plus pertimescit hominem, quàm diuinam trepidat indignationem. Secundò humanum iudicium sapius corrumpitur munere. Seclef. 20. Xenia & dona excæcant oculos iudicum. Ideo Exod. 22. dicitur iudici: Non accipias muera quæ etiam excæcant prudētes, & subuertunt verba iustorum. Vnde Augu. Heu vñq; huc adeò inoleuit cupiditatis malum, vt iam ex cōsuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, sententia ipsa venalis fit. Ideo apud malos iudices plus placet pinguis gallina, quàm iustitia: magis pecunia quàm innocentia. Vnde dicit Isido. Amore cupiditatis iam iura nihil valent, quia nequam prouerbium mundi dicit: Qui habet dare, habet & regnare: & aliud itidem prouerbium: Qui caret nummis, den hilffnicht das er fom ist. Sed qui dat summis, der macht vuol slect das lzrum ist. Ideo bene dicit Isido. vbi suprā: Diues muneribus citò corrūpit iudicem: pauper autem dū nō habet quod offerat, nō solūm contemnitur audiri, sed etiā contra veritatem opprimitur. Ergo quia auro iustitia violatur, nullus reus pertimescit culpā quā redimere se nūmis existimat. Vnde idē eodem cap. 60. Sæpe mali iudices cupiditatis causa aut differunt aut peruertūt iudicia, nec finiunt certa partium negotia, quousque que marsupia eorū qui causantur, exhauriant: quia nō causam, sed dona cōsiderant: & sicut negligētes sunt in discussione causantiū: sic in eorum damno solliciti sunt, & malè illis; sed peius sibi, quia vt Isid. vbi sup. c. 17. dicit, Qui rectè iudicat & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat, quia iustitiam quā gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vedit: bonis enim malè vitur, qui iustè pro tēporali lucro iudicat. Et c. 58. dicit: Tres sunt numerum

Pars Hyem.

h

acceptationes quibus iustitiam humana vanitas mutat, fauor amicitiarum, adulatio laudis, & corporalis acceptio muneris, facilius autem perueritur animus iudicis corporali munere, quam gratia laudisque feruore. Tertio humanum iudicium corrumpitur odio. Quarto amore. De his duobus dicit Chrysofostus. Imperfectus amor & odium rectum iudicium non cognoscunt. Vnde iudicare digne de subditis nequeunt, qui subditorum causas odio persequuntur vel amore. Iudex enim malus qui personam amici recipit vel inimici respuit, hic quem odit solum accusatum etiam antequam conuincatur contra ordinem veritatis condemnat, licet ius dicat: Non omnis qui accusatur, sed qui conuincitur, reus est. Sed ira & odium facit eum precipitari in sententiam, antequam veraciter cognoscat causam suae culpam. Vnde dicit Iud. ubi sup. cap. 56. Furor iudicis inuestigationem veri non valent attingere, quia mens eius turbata furore a seruatione alienatur iustitiae. Vnde poeta, Impedit ira animu, ne possit cernere verum. Nam secundum Greg. lib. 5. Moral. per iram sapientia perditur, ut quid quouo ordine agendum sit, omnino nesciatur. Et ideo talis qui contra inimicos furore feruet, vel sauit iudicio, ex odio illorum & praeter ius amicos non nunquam per irrationabilem patientiam, & minus ius iuste suis in excessibus sustinet, & contra iuris veritatem & iustitiam saepissime parit & ignoscit. Et in hoc aduersatur dicto Arist. 1. Ethic. Si veritas & amicus inter se differunt, veritas est amicus praefenda: quia duobus existentibus amicis, sanctum est praeferre veritatem: sed qui cumque iudex amicum praefert veritatis iudicium rectum priuato corrumpit amore: Iudex autem aeternus in suo iudicio vniuersali & extremo, nullo istorum modorum potest corrumpi. Primo non timore, quia potentissimus est: ideo neminem timet, quia nemo illi resistere potest. Job 6. Deus iudex, cuius iram nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem. Si fortitudo quaeritur, robustissimus est. Job 22. Nunquid timens arguet te & veniet tecum ad iudicium? q. d. ipse est fortis & potens dominus in praesidio: contra malos iudices in iudicio, quia fortiter egit, & potentiam ostendit in caelo angelum malum eiiciens. Isa. 14. & Luc. 10. & de mundo ipsum expellendo, Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, &c. & in inferno ipsum ligando & captiuando. Apoc. 10. & victos ab ipso in fortitudine educendo. Sic etiam sua potentiam fortiter contra peccatorem in iudicio, eo quod sibi a patre data est omnis potestas in caelo & in terra. Matth. 28. Ideo ad iudicium nullum timens veniet

cum potestate magna & maiestate. Vnde quanto potentiores fuerunt qui damnandi sunt, tanto saeuiores sententia proferet contra eos. Sap. 6. Potentes poterit tormenta patiuntur. Secundo non corrumpitur munere, quia ditissimus est, ut ait Psa. 111. Gloria & diuitiae in domo eius. Et omnis terra est possessio eius. Quia domini est terra & plenitudo eius. Ps. 32. Ergo ipse in suo iudicio (Prouer. 6.) Non accipiet pro redemptione alicuius danam pro muneribus plurima. Nam si vnus haberet omnes mundi huius opes & diuitias, minimam gratiam apud iustum iudicem pro eisdem non obtineret. Nam ut habetur Prou. 11. Non proderunt diuitiae in die ultionis; & Ozeas 8. Aurum & argentum suum fecerunt sibi idola, ut interirent. Et Ecclesiast. 8. Multos enim perdidit aurum & argentum. Cum igitur aurum & argentum non valebunt liberare eos, scilicet peccatores in die furoris domini: quid tunc prodesset homini (ut habetur Matth. 16.) si totum mundum lucretur, animam vero suam detrimentum patiatur? scilicet, in die nouissimo. Vnde Bernardus. Veniet dies illa, in quibus plus valebunt pura corda, quam verba acuta: & conscientia pura, quam malsupia plena: cum iustus iudex, pro alicuius redemptione munera non accipiet, neque dona. Tertio iustus aeternus iudex a sua rectitudine non deducetur amore, quia iustissimus est. Non est enim acceptio personarum apud Deum. Ro. 2. & Act. 10. Ideo de Christo dicit Ier. 12. Iustus quidem tu es dicitur. Et quia amore non corrumpitur: ideo contra fratres suos nomine & non re, scilicet malos Christianos sententiam duram promulgabit: nec dabit placationem aliquis sanctorum pro malis, quem Deus susciperet. Sed tunc dicet, ut habetur Isa. 1. Cum multiplicaueritis orationes vestras non exaudiam vos: quia manus vestrae plene sunt sanguine. Quarto non corrumpitur odio quia optimus est: ideo odium in eum cadere non potest, & peccatores non puniet ex odio sed ex iustitia: quae pro mercede meriti nullum defraudabit, sed reddet unicuique quod suum est. Mat. 21. Malos male perdet, & vineam aeternae beatitudinis locabit aliis agricolis, id est, bonis: & beatis. Ideo Ps. Cognoui domine, quia aequitas iudiciorum. Psalm. 108. Et merito dicit Bernardus. Non fallitur verbis nec fleatur donis. Prouer. 11. Non proderunt diuitiae in die ultionis iustitia autem liberabit a morte. Quinto videbunt eum cum verecundia intolerabili. Cum enim videbunt in gloria apparere humiles, abiectos & pauperes, tunc erit illis verecundia scilicet malis. De quo dicit Augustinus. In illo magno, metuendo districtoque iudicio stabunt audi, miseri, contristati, humili-

liati, cum meru inclinata facie lamentantes, cum rubore & in angustia gementes, & dicentes illud Sap. 5. Ecce hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij; nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore; ecce nunc inter sanctos fors illorum est. Et verecundabuntur quod ipsi in crastis corporibus & illi in glorificatione apparebunt, iuxta illud Sapien. 3. Fulgebunt iusti, & quasi scintillae in arundinetis discurrent, & ratione agilitatis. Verecundabuntur etiam, quod ipsi in terra, & boni in aere apparebunt. Vnde Malach. ult. Calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum. Verecundabuntur etiam, quia videbunt onus peccatorum suorum super se. Iere. 2. Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur, sic confundetur peccator. Item confundetur ut homicida, quando coram omnibus ad patibulum trahitur. Vnde Ezech. 16. Congregabo omnes quos dilexisti, cum vnueris quos oderas, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam. Item confundetur ut leprosi de separatione a mundis, Mat. 11. Exhibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, &c. Pf. 30. Erubescant impij & deducantur in infernum. Vnde Verba. secundus Dominico Graegensi patriarchae, dist. 32. dicit: Erubescant impij, & aperte intelligat iudicium sancti spiritus. Et loquitur canon de clericis incontinentibus & concubinariis. Item confundantur, sicut excommunicatus qui ab Ecclesia eiicitur. Mat. 22. Amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem? De qua confusione, Iere. 20. Confundantur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. Sexto videbunt eum cum testimonio inuincibili. Pl. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Pf. 92. ¶ Sunt enim multi testes testimonium contra peccatorem perhibentes. Primus testis est conscientia. Rom. 2. Testimonium reddente illis conscientia eorum. Aug. Times iudicium, corrige conscientiam. Vnde scribitur Dan. 7. Sedit iudicium, & aperti sunt libri conscientiarum, & iudicabat dominus ex his quae scripta erant, scilicet in conscientiis. 2. ad Cor. Gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostrae. Quapropter docemur 11. q. 3. Non hominum linguas, sed conscientias curare debemus. Secundus testis est scriptura. Ioan. 5. Est qui vos accusat Moses, id est, lex in quo speratis. Tertius testis sunt opera. Eccle. 16. In fine hominis denudatio operum eius. Apo. 14. Opera enim illorum sequuntur illos. Psal. Cognoscetur dominus iudicia faciens, & in operibus

tibus manuum suarum comprehensus est peccator. Pf. 9. Quartus testis sunt vicini, quibus data sunt mala exempla. Eccle. 48. De patre impio queruntur filij, quonia propter illum sunt in opprobrio. Mat. 18. Vix homini per quem scandalum venit. Ideo docet Chrysostomus. Omnia ita agamus ne scandalizetur proximus. Et hoc fecit Apostolus. ad Cor. 8. Si ecclesia scandalizat proximum meum, non manducabo carnes in aeternum, ne fratrem meum scandalizem. Quod & nos facere debemus, videlicet scandalum vitando, ut docet ibidem: Noli cibum tuo perdere illum pro quo Christus mortuus est. Sic enim peccantes, inquit, in fratres, & percutientes contra conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quinto accusabunt nos elementa & quae in eis sunt contenta. Chrysostomus. Si quaeris quis te accusabit, dico quod totus mundus. Iob 20. Reuelabunt caeli iniquitatem, impij, & terra conseruet aduersus eum. Ecce caelum & terra, quibus abusus es, accusabunt te. Ratio, quia dicit Gregorius. Offenso creatore, offenditur omnis creatura. Sexto accusabunt peccatorum passionis Christi insignia, ut crux, vulnera, cicatrices, clauis, lancea, & spinea corona. Vnde Chrysostomus. Non erit necessitas accusatoris, cum viderint crucem & insignia passionis. De quo canonicus Ecclesiae: Hoc signum crucis erit in caelo cum dominus ad iudicandum venerit. Et saluator, Mat. 24. Tunc apparebit signum filij hominis in caelo, id est, signum crucis. ¶ Sed dices: An materialis crux Christi ibi apparebit cum materiali lancea? Respondent quidam, quod sic. Et ratio eorum est, quia cum elementa & planetae quae non fuerunt instrumenta redemptionis nostrae, aeternaliter mansurae sunt secundum suam substantiam, ut prius dictum est, multo magis crux Christi, clauis, lancea, & spinea corona, materialiter apparebunt, & aeternaliter secundum suam substantiam manebunt: licet non secundum formam: quia Christus suam benedictam crucem, suos dulces clauos, suam amabilem lanceam, & regalē coronam transformabit de veteri forma in nouitate claritatis, & clariores erunt quam splendor solis. ¶ Sed dices: Quare crux Christi & alia instrumenta passionis apparebunt? Responderetur, quod multiplicibus de causis. Prima est propter diuinam iustitiam, ut iustus iudex illis qui grati fuerunt merito suae passionis & victoriosa signa venerati sunt in hac vita, in illis etiam retribuatur aeterna gaudia: & malis, & ingratis, qui obliti fuerunt beneficiorum Dei, id est passionis Christi, dei aeterna supplicia. Zach. 14. Aspiciet ad me quem confixerunt, & plangent eum super, & tu quasi vnigenitum. Ideo Augustinus in lib. de Symbolo, super illud: In die venturus est iudicare viuos & mortuos, Dominus

in corpore seruauit cicatrices vulnerum suorum vt vulnera sanaret cordium discipulorum & in iudicio hostibus exprobraret, dicēs: Ecce hominē quē crucifixistis: agnoscite latus quōd pupugistis, quod ppter vos apertū est, & intrare nolulistis. Videte, quomodo redempti estis pretio mei sanguinis. Et sic propter confirmationē iustitiæ & æternalis sententiæ quantū ad gloriā electōrū & damnationē malōrū, seruabuntur crux, clauī, lancea & alia instrumēta. Secunda causa propter inestimabilis dilectionis memoriā, vt diuina beneficia eis ostensa æternaliter habeantur in memoria: vt videant electi, quam pretiosē sint empti & redempti. Tertia causa propter inuentionē æternōrū gaudiorū: quia quādo electi cōtinuē videbūt illa amabilia signa passionis Xpi, cōtinuē resultabūt ad noua gaudia æternę beatitudinis, ad quæ p crucē & passionē Christi peruenerūt. Quarta causa propter attributionē honorum Dei & gratiarū actionē, quia videbūt electi quōd nō per sua merita, sed per passionē Christi uenerūt ad gaudia æterna & primum amore quasi liquefacti resultabūt in gratiarū actiones dicētes illud Apoc. 11: Gratias agimus tibi domine Deus noster omnipotens qui es, & qui eras, & qui uerturus es, quia accepisti uirtutem magnā ad redimendū nos. Econuerso uerō habebunt impij obiectionē damnationis & punitionis in seipsis, cum apparebūt insignia passionis. Vnde Aug. in sermone de passione: Crux tunc apparebit, vt cognoscāt impij causam iniquitatis, quo crucifixerunt dominū maiestatis. Tunc dicetur Gētibus & Iudæis, vt dicit Hiero. Cerne Iudæe manus, quas fixeras, cerne latus Romane quod foderas: & sic nullā Iudæi & Gētiles habebūt excusationis causam. Vnde Hiero. Quid facies peccator, cum contra te conscientia propria loquetur, scriptura fatebitur, accusabūt te clemētia, armabitur cōtra te omnis creatura, crux Christi contra te orabit, Christus per vulnera sua contra te allegabit, quid respondebis? Ps. Muta sicut labia dolosa. Ps. 30. Septimō accusabunt peccatorem suscepta beneficia. Greg. Quāto magis qui accipit in munere, tantō magis obligatur in reddendā ratione: quia si crescūt dona, crescūt & rationes donōrū, vt habetur Mat. 25. Omni autē cui multū datū est, multū quæretur ab eo? & cui cōmendauerūt multū, plus petēt ab eo. Si igitur plura beneficia & donā naturalia, tēporalia uel spiritualia, tibi a Deo sunt collata: tantō maior ratio est reddēda, & gratiarū actio referēda. Quōd si nō feceris, tūc te accusabūt in iudicio ista beneficia. Et sic fiet Iudæis. Contra quos dicitur Mat. 12. & Luc. 11.

Regina

Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, s. Iudæorum, & cōdēnabit eā, quia uenit à finibus terræ audire sapientiā Salomonis, & ecce plus quā Salomō hic, s. Christus. Octauō accusabunt peccatores dignitates & officia, de quo Sapient. 6. Audite reges & intelligite, dicite iudices finitū terræ: præbete aures qui contineris multitudines, & placetis uobis in turbis nationū, quoniā data est uobis potestas à domino & uirtus ab altissimo, qui interrogabit opera uestra, & cogitationes uestras scrutabitur, quoniā cum essetis ministri regni illius, nō recte iudicastis, nec custodistis legē iustitiæ, neque secundū uoluntatē Dei ambulastis. Idcirco subdit ibidē: Durissimū iudicium fiet his qui præ sunt, quoniā potentes potenter tormenta sustinebūt. Bernar. Ueniet ad iudicium dura allegatio pauperum, clamor pupillorum & uiduarū. Tunc dicetur illis: Redde rationē uillicationis tuæ. Luc. 16. Nonō accusabunt peccatores maligni spiritus seu dæmonia. Apoc. 12. Proiectus est accusator fratru nostrorū, qui accusabat illos ante conspectū Dei nostri die ac nocte. Reuera accusator est diabolus. De quo dicit Aug. Præsto erit diabolus & obiciet nobis oīa quæ fecimus, in qua die peccauimus, & in quō loco quid operis tēporis que facere debuimus. & si tales quales probare nititur inuenti fuerimus, exultabit noster aduersarius, & dicet: Acquisitissime iudex, iudica illum meū per culpā, qui tuus esse noluit per gratiā: tuus per creationem, meus per damnationem: tuus per passionē, meus per abstractionē: tibi inobediens, mihi obediēs: qui tuā nō est securus ueritatē, sed meā falsitatē: qui tecum noluit habere uitā æternam, iudica ut meū habeat gehennā. Decimō accusabunt peccatores angelorum & sanctorū cōfortia à quibus peccando recesserunt. Sapient. 5. Stabūt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerūt, dicētes illud Apo. 6. Vsq; quo sanctus & uerus nō iudicas, & non vindicas sanguinē nostrū de his qui habitant in terra? Vnde etiam accusabunt peccatorem perpetrata uita, quæ nūc sunt occulta, sed tunc erūt aperta: Math. 11. Nihil enim est opertum quod non reuelabitur, & occultū quōd nō sciat. Nam tinea uestimentorū accusabit superbum, ærugo metallorū accusabit auarum, merces defraudata pauperum accusabit tyrannum. Iuxta illud Iacobi quinto, Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, & uestimēta uestra à uineis comesta sunt, aurum & argentū uestrum æruginauit, & ærugo eorum uobis in testimonium erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis. Et infra, Ecce merces operariorum

vestrorum, qui messuerint regiones vestras, defraudati sunt: & clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit. Ideo Greg. in 5. Moral. Omnis iniquitas apud secreta iudicia Dei habet voces suas, vbi peccator de his quæ iam commisit accusatur. Duodecimò accusabit peccatorem iudicis assistentia. De quo Iere. 30. Ego sum iudex & testis, dicit dominus. Et Malac. 3. Ego accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox omnibus maleficis, adulteris & periuris. Nam ipse est qui dixit Naum 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, &c. Ecce quanta congeries testium adducetur aduersum peccatorem collegium.

¶ *Dominica tertia aduentus.*

¶ *Quibus miraculis, causisque permotus Iannes Baptista discipulos ad Christum destinauerit. Et quam sit necessarium, per humilem peccatorum detestationem mentem diuine gratiæ capacem reddere.*

## ENARRATIO I.

**T**ves qui venturus es, an abum expectamus? Matth. 11. & Luc. 7. In summa Euangelij tria innuuntur. Primò quæstio desiderabilis & amorosa. Secundò solutio admirabilis & vigorosa. Tertio commendatio laudabilis & virtuosa. Primum ibi: *Tu es qui venturus es?* Secundum ibi: *Dicite Ioanni.* Tertium ibi: *Illis abuentibus.* De primo dicit: *In illo tempore.* Vincentius in speculo histo. lib. 8. cap. 19. dicit hanc historiam factam fuisse 31. anno ætatis Christi, dum incepit publicè prædicare & miracula facere. Nam in 30. anno baptizatus est à Ioanne: & eodem die reuoluto anno, hoc est 31. conuertit aquam in vinum, vt dicit Comestor. & in sequenti pascha, id est in pascha 3. anni incarcerationatus est Ioannes. Et post hoc in sequenti pascha, id est, tricesimifecundi anni decolatus est. De qua incarceratione ne loquitur præsens euangelium, dicens: *Cum audisset Ioannes in vinculis, s. in quæ Herodes eum coniecerat, vt legitur Mat. 6. quia arguebat eum propter Herodiadem fratris sui vxorem. Ecce Ioannes fuit victus propter veritatem doctrinæ & zelum iustitiæ. Et hoc competit prædicatoribus: quia per zelum iustitiæ debent excessus hominum corrigere. Et hoc illis Deus præcepit Eze. 3. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israël, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Et subdit: Si autè nõ annuntiaueris, neq; locutus fueris, sanguinè eius de manu tua requirã. Ecce quanta cõminatio. Idcirco nõ debent tacere, iuxta illud Isa. 58. Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocè tuã, & annũtia populò meo scelera eorum.*

eorum. Non dicit: Tace, sed nuntia. 2. Timoth. 4. Opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanã doctrinã non sustinebũt. Sed de hoc non debent timerè, nec veritatè obticere, quia dicit Augu. & habent 1. q. 3. in c. nemo peritorũ. Melius est pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione cõsequi beneficium. Et sic passus est Ioãnes in vinculis, in quibus audiebat opera Christi, s. ex relatu discipulorũ vel custodum. Nã Christus ante incarcerationem Ioannis nõ fecit multa miracula, nisi de conuersione aquæ in vinũ, prout legitur Ioan. 2. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ. Quidã autem dicunt post iciniũ apertè eum prædicasse, discipulos congregasse, & sermonem in monte factum: quia legitur dominum & discipulos eius inuitatos ad nuptias, Communior tamen opinio (vt dicit Comestor) est, dominum post illud miraculum discipulos vocasse occultè, & occultè prædicasse vsq; ad Ioannis incarcerationem. Postea verò prædicauit palam, & fecit miracula multa. Suscitauit enim filium viduæ. Luc. 7. Et mundauit leprosum, & sanauit seruum Centurionis. Matth. 8. Et fecit miracula tanta, vt haberetur Luc. 5. quòd vndique divulgabatur eius fama, ita vt etiam Ioannes audiret in vinculis. Erant namq; opera Christi mirabilia, irreprehensibilia, vtilia, innumerabilia. Dico igitur, quòd opera Christi meritò resonabant in carcere ipsi Ioanni. Primò, quia erant mirabilia & magna. Vnde Apocaly. 15. Magna & mirabilia sunt opera tua domine Deus omnipotens. Secundò erant irreprehensibilia, quia perfecta. Deute. 32. Dei perfecta sunt opera. ita quòd dicit S. Thom. Nunquam sanauit aliquem in corpore, quin ipsum etiam sanaret in anima. Tertio fuerunt vtilia quia bona. Iuxta illud Diony. Optimi est optima facere. De quo Mar. 7. Bene omnia fecit. Et Gene. 1. Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et si alia nobis aliquando videntur mala vel inutilia, hoc prouenit ex eo quia non intelligimus. De quo Eccle. 8. Intellexi quod omnium operũ Dei homo nullam possit inuenire rationem eorum quæ sunt sub sole. Et quanto plus laborauerit ad quærendum, tantò minus inueniet. Et cap. 11. Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium. Quarto erant opera eius innumerabilia, quia multa, vt patet in opere creationis: quia multi angeli creati sunt. Vnde Daniel. 7. Milia milium ministrabãt ei, & decies centena milia assistebãt

ei. Ideo Iob. 25. Nunquid sunt numerus militum eius? quasi diceret, non. Item multi sunt demones, vt dicit Haymo, Sicut atomi in sole innumerabiles, sic sunt in obscuro aere demones. Item multæ sunt stellæ. Genes. 15. Suscipe cælum & numera stellæ, si potes, quasi diceret non potes. Item multa sunt animalia. Vnde Psalm. Illic reprobilia quorum non est numerus. Psalm. 107. sic multa fuerunt Christi miracula. Vnde Ioan. vlt. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros. Ideo dixit Ioan. 10. Multa opera bona ostendi vobis ex patre meo. Et dicit opera bona. Reuera bona quia dicit S. Tho. parte 3. q. 44. artic. 4. Christi miracula ordinabatur ad hoc, vt virtus diuinitatis agnosceretur in ipso ad hominum salutem vt dicit Ioan. 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei. hæc testimonium perhibent de me, id est, de diuinitate mea. Ideo S. Thomas vbi sup. artic. 3. dicit: Ea que sunt ad finem, debent esse proportionata fini. Sed Christus ad hunc finem venit in mundum & doebat, vt homines saluos faceret iuxta illud Ioan. 3. Non misit filium in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Ideo conueniens fuit, vt Christus particulariter homines miraculose curando ostenderet, se esse vniuersalem & specialem omnium saluatorem. Idcirco *audiens Ioannes opera Christi misit duos de discipulis*, quia per seipsum ire non poterat. Et ideo duos misit ex discipulis suis. Nam plures discipulos habuit, quia superioribus & inferioribus prædicaturus venit, dicens: *Tu es qui venturus es*, scilicet ad redimendum genus humanum. Nota, quod in hac questione Ioannes consistetur tria, quæ sunt fundamentum Dei in Christum. Primum Christi diuinitatem, ibi: *Tu es*: hoc enim competit diuinitati per se & à se esse. Exo. 3. Ego sum qui sum. Secundum consistetur ipsius humanitatem, ibi: *Qui venturus es* scilicet secundum vaticinia prophetarum, Genes. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, ipse erit expectatio Gentium. Tertio consistetur humanitatis veilitatem, ibi: *Alium expectamus*: quasi diceret, nequaquam. ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum, vt haberetur Matt. 1. Quamquam Ioannes sciuit, attamen interrogauit, vt dicit S. Tho. in 1. 2. q. 2. arti. 7. Non quæsiuit de aduentu Christi in carnem, quasi hoc ignoraret, cum ipse hoc expresse confessus fuerat, dicens Ioan. 1. Ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Iam & ipse antequam natus præcognoscens

eum

eum exaltauit in vtero matris. Luc. 1. Similiter non est credendum quod ignorauerit eum ad passionem venturum, ipse enim digito demonstrauit eum, prænuntians eius immolationem futuram. Ioan. 1. Ecce agnus dei. Glo. Immolandus pro salute populi. Nam & alij etiam minores propheta hoc non ignorauerunt, sed ante prædixerunt sicut præcipue patet Isa. 53. Sicut ouis ad occisionem ductus est. Et Zach. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti victos tuos de lacu, in quo non est aqua. Nec hoc tenebatur explicitè credere, antequam esset impletum, quod, scilicet per seipsum deberet descendere. Vel potest dici sicut Ambro. dicit super Luc. quod non inquisiuit ex dubitatione seu ignorantia, sed magis ex pietate, sicut Petrus: Absit à te domine, non erit tibi hoc Mat. 8. & Mar. 8. Lapsus enim amoris, vt dicit Glo. in hoc loco, fidem non impedit. Talis enim lapsus religiosus est. Vel vt dicit Beda: Non ait Qui venisti, sed *Qui venturus es*, quasi diceret cum ab Herode interficiendus, & ad inferna sim descensurus, debeo renuntiare inferis, quæ nuntiaui superis? Vel potest dici, sicut Chrys. dicit: quod non inquisiuit quasi ipse ignoraret, sed vt per Christum satisfaceret eius discipulis, qui videntes & audientes miracula Christi nuntiauerunt Ioanni, vt dicitur in litera, de his omnibus. Et vt Beda dicit, non simplici corde opinor, sed inuidia stimulante. Et quia secundum Chrys. tunc magis ad deum erigimur, cum incubit necessitas: ideo Ioannes detrusus in carcerem, quando magis discipuli eius indigebant Iesu, tunc mittit eos ad Christum consulendo, vt sic ad Christum veniret: non errore fidei permaneret, & opera eius viderent & certificarentur & conuertentur. Nam discipuli Ioannis erant defectuosi in tribus. Primum Christo inuidebatur, Ioan. 3. Rabbi qui tecum erat trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti: ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Glo. te dimisso, q. d. quid tibi videtur de hac præsumptione? Secundum rudes ad intelligendum erant. Nam cum Ioannes prædicauit de Christi sublimitate, ipsi non intellexerunt. Ioannes 3. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quia dixi, Non sum ego Christus: illi oportet crescere, me autem minui. Tertio erant increduli, nam solciauerunt se Phariseis contra Christum Matt. 9. Quare non & Pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Ergo Ioannes comparando illis ne in eorum perniciacia permanerent post eius mortem, misit illos in eius vita ad Christum dicens: *Tu es qui venturus es*, &c. Nam si dixisset ad eos: Maior me est: estimasset, quod in humilitate locutus fuisset. Ergo

Ergo nō fuit melior modus, quān vt sub specie interrogatio-  
nis eos mitteret, dicens : *Tu es qui venturus es ?* & Pro quo scien-  
dum, Hodie est tertia dominica, in qua agitur de aduentu in  
mentem per gratiam. Quem quidē aduentum petit Ecclesia  
in collecta, dicens : *Aurem tuam, quæ fumus domine, preci-  
bus nostris accommoda, & mentis nostræ tenebras gratia tuæ  
visitationis illustra.* Nam aduentus gratiæ valdē est deside-  
randus, quia præcellit alios duos aduentus, scilicet in carnem & ad  
iudicium. Primò cū aduentus in carnē sit solius filij in carne  
mortali apparentis. Aduentus autem in mentem hominis est  
totius trinitatis. Ioan. 14. ad eum veniemus, & mansionem  
apud eum faciemus. Secundò quia cū aduentus in carnem  
& aduentus ad iudiciū communes sint bonis & malis, nam  
boni viderunt eum in mundo existentem, similiter & mali  
sicut & Pharisei, Pilatus & Herodes viderunt Christum in  
carne: similiter in iudicio tam mali quān boni videntur Chri-  
stum venientem in nube. Sed aduentus spiritualis in mētem  
est tantū bonorum qui se præparant, quia non habitabit in  
corpore subdito peccatis. Sap. 1. Vnde Haymo: Dominū deū  
eum suscepturus in habitaculum cordis tui, emunda con-  
scientiam tuam ab operibus mortuis, & à cogitationibus su-  
perfluis & immundis; quia mundus habitator quærīt mun-  
dam domum. Vnde etiā Bern. super Cant. Gratia balsamum  
purissimum est, & mundum: & mundū vas requirit. Tertiò,  
quia illi duo aduentus, scilicet in carnē & ad iudiciū, sunt ad nos:  
sed ille spiritualis aduentus est in nos. In primo aduentu ve-  
nit Saluator ad nos in cælum rediturus, in mentem venit no-  
biscū permanens, nisi per immunditiā operum nostrorum  
quasi propriis motibus eum expellamus. Vnde vocatur Ema-  
nel, Isa. 7. quod interpretatur nobiscum deus. Vnde Ioā. 14.  
Vos autē cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vo-  
bis erit. Senec. Propē est deus, tecū est, in te est. Vnde magna  
est securitas homini deum habere in se. Et qui deū habent in  
se, verisimile est, quod non sint sine consolatione. Apoc. 3. Si  
quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuā, intrabo  
ad illū, & cœnabo cū illo. Bern. Dulcissimus cibus animæ est  
gratia dei. Basil. O dulcedo melliflua dulcedo miranda quān  
dulcis es in meditatione, sed dulcior in oratione, dulcissima  
in contemplatione, sed superdulcissima in beatitudine, quia  
dicitur Matth. 13. Omni habenti dabitur, quia habenti grā-  
tiam dabitur gloria. Ideo ad istum dulcissimum aduentum  
debemus nos præparare, quia vt dicit Aristote. in *Physicis*:

Forma

Forma nō introducitur, nisi materia prius prædisposita. Sic  
gratia homini non datur sine dispositione præuia, vt figura-  
tur Gen. 8. per columbā, quæ dum non inuenit vbi quiesce-  
ret, reuersa est in arcā. Et sic gratia non offertur homini, nisi  
mens eius ad hanc præparetur. Ideo scribitur 3. Reg. 7. Præ-  
parate corda vestra domino. Quod dū fecerimus, ipse semper  
paratus est nos per gratiā visitare, vt dicit Aug. in *Soliloquio*  
Domine semper te præsentē exhibes, semper te paratū offers  
si me paratū inuenies. Nā ipse desiderat nobiscū esse. Prou.  
8. Deliciæ meæ esse cū filiis hominū: si saltem inuenerit præ-  
paratū habitaculū. De quo Hiere. 7. Bonas facite vias vestras  
& studia vestra, & habitabo vobiscū in loco isto. Amos 4. Præ-  
para te in occursum domini dei tui. Sed quomodo? Licet mul-  
tæ sint dispositiones ad gratiam, attamen prima & principa-  
lis est cordis mundificatio. Hugo in lib. De bono conscien-  
tiæ: Deus qui est amator munditiæ, cor pollutū peccatis non  
potest inhabitare. Sapi. 1. Non habitabit in corpore subdito  
peccatis. Ideo Hiere. 3. Laua à malitia cor tuū Hierusalem, vt  
salua fias. Sed in quo debet lauare: in vera contritione. Tob.  
4. In tempore tribulationis peccata dimittis his, qui inuocāt  
te. Hiere. Nulli culpa delebitur, nisi tristitia anxietur. Sed di-  
ceres: Non possum habere contritiōnē. Ratio, quia non me-  
ditaris illa, quæ sunt peccati dāna & quæ incitant ad contri-  
tiōnē. Sed dices quæ sunt? Responderetur, primū est quod  
peccator recogitet quem dereliquerit, quia patrē suū cæle-  
stem, Deut. 32. Deum qui te genuit, dereliquisti: & oblitus es  
domini creatoris tui. Naturalis est enim amor filij ad patrē,  
naturalis dolor est de eius offensa: multo magis dolendū est  
de offensa patris cælestis: Aug. Amanus est generatōr, præ-  
ponendus est creator. Insuper dominum suum negauit. Ne-  
gare enim dominū suū tēporalem, magnū est opprobrium  
corā hominibus: quātō magis turpe est negare deū? Vnde ad  
Tit. 1. Constitentur se nosse deum, factis autē negant eum sicut  
abominati incredibiles, & ad omne opus bonū reprobi. De  
quo Hiere. (& habetur II. q. 3. cap. æstimant) dicit: Quotiens  
mortaliter quis peccat, totiens Deum negat. Inquit enim cal-  
non: Æstimant quidam in eo tantum negari deum, si in per-  
secutione quis à Gentibus comprehensus se confitenti reue-  
rit Christianum esse. Ecce Apostolus factis deum asserit ne-  
gari. Christus sapientia est, iustitia & veritas, sanctitas & for-  
tudo. Negatur per insipientiā sapientia, per iniquitatem  
iustitia, per mendacium veritas, per turpitudinem sanctitas,

per



per imbecillitatem animi fortitudo. Quoties vincimur vitiis & peccatis, toties deum negamus. Postremò dereliquit liberatorem suum, de quo multùm dolere debet, qui se recessisse ab eo videt, qui morte propria à morte æterna eum liberavit. Eccle. 39. Ingratus sensu dereliquit liberantem se. Exemplum refertur, quòd quia quidam miles à serpente leonem liberavit, ipsum perperuò adhaesisse liberatori suo. Ecòrrario verò peccatores relicto domino deo suo, adhærent serpenti infernali quia nihil potest dare, nisi quod ipse possidet, scilicet æternam dānationē. Iudic. 6. Eduxi vos de domo seruitutis, & liberaui de manu Aegyptiorum & omnium inimicorum, qui affligebant vos. Ego dominus deus vester, & nolistis audire vocem meam. Iere. 12. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur.

¶ **Secundò** meditanda est causa, quare dereliquit deum. Iere. 2. Quid inuenerūt in me patres vestri iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem & vani facti sunt? Vnde si beneficia Christi cogitemus, & nostram ingratitudinem ponderemus, non est dubiū, quin si vsus rationis habemus, protinus occasionem pœnitentiæ sentiamus. Quid enim nos mentis cōpotes & ratione vrgētes faciemus, quādo deum & fratrem nostrum peccatis rursus crucifigimus? iuxta illud ad Heb. 6. Rursus crucifigētes sibi in crucis filium dei, & ostentui habentes: multum profecòdò dolere debemus Iere. 6. Luctum vniuenti fac tibi planctū amarum. ¶ **Tertiò** meditandū est quid reliquit, quia cū deo omne bonum. Aug. Tale bonum deus est, vt nemini eum deserenti bene sit. Nam qui deum habet, omnia habet: qui deo caret, nihil habet. Ier. 2. Scito & vide, quia malum & amarum est dereliquisse te deo minimum deum tuum, & non esse timorem eius apud te. Malum, quia sine eo nihil bonum: amarum, quia sine eo nihil dulce. Eccle. 9. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Rerum participatiōem sanctorum. ¶ **Quartò** considerandum est, quid meruerit: quia pœnam inferni. Rom. 6. Stipendia enim peccati mors. Athana. Qui bona egerūt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala in ignem æternum. **Quintò** quid fuerit: quia seruus peccati & diaboli. 2. Petr. 2. A quo quis enim superatus est, huius seruus est. Ioan. 8. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Greg. Stultum est seruire diabolo qui nullo placatur obsequio. Aug. Malus tot dāmoniorum, quot vitiorum seruus est. O quādam multi sunt hodie tales seruitores. Aliqui seruiunt in superbia lucifero, alii in mammonæ

in

in avaritia. Iere. 16. Seruietis diis alienis die ac nocte, qui nō dabunt vobis requiem. Et nisi deus adueniat per gratiam, non recedet diabolus. Psa. 14. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Nam deus & diabolus simul nō cohabitāt, sicut lux & tenebræ: sed quā cito lux intrat, fugantur tenebræ, 2. Corin. 6. Quæ societas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Christi cum Belial? Et de pœnit. d. 3. c. resuscitatus. Nemo filius dei & diaboli simul esse potest. Et ca. Omnis. Bonus & malus aliquis simul esse non potest. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Ideo dicit August. Deus qui charitas est, & mortale peccatū oponitur: ideo nisi vitia radicitus euulsa fuerint, bona plantari nō poterūt. Isa. 1. Lauamini & mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agerē peruerse, &c. Sapient. 7. In animas sanctas se transfert. Greg. Tergat sordes prauj operis, qui præparat deo domū mentis, scilicet per contritionem. ¶ Sed dices: Ego doleo de peccatis. Respondet quòd non sufficit, nisi habeas propositum confitendi omnia mortalia. Ambro. in libro de paradiso: & habetur de pœnit. distinct. 1. Non potest quisquam iustificari à peccato, nisi fuerit antè confessus. Idem ibidem & habetur de pœnit. d. 1. c. a. serpens. Venialis est culpa quam sequitur confessio peccatorum. Et Aug. in lib. de pœnitentia: Agite pœnitentiam qualis agitur in Ecclesia, vt oret pro vobis Ecclesia. Nemo dicat sibi, occulte ago, apud deum ago: nouit deus qui mihi ignoscit, quæ in corde ago. Ergo sine causa dictum est: quæ solueris in terra, soluta erūt in cœlo: ergo sine causa daturæ sunt Ecclesiæ dei. Frustramus euāgelium dei, frustramus verbum Christi: si promittimus nobis quod ille negat, nōne nos decipimus? Iob 31. Si erubui in conspectu populi peccata mea confiteri. Si abscondi quasi homo peccatum meū, & celauit in sinu meo iniquitatem meam. Item Ambrosius Confessio à morte animam liberat. Confessio aperit paradysum, cōfessio sp̄s saluandi tribuit. His verbis ostēditur, quòd non meretur iustificari, qui in vita sua peccata noluerit confiteri. Isa. 43. Narra si quid habes, vt iustificeris. Isa. 38. Recordabor tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. ¶ Sed dices: Confessus sum, nunquid sufficit? Respondetur, quòd non nisi habeas propositum satisfaciendi. Michæ 4. Dole & satage filia Sion. Item de pœn. d. 1. c. Ecce nunc Illa confessio nos liberat, quæ fit cum pœnitentia. Greg. Qui propria voluntate mala committit, iustus est, vt per propriam pœnitentiam

nam diluat. Si quis sciēs literas malè scripserit, nō sufficit q̄  
 vltra nō scribat, sed vt malè scripta deleat. Deut. 25. Secūdu  
 mēsurā peccati, erit plagarū modus. Greg. Nō satis est mala  
 nō agere, nisi quis studeat bonis operibus abundare. Chryf.  
 & habetur de pœnit. d. r. c. perfecta. Perfecta pœnitētia cogit  
 peccatorē omnia libenter sufferre, in corde eius cōtritus, in  
 ore cōfessio, in opere tota humilitas. Et Aug. ibidē id c. Nul-  
 lus. inquit: Nullus debite grauioris pœnē accipit veniā, nisi  
 quāleūcūq; & si longē minorē quā habeat, soluerit pœnā.  
 Ita enim iustificatur a Deo largitas misericordia, vt non re-  
 linquatur iustitię disciplina. Et hoc est, q̄ ad pœnitentiā agē  
 dā exhortamur, Luc. 13. Nisi pœnitentiā habueritis, omnes si-  
 mul peribitis. Hęc enim sola est, quę secūdu tria quę in se  
 complectitur, s. cōtritionē cordis, cōfessionē oris, & satisfac-  
 tionē operis ab omni inquinamento nos purgat. Ad quā pu-  
 ritate Apostolus nos hortatur. 1. Corin. 7. Mundemus nos ab  
 omni inquinamento carnis & spiritus. Hęc enim præstat  
 munditiam cordis & spiritus. Quam regius propheta desi-  
 derauit. Psalm. 50. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum  
 rectū, &c. Et hęc tandē munditia, cordis & spiritus bonitatem  
 cōscientiē cōfert, in qua charitas quę est finis præcepti sua-  
 datur. 1. Timo. 1. Finis autē præcepti est charitas de corde pu-  
 ro & conscientia bona, &c. sine qua charitate omnia opera  
 nostra nihil profunt. 1. Corin. 13. sicut nec sine puritate consci-  
 entia. Quapropter & eam Apostolus consequi desiderauit.  
 Act. 24. In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiam  
 habere ad Deum & ad homines semper. ¶ Sed dices: Mun-  
 dum cor & pura conscientia quomodo cognoscitur? Respon-  
 detur primo, quod sicut est de vino claro in vitro in quo vi-  
 detur modica festuca: sic est de mundo corde, vbi videtur par-  
 ua macula: sicut & in albo panno quę non cognoscitur in  
 nigro. Ergo clara cognitio propriorum defectuū est signum  
 puri cordis & purę conscientia. Greg. 25. Moral. c. 3. Quāto  
 maioris gratiæ lumen quis recipit, tantō amplius reprehen-  
 sibilem se esse cognoscit. Quāto enim quis minus videt,  
 tantō sibi minus displicet. Nam boni melius cognoscūt in se  
 parua, quā mali magna peccata. Quāto plus proficimus in  
 cognitione, tantō magis dignamur de peruerso opere. Sec-  
 undō clarum vinum in puro vitro non turbatur, neque  
 maculis inficitur, quādo tangitur & mouetur: sic est de puro  
 corde & pura conscientia. Prover. 12. Non contristabit iustum,  
 quicquid ei acciderit. Si ergo es paciēs in aduersitatibus & in

firmatibus

firmatibus, est signum puri cordis. Greg. Nemo quantum  
 proficiat, nisi inter aduersa cognoscit. E contra mali murmu-  
 rant. Hugo. de S. Victore. Qui in aduersitatibus murmurat,  
 venenum diaboli portat. Tertio vinum clarum quando in-  
 funditur ebullit, & atomi supersaltant. Et sic boni mūdi cum  
 tanguntur tribulationibus & perfectionibus, siue in verbis  
 siue in persona, siue in rebus, siue in factis, tunc erigunt cor  
 ad Deum, & ei omnia quę patiuntur ex puritate cordis cum  
 gratiarum actione offerūt. Et hoc erit eis valde meritiorum.  
 Insuper omnes cogitationes, verba & opera & etiam corpora-  
 les labores ad honorē Dei perferunt, & salutem animā in  
 his quærunt. Greg. In omni quod agimus semper cor per in-  
 tentionem ad cœlestia leuemus, ad Philip. 3. Nostra conuersa-  
 tio in cœlis est, &c.

¶ *Presentem esse in homine Dei gratiam, quę signa testantur.*

## ENARRATIO II.

**E**ntes renuntiate Ioanni quę audistis & vidistis, ceci vident clauis  
 ambulat. Mat. 11. Audistis de vtilitate diuinę gratię, & quā  
 sit necessaria pro eiusdem adeptione, cordis munditia. Nunc  
 verō videndū de manifestis signis gratię, quę accipiūt ad  
 similitudinē signorū quę fecit Christus in aduentu in carnē  
 in sua humanitate. Primum signū est diuinę cognitionis illu-  
 stratio. Et notatur ibi: *Ceci vident.* Nā mens rationalis in puris  
 naturalibus posita, est in diuinorū cognitione quasi cæca. Vn-  
 de Philo. 2. Metaphy. Sicut oculus nicticoracis habet se ad lu-  
 men solis: ita intellectus noster ad ea quę sunt manifestissima  
 natura. Et multō magis mens rationalis in sola natura sine  
 gratia. Apoc. 3. Dicis quia diues sum & locupletatus, & nul-  
 lus ego: & nescis, quia miser, & miserabilis, pauper, nudus,  
 & cæcus. Talem constitetur se Aug. 9. Confessionum: Fui, in-  
 quit, miser, pauper, & cæcus aduersus literas Dei mei militās  
 Et ideo exclamat ibidem, dicens: Va va præteritā ignoratię,  
 in qua nō cognoscebam te domine. Et hoc non solum cōque-  
 ritur quō ad seipsum, sed etiam quō ad alios, dicens: *Va cæcis*  
*oculis qui te æternū lumē nō vidēt.* De tenebris ad tenebras  
 vadunt, & nesciūt, vbi corruūt, vbi se existimant stare, ibi ca-  
 dūt. Et hoc cōtingit ex defectu luminis gratiæ. Vnde Grego-  
 17. Moral. cap. 27. Omnis vir iustus Dei illuminationē iustus  
 est. Lumen quippe Dei est gratia præueniēs: quę si nostro cor-  
 de nequaquam gratuitō confurgeret, profectō mens nostra  
 in peccatorum suorum tenebris obscura remaneret. Idcirco  
 Christus remouet hanc cæcitatem, & illuminat peccatores.

Pars Hym.

praesentia sua gratia. De quo Grego. in 8. Moral. cap. 75. Cum gratia superni respectus illuminat cuncta, & mentis nostrae nobis abscondita manifestat: ut qui heri se non cognouit, hodie per lumen gratiae se cognoscat & doleat. Aug. Gratia est lumen animae, faciens hominem peccatū suum agnoscere, & Deum super omnia diligere, & illi firmiter adherere. Et sic implebitur illud Psalm. 19. Deus noster manifeste veniet, scilicet per gratiam. Vnde & Fulgentius: Sicut radius solis totū mundū illuminat, sic diuina gratia subita visitatione tota mē rem illustrat. Nā Dei gratia habet se sicut collyrium. De quo Apoc. 6. Collyrio inunge oculos tuos ut videas, hoc est, gratia inunge oculos mentis, si caecus es in anima & spiritu. Nam triplices sunt caeci spirituales. Aliqui caeci sunt, quia nesciunt quid vitare debeant: aliqui verò nesciunt quid operari debeant: tertij, quia ignorant quid desiderare debeant. Ideo triplex est collyrium, cum quo debet oculos mentis ungere. Primum collyrium confectum est ex felle piscis, ut patet Tob. in quo illuminatus est senior Tobias. Sic caeci spirituales, qui nesciunt quid vitare debeant, debent ex felle piscis, id est ex amaritudine passionis Christi, qui fuit piscis assus dum in cruce est passus, & memoria passionis illuminare oculos animae. Bern. Domine vulnera & passio tua illuminat in intellectu meū: nā ipse Christus erat quasi lucerna in candelabro crucis posita ad illuminandū peccatores caecos, ut testatur Ioā. 9. Quā diu sum in mūdo lux sum mūdi. In iudiciū ergo in hūc mūdu veni, ut qui nō vidēt, videāt, s; quid vitare debeant, ne peccatū, pro quo crucifixus & mortuus est, ut dicit S. Thom. 3. Summā. q. 1. art. 3. Si homo nō peccasset, Christus in humanitate passū nō fuisset. Et si nō fuisset infirmitas, nō fuisset opus medicina. Nā Deus pater ut crucifigeret viriū, crucifigi fecit propriū filiū suū. Ecce mētis collyriū. Secundū collyriū confectū est de spūto & terra, ut patet Ioan. 9. Hoc collyrium pertinet ad caecos, qui nesciūt quid operari debeant. Nam spūto de capite descendēs mixtū terrā, significat diuinitatem Christi vnitā carnī in incarnatione. Nam diuinitas in carne est sicut lumē in testa. De quo Luc. 15. Mulier habēs drachmas decem, si perdidit vnā, nōne accēdit lucernam & quærit donec inueniat? Spiritualiter per mulierem intelligitur diuina sapientia, quæ perdidit drachinam vnā, id est genus humanum, & accēdit lucernā ponens lumen diuinitatis in testam humanæ carnis, & quæsiuit genus humanū, docens in humanitate: quid operari debeamus, ut perueniamus

uiamus ad eius diuinitatem. Ioā. 3. Exēplū dedi vobis, ut quē admodum ego feci vobis, ira & vos faciatis: quia dicit Aug. Omnis Christi actio nostra est instructio. Nam illuminauit nos, qui eramus in tenebris ignoratiæ, ut sciamus quid agere debemus. Ioan. 1. Erat lux vera, illuminās omnē hominem veniatē in hūc mundū. Tertium collyriū illuminans oculos corporales est fauus mellis. 1. Reg. 14. Ionathas extēdit summitatē virgulae, quam habebat in manu, & intinxit in fauū mellis, & cōuertit manū suā ad os suū, & illuminati sunt oculi eius. Hoc collyriū pertinet ad caecos spirituales, qui nesciunt quid desiderare debeant. Hi recipiūt fauū mellis, id est gustū diuinæ dulcedinis, qua gustata illuminantur oculi eorū in intellectuales. Ps. 33. Gustate & videte quoniam suavis est dominus. Gustate, s. dulcedinē. Ps. 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuae domine. Videte, quia post gustum dulcedinis diuinitatis, sequitur clara visio oculorum spiritualiū. 2. Cor. 4. Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis in facie Iesu Christi. Quia dicit Aug. 9. Confes. Deus intrat in mentem omni dulcedine dulcior, omni claritate clarior. De pe. d. t. c. resuscitatus dicit Aug. Cū enim Deus sit vīta animæ, ita non nisi Deo praesente anima viuere valet. Habet itaque anima Deum sibi praesentē per gratiā quæ viuens peccatū suū confitetur, eamq; vita, quæ Deus est inhabitat, quā inhabitando viuere facit. Si autē illam inhabitat, ergo templum spiritus sancti est facta, ergo illuminata est, ergo a tenebris peccatorum expiata est, ergo templū diaboli esse desinit quæ ad lucē venit, respectus cuius tenebras fugat. Ecce aperit dicit ibi canon, quod lex diuina fugat tenebras animæ. Sicut fatetur beatus August. se illuminatum in libro Confessionum, dicens: Irradiasti, coruscasti, & gustasti excitatem meam scilicet per gratiam tuam. Sed diceret: Quomodo debeo cognoscere verum illuminatus sim in anima vel non? Respondet Hugo: Lux gratiæ consistit in duobus scilicet in cognitione veritatis & amore bonitatis. Nā cognoscere verū & amare bonum, est habere lumen spiritualium oculorum: Quod lumen petit propheta Psalm. 12. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte. Nam illa duo praestantur homini per aduentum spiritualis gratiæ. Vnde Richar. de contemptu. lib. 3. cap. vltimo Sine gratia non sufficimus ad cognitionem veritatis, nec ad dilectionem virtutis & bonitatis. Ps. 33. Accedite ad eum & illuminamini, scilicet per praesentiam

giam gratiæ. ¶ Secundum signum est voluntatis diuinæ expletio, & tangitur ibi, *Claudi ambulans*. Vnde pedes animæ sunt affectus. Aug. Sicut corpus graditur pedibus: sic anima affectibus. Isti pedes ex se sine gratiâ sunt tardi: imò claudi ad gradiendum in via diuinæ voluntatis. De quo ad Rom. 9. Nō volentis neque currētis, sed miserentis est Dei. Quia dicit Chryl. Sicut terra non fructificat sine pluuiâ, sic nec voluntas hominis sine gratiâ. Ad Rom. 7. Nō enim quod volo bonū hoc ago, sed quod odi malum illud facio. Sed adueniente gratiâ diuinâ opus bonum perficitur. Isid. Gratiâ Dei est donum Dei, per quod fit expletio diuinæ voluntatis. Aug. de spiritu & litera: Gratiâ datur, vt lex impleatur. Constat enim hominem aliquando esse tardum in laudabili exercitiō virtutum, adeo vt dicat Bern. quod euenit aliquando languor animi, vt legere non libeat, orare nō delectet, meditationes solitæ non sequatur, etiam vt tædæ aliquando videre alios diligentiam exhibere: hoc totū prouenit ex carentiâ gratiæ, in cuius aduētu omnia illa impedimenta remouentur. De quo Bern. super Cāt. Mox vt verbū intus venit, expergeficit dormitantē animam: vt impleatur illud Isa. 35. Tunc saliet sicut ceruus claudus. Quia dicit Ambro. Nescit tarda molimina spiritus sancti gratiâ. De qua Grego. in Moral. Mens nostra nullo modo ad superna rapitur, nisi à terrenis separetur, & gratiâ Dei præueniatur. ¶ Tertium signum aduentus gratiæ in mentem est, defectum culpabilium, plena deputatio. Et notatur in leprosum mundantem cum dicitur. *Leprosi mundantur*, id est: viuētes inordinata concupiscentiâ carnis cōtra rationem, ad quā homo ex carnis corruptione inclinatus est. De qua Gene. 8. Sēsus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentiâ sua. Hanc malam concupiscentiam deprimit gratiâ Dei. De qua Bern. Intus in me cognoui eius præsentiam ex fuga vitiorum carnalium, quæ oppresserunt affectum. Et illa carnalis infectio comparatur lepræ ratione maculæ & immunditiæ, quia maculat corpus & animam, 1. Cor. 6. Omne enim peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. De quo Innocent. de utilitate humanæ conditionis: Non solum sordat animam, sed etiam personam. Psal. 52. Abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis: ita quod de tali immunditiâ dicit Seneca: Si scire deos ignosciturus & homines ignoraturus, adhuc peccare dedignaretur propter eius abominationem. Sed adueniente gratiâ mens de talibus contagiis depurabitur, Vnde

Bern.

Berni. super Cantic. Gratiâ Dei est ignis ardens, omnem rubiginem peccatorum cōsumens. Et figuratur Mat. 8. Descendēs Iesus de mōte leprosum mundauit, & immundū peccatorē carnalē: quæ mūdatio à nobis nō est, sed à Deo & ei⁹ gratiâ. Sap. 8. Nō possum esse cōtinens; nisi Deus det. Aug. Tu iubēs continētiam, dā quod iubēs: & iube quod vis: quia est Dei donū. De quo Aug. de natura innocentiæ, Sicut lustr duo officia medicinæ, videlicet vt sanetur infirmitas, & custodiatur sanitas: sic duo sunt officia gratiæ; si quod aufert carnis cupiditatem; & facit perseuerantiæ virtutem. Ideo Grego. Gustato spiritu desipit omnis caro. Bern. Cum in timore domini inflammariis, in affectu mutaris, Deum esse præsentem per gratiā ne dubites. ¶ Quartum signum præsentia diuinæ gratiæ cognoscitur per verbi Dei diligentē auditiōnem. Luc. 8. Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Et notatur ibi: *Sardi ad dnm*. Vnde verbum Dei auditur dupliciter. Vno modo aures exteriori. Ioan. 8. Qui ex Deo est, verbum Dei audit. Primordium sanctitatis est verbum veritatis. Alio modo aures interiori. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me Deus; scilicet aures mentis & spiritus. Aperi aures meas, quibus voces tuas audiam. Et Grego. super Ezech. homil. 1. Deus non solum requirit aures corporis, sed mentis: de quibus Apoc. 1. & 3. Qui habet aures audiat quid spiritus dicat. Richardus: Ille habet aures audiendi, qui habet intellectum intelligendi, & affectum diligendi: ea quæ dicuntur & promittuntur. Haymo ibidem: Aures corporis tantum ad audiendum consistit, sed aures cordis simul intellectum cordis ingerit. Et hoc est ex gratiâ Dei præsentia. Greg. Nisi iarus sit quid doceat, ista vanum lingua doctoris laborat. Ideo Isa. 29. Et audient in illa surdi verba libri huius, scilicet, prædicationis & inspirationis. E ideo auditus exterior non est signum præsentia Dei sitie interiori: De quo Aug. Profundati in peccatis nullo modo possunt clamore extrinseco excitari, nisi ex præsentia gratiæ Dei audiant verbum Dei cōpūcti. Sicut factum est Aug. in lib. Cōfessio. Vocasti, clamasti, rupisti surditatem meā: Et sic illa operatio nō est aliud, nisi emollitio cordiū ad obedientiam diuinæ legis, vt impleatur illud Psal. 17. In auditu auris obediuit mihi. ¶ Quintum signum præsentia diuinæ cognoscitur per interiori homini viuificam renouationē: quod notatur in mortuorum suscitatiohe, cum dicitur: Mortui resurgunt. Sumus enim secundum interiorem hominem mortui tripliciter, secundum mortem triplicem animæ. Prima mors est separatio

à Deo, quæ sit per peccatum mortale. de qua Ezech. 8, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et Aug. 2. de ciuità. Dei, Mors animæ est, cum eam deserit Deus. Secunda mors est ab operibus bonis otiosa vacatio. Iaco. 2. Fides si nõ habeat opera, mortua est: quando s. homo putat se sola fide saluati posse, & nõ curat benefacere. Et hæc est mors animæ. Greg. Vera fides est, quæ hoc quod dicit verbis moribus nõ contradicit. Tunc enim veraciter fideles sumus, si quæ verbis promittimus, hoc bonis operibus adimplemus. Ille etenim verè credit. Vnusquisq; autè, quântum credit, tantum sperat, tantum amat, tantum operatur. Ildo. Multi fide tantum Christiani sunt, sed opere à veritate Christiana dissentiunt. Nõ solum à Christiano queritur vt malo careat: sed vt in bono se exerceat: cũ etiã si nihil mali fecerit nec boni, addicatur homo gehennæ, vt patet de seruo inutili & nõ proficieti. Mat. 25. Inutile seruum ciuitate in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium, &c. Tertia mors est metis ab actu cõtèplatiõis arriosa reuocatio, vt quãdõ mēs hominis ab actu cõtèplatiõis reuocata, tantò languore in seipsa prosternitur, quod potius optaret mori quam gustata sic suauitate diuina ad carnis molestias redire. Vnde Ber. super Cãti. Anima quæ semel in cõtèplatiõne dulcedinē diuinā gustauit, nesciõ an ipsam gehēnā ad tēpus experiretur hõrribilius & pœnalius quàm pro modico ab illa suspēdi. Sed Dei gratia in mētē veniens ab hac triplici morte animā resuscitat ad triplicē vitā. Nā à primā morte, resuscitat anima ad vitā gratiæ, quā animā Deo recõlliatur ex vniõne cũ Deo per gratiā, ad Galā. 2. Viuõ autē iā nõ ego, sed viuit in me Christus. Heb. 9. Emũdauit cõsciētā nostrā ab operibus mortuis ad seruiendū Deõ viuēti. A secūda morte resurgit per gratiā ad vitā actiõnis meritorie. Gre. in homil. Sicut animam habitare in corpore, probat sensus vitales corporis: sic gratiam habitare in mente, probat vitā virtuosa & spiritus alis. Et hoc petit Pf. dicens: Tu autem domine miserere mei, & resuscita me. A tertiã morte resuscitatur ad vitam cõtèplatiõnis. Colõss. 3. Mortui estis, & vitā vestra abscondita est cum Christo in Deo. Gregor. Moral. cap. 6. ex prædictis verbis Apostoli subinfert: Qui mortem querit, gaudet eum sepulchrum intuehit: quia qui mortificare se appetit, valde ad inuentam requient cõtèplatiõnis hilarescit: vt extititẽ mundo lateat: & cunctis exterioribus rerum perturbationibus intra sinum se intimi amoris abscondat. Vnde Hugo de archa Noë: Mortui mundo facti per occupationē, intus viuunt

intus Deo per cõtèplatiõnē, & temporales esse desistimus, dum ab omnibus exterioribus occupationibus mentem inspendimus & in Deo figimus. Chrys. lib. 2. de compunctione: Nisi prius anima terrena contemneret didicerit, non poterit celestia cõtèplari. Non tamen ideo refutanda est vita actiua. Nam dicit Ildo. de sum. bo. Qui prius in actiua vita proficit; post ad vitam cõtèplatiuam melius ascendit. Sicut enim per cõtèplatiõnem amicus est Deus; ita per actualē vitam diligendus est proximus: Ac per hoc sicut sine verãque dilectione salui esse non possumus, sic sine vtraque vita viuere non debemus. Propterea dicit Greg. super Ezech. homil. 14. Sicut bonus ordo viuendi est, si ab actiua in cõtèplatiuam tendatur: ita plerunque vtiliter animus à cõtèplatiua ad actiuam reficitur. Idem: Sine cõtèplatiua nunque vita possunt ad celestem patriam intrare qui bona quæ possunt operari non negligunt: sine actiua verò non possunt, qui negligunt operari bona quæ possunt. Hæc ergo in necessitate est. illa verò in voluntate, hæc in seruitute, illa in libertate. Vnde Maria optimã partē elegit. Martha eura nõ ideo reprehenditur, quia Maria quies laudatur: quia magna sunt actiua merita, sed cõtèplatiua potiora. Vnde nec aufertur Maria pars dicitur, eo quod vitæ actiua opera cũ corpore transeunt, cõtèplatiua verò gaudia ex fine conualescunt. Vnde Innocen. & habetur extra de renunt. cap. nisi cũ pridē. Nec purus quod ideo Martha malã partem elegerit quia circa plura fatagebat: quia Maria optimam partem elegerit quia non auferetur ab ea: quoniam licet illa sit magis secũra, illa tamē est magis fructifera: & licet illa sit magis suavis, hæc tamē magis vtilis. quoniam simul & cõtèplatiua esse valeas & actiua: legislatoris exemplo qui nunc ascendebat in montē, vt ibi gloria domini cũ maiori cerneret libertate: nunc verò descēdebat in castra; vt cũ vtilitate maiori necessitatibus populi prouideret. Vnde Ber. Bonū acquirat gradū qui bene ministraverit proximo; forte meliorem quæ vacauerit Deo; sed optimū qui perfectus fuerit in vtraque. Vnde & ipsa virgo Maria de cõtèplatiua se trãstulit ad actiua; postquã sine dubio in magna cõtèplatiõne cõcepto Dei verbo exurgens abiit in mōtā, vt Elizabeth ministraret. Luc. Er hoc est quod dicit Ber. Alij vacent sancta cõtèplatiõne; alij dediti sint fraternæ admistratiõni, alij in amaritudine anime suæ recolat annos suos tãquã vulnerati, dormiētes in sepulchris. Sic plane opus est; vt Maria sublimiter & piè sentias de Deo. Martha verò

misericorditer & benignè de proximo suo. Lazarus autem humiliter & miserè de seipso. Omnes tamen & quilibet pro modulo suo ad huius vitæ contemplatiuæ perfectionem atq; dulcedinem anhelare debemus, quia dicit Bernar. in lib. de amore. Nonnunquam domine clausis oculis mihi ad te inhiant immittis in os cordis mei, quod nõ licet mihi seire. Saporem quidem sentio dulcem, aded confortantem, qui si periceretur in me, nihil vltra quærerem, sed eum accipiens, nullo corporis vsu, nullo animæ sensu, nullo spiritus intellectu, me permittis aduertere quid sit. Et hoc est quod dicit Greg. Sape gratia contemplantem animam ita eleuat, vt quæ circa ipsum sint ignoret. sicut Apostol. 2. ad Corin. 12. Scio hominẽ in Christo siue in corpore, siue extra corpus nescio, raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum. ¶ Sextum signum diuinæ præsentia est pauperum euangelizatio. De quo dicit textus: *Pauperes euangelizantur.* Bern. Paupertas pernitiosa, est meritum penuria. Sed per gratia Dei præsentiam homo in magis operibus se exercitat, per quæ datur virtutibus & merita sibi accumulatur & saluatur. Vnde Isa. 29. Pauperes homines in sancto Israël exultabunt. Et ad Rom. 5. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia, scilicet meritum. Ps. 67. Paraisti in dulcedine tua pauperi Deus, scilicet diuitias meritum. Ideo dicit Rabanus super Leuit. Gratia est ordinatrix virtutum, forma morum, dulcedo affectionum, communio bonorum, interpretatrix dulciorum, excusatrix malorum, doctrix omnium bonorum. Ideo Dei gratiam commendat Bonauen. dicens: Gratia est Dei donum, per quod anima efficitur sponsa Christi, filia patris æterni, templum spiritus sancti. Ideo potest dici de ea illud, Sapient. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.

¶ *Dominica quarta Aluentus.*

¶ *Quas ob causas necessaria sit homini continua semper ad iter mortis preparatio. Et quod infirmitate urgente, ac demonum tentationibus plus solito seuientibus, sacramentum extreme vnctionis, nemo vel inani formidine subterfugiat, vel damnable impietate contempnat.*

ENARRATIO V.

**D**iligite viam domini. Ioan. 1. Cum in ista Dominica peragatur aduentus ad mortem, & quia omnibus hominibus statutum est semel mori, & post erit iudicium, Heb. 9. ideo summe necessaria est via ad mortem preparatio tribus de causis. Primò propter horam mortis incertitudinem. Bern. in meditati-  
**S**certum est, quod moriemur, incertum est, vbi, quomodo & quã-  
 do

do. Mors vbiq; te expectat, si prudens es, vbiq; expecta cã. Dicit nanque Isido. Nihil in rebus humanis certius morte, nihil incertius hora mortis, Grego. In via sumus, qua ad patriam pergimus: nescimus autem horam exitus. Quapropter Luc. 12. Estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Secundò propter iudicij examen, Gre. 25. d. qualis. Quis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur. Eccl. 18. Ante iudiciũ para iustitiam. Et nõ debemus expectare, quousque iudex pulsset per aegritudinem, quia qui tempus senectutis expectat, timendum est dum sperat misericordiam, quòd inueniat iustitiam. Et Aug. Latet vna dies, vt timeatur omnis dies. Tertio debemus parare viam domini ad mortem propter dæmonis tentationem, qui frequenter nos tentat: aded, vt etiam nomen inde habeat. Matt. 4. Et accedens tentator. Nam de insidiis eius dicitur, 1. Pet. 5. Sobrius estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumcui, quærens quem deuoret: maxime in agone. Psalm. ipsi calcaneum meum obseruabunt, quod est vltimum hominis. ¶ Sed dices: Quare dæmones tentant homines sic in agone mortis? Respondetur quòd propter tria. Primò, quia dæmonibus constat, quòd vnusquisq; hominũ naturaliter appetit in fine bonum. De quo Boet. 3. de Consola. prof. 2. Omnes homines quamuis diuerso calle incedant, ad vnum tamẽ beatitudinis finem nituntur peruenire. Est enim mentibus hominum naturaliter veri boni inserta cupiditas: sed ad falsa deuius error abducti. Et Eth. 1. Omnia bonũ appetunt. Et hoc dæmones libenter vellent impedire, ne homo bono fine decederet. Secundò ided quia si homo tunc euadit potestatem dæmonum, deinceps nunquam timebit eos, sed securè & liberè dicere potest illud Ps. 122. Benedictus dominus qui nõ dedit nos in captione dæribus eorũ. Ergo diabolus qui habuit aliquos per multos annos in sua potestate in fine eos per quã inuitus amittit. Tertio si obtinuerit eũ in agone, in posterũ nõquã potest eũ perdere. In presenti verò vita nõ est hoc: quia si hodie lucratur aliquẽ, cras potest eũ perdere. Si quẽ autẽ viderit in agone, ille ad salutẽ nõquã redibit. Iob. 7. Qui descendit ad inferos, nõ ascendet; nec reuertetur vltra in domum suã, nec cognoscat eum amplius locus eius: quia in inferno nulla est redemptio. Ideo vt parati simus cõtra eius tẽtationes, monemur, Eccl. 2. Fili prepara animã tuã ad tẽtationẽ. Vnde quinq; sunt tẽtationes, per quas diabolus hominẽ nititur in salute sua impedire. Prima tẽtatio est de fide. Nã sicut in fine

mundi tempore Antichristi maxima erit persecutio fidei: sic in fine hominis (qui dicitur microcosmus) erit maxima tentatio fidei Ratio. Aug. quia fides est bonorum omnium fundamentum, & humanae salutis initium. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo, quia corde creditur ad iustitiam, Rom. 10. Ideo qui fundamentum destrueret, edificationem tota salutis impedit. Et ergo vtile est coram infirmis dicere symboli, ut infirmus admoneretur, ut sit stabilis & firmus in fide. Tob. 2: Filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus quam dominus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. ¶ Secunda tentatio est desperatio, cum enim infirmus cruciatur doloribus in carne diabolus superaddit dolorem dolori obicitur homini peccata sua: ut sic eum ad desperationem inducat. Nam diabolus ad memoriam reducit homini in agone omnia peccata sua & districti iudicis venturam iram: ut vel sic terrore & horrore correptus, citius desperet. Vnde Innocentius in libro de vilitate humanae conditionis: Quilibet tam bonus quam malus, antequam egrediatur de corpore, videbit Christum in cruce positum: boni ad consolationem, mali vero ad confusionem, ut erubescant se non esse participes fructus redemptionis & effusionis sanguinis Christi Apocal. 3 Videbit enim omnis oculus, & qui cum pupugerunt se peccatis. Insuper diabolus representat agonizantem, quaeunque vel cogitatione, vel locutione, vel operatione inique gessit, scilicet in superbia, gula, & avaritia, & si qua habet iniuste acquisita: & quoties inebriatus est, & sic de aliis: ut in desperationem inducere possit. Et nonnunquam fortassis etiam bona opera: non ut de his consoletur, sed cum per complacentiam & inanem gloriam de his inaniter praesumerit, in superbia cor eius ckieuetur, & sic percat. Idcirco ad tentationem illam praeparat animam tuam, scilicet, faciendo plurima opera bona cum humilitate: ut cum opera bona & mala in statera illius posita fuerint bona praeponderent malis. Ecclesia. 9. Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare. ad Gal. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum. Aug. Non est putanda mala mors, dum praecesserit bona vita. Et sic homo dum peruenerit ad agonem, habeat praesens oculis Dei misericordiam, & non desperet. Nam si mille millia peccata mortalia perpetrasset, quae omnino oblitus fuisset & omnia in agone cognosceret, nec unquam alius quod istorum confessus fuisset, nec poenitentiam egisset adhuc desperare non deberet. Et si est tanta fortitudinis ut possit loqui, confiteatur si habet sacerdotem, si non, committat se Deo

& doleat

& doleat confiteaturque corde. Psal. 50. Cor contritum & humiliatum deus non despicies. Bernar. Maior est dei pietas, quam quaeuis iniquitas. Nam omnia nostra peccata respectu misericordiae dei sunt quasi vna gutta respectu totius maris. Iñdo. Nullum est peccatum, quod non habeat veniam, praeter solum desperationis crimen. Aug. Mala praeterita non nocent, si non placent. ¶ Tertia tentatio, quia tunc maximus dolor accidit homini, cum anima debet exire a corpore, sic quod homo etiam perdit sensus, & quod praeter amaritudinem & dolorem perdit vires suas quia sanguis vniuersus confluit ad cor ut ipsum conseruet: quod sicut fuit prima viuens, sic & vltima moriens. Ideo dicit Arist. 3. Eth. Terribilissimum omnium terribilium est mors. Tunc enim necessarium est, ut homo sit patiens. Iac. 5. Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus domini appropinquet. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Et sicut anima in patientia custoditur, sic in impatientia & in murmure perditur. Exemplum legitur de clerico aegrotante quatuor annis, qui in patientia ait: Deus accepisti mihi corpus, recipe & animam: & cum Deus eum non liberaret, tandem impatientia victus miser, dixit: Accipe diabole animam meam. Et sic mortuus est. De quo quid aliud iudicandum quam quod pro malo voto suae aeternae damnationis effectus consecutus sit? Idcirco praeparat ad tentationem animam tuam per patientiam. Nam infirmitas ante mortem habet se quodam modo ut purgatorium, si toleretur ut oportet. Sed dixeris: Quomodo infirmitates & tribulationes tolerantur, ut oportet? Respondet Henricus de Halasia super Gene. Tribulationes praesentis vitae tolerantur ut oportet, cum dolores ponderamus ad peccata, & cogitamus quod & grauiora perpeti demerimus per peccata: & sic in hoc deum laudamus, quod ita misericorditer agit: Nam quos hic punit & non in balthro, debent deo reuerentiam, quae hic infirmatur & patientur, & purgatorium habent. Dicit namque Greg. Diuina dispensatione agitur, ut prolixiori vitio prolixior existat aegritudo. Idcirco quilibet infirmus cogitare debet, dicens: Ecce isto corpore, istis membris offendisti deum, & longe maiorem dolorem meruisti. Et cum beato August. Hic seca, hic vix, ut parcas in futuro. Greg. Misericorditer adhibet deus temporalem scueritatem, ne inferat aeternam vltionem. ¶ Quarta tentatio est complacentia sui ipsius. Nam cum diabolus non potest inducere hominem ad errorem fidei, ad desperationem vel impatientiam: tunc quaerit hominem inducere ad complacentiam sui

sui

sui ipsius, & vanā gloriam, dum considerat, quā firmus sit in fide, & patiens in tribulatione infirmitatis. Vnde Isidorus inuehitur contra illos dicens: Non te iactes; non te exaltes; nil de te praesumas, nil tibi tribuas. quāto quis maior est in oculis suis, tāto despectior in oculis dei. Ideo homo debet esse cautus: Cum enim diabolus eum tentat per arrogantiam recogitēt homo sua peccata: & eum diabolus tētat per desperationem, erogat considerando dei misericordiā, & incarnationis atque passionis Christi merita: & sic non desperet. Sicut legitur de B. Antonio, quod diabolus ad eū dixit: Tu viciisti me. cū te volo exaltare, tunc te ipsum deprimis: & cū te volo deprimere, tu te ipsum exaltas. Nullatenus tamen homo de propriis suis meritis confidat aut praesumat: quia propria cōplacencia est multū nociua. Quinta tētatio, quae per quā plurimos decipit, est occupatio tēporalium. Et est malū signū. Nam sicut puluis iniectus oculis corporalibus facit hominē deprimere visum, & quodāmodo caecitare: sic occupatio tēporaliū impedit, nē homo oculos mentis suae ad deū eleuare queat. Et ideo homo debet illam deponere in agone. Vnde Scotus super 4. Sent. cū se infirmus videt moriturum tunc plenē cōsentire debet in mortē ac si per se mortē elegisset, pōnam mortis sic paciēter sustinendo. Nā illa pōna satisfactio quaedā est, pro venialibus praesertim; & pro aliquibus mortalibus, quae vel oblitus fuit, vel quae nondum satisfactionibus praemissis ad plenū expurgauit. Et cogitare debet, quod pro tēporali bono habebit vitā aeternā, pro amicis beatorum atque sanctorū consortiū. ¶ Sed dic: Est ne malū signū, cū aliquis inuitus moritur? Respondetur, si homo sentit se ad mortē nondū dispositū, quia adhuc habet praua merita, & ideo libenter diutius viuere velle, vt se ad mortē melius disponderet: sic nō est malum. Sed si ideo inuitus moritur, quod debet separari à vō lupaticibus carnis & à gaudiis mundi, & ideo velle libenter diutius viuere, vt possit in illis amplius delectari: hoc est malū & reprehensibile signū. Ideo valde reprehensibiles sunt illi, quibus si quādo in infirmitate dicitur quod debet se praeparare ad mortē, s. per confessionē & sacramentorū perceptionē: respondēt, Ego spero me nō moriturū. Nam dicit, quod tunc nō moriaris, nūquid nō debes poenitere, & te deo reconciliare? Et nescis forsitan, quod ista infirmitas sit tibi ex demerito peccati. sicut ille, de quo Ioan. 5. qui triginta octo annis iacuit apud piscinā, cui dixit dominus: Vade, noli amplius peccare, nē deterius quid tibi contingat. Et si nullū sis graue

commisum forsitan tamen per bonū omisum nonnunquam grauius deliquisti: Quod tunc in te deus animaduertit & punit. Nam cū a sinu flagellatur, elicitur vel quod malē iuerit & sinistrē, vel nimis tardē: Sic cū te deus flagellat in infirmitate, tunc cogita vel quod malē egisti, vel tardus & negligens in bonis operibus & deo ingratus de beneficiis suis fuisti. Nam & sic infirmabatur Ezech. 4. Reg. 20. ex eo quod non cecinit canticū domino, cū liberauit eum de manibus inimicorū, Isa. 38. Sed heu nunc cū infirmi aliquando de sacramētis percipiendis exhortātur, praesertim de sacra vnctione, dicit: Non possum habere vnctionē, quia tūc habebō tentationē. Id quod est haereticū sentire, cū dicat Iac. 5. Infirmatur quis ex vobis? inducat presbyteros Ecclesiae, & orent super eum, vngentes eū oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmū, & alienabit eum dominus: & si in peccatis sit, dimittentur ei. Vnde S. Thom. super 4. Sent. dist. 23. q. 1. artic. 2. Quadruplex est effectus vnctionis. Primus & principalis est sanatio spiritalis contra debilitatem, quae in nobis relinquitur ex peccato: contra quam homo roboratur per hoc sacramētū: quia ibi confertur gratia ex qua homo roboratur. Secundus est sanitas corporis. Hanc tamen non inducit nisi secundū quod expedit & ordinationem habet ad finem principalem, s. spirituales sanationem. Tertius effectus est ad deuotionem exequendam, & quartus ad feliciorē transitum in caelum. Vnde sicut vita Christi debet esse exemplar nostrae vitae, ita mors nostrae mortis. August. Omnis Christi actio, nostra est instructio. Christus enim quinque fecit in cruce moriendo. Primō orauit illum Psal. Deus Deus meus respice in me, vsque ad illum. In te domine spe. & vsq; ad illum versum. In manus tuas domine cōmendo spiritū meum. Sic & nos, si non ore, tamen corde, vt dicit Isido. de summo bono, Melius est orare corde sine sono vocis, quā ore sine intuitu mentis. Secundō clamauit sic quod terra tremuit, petrae scissae sunt: sic & nos corde, id est, desiderio. Greg. Anima verba desideria ad deum clamantia. Et hoc est quod dominus ad Moysen ait. Exo. 14. Quid clamas ad me? dicendo cū Aposto Philip. 1. Cupio dissolui & esse cū Christo. Tertio Christus in cruce lachrymis plorauit, & sic nos flere debemus pro peccatis. August. Qui lachrymis miserum se confiteatur, illi Deus miseretur. Primō enim lachryma mundant, Isido. Poenitentis lachrymae apud deum reputantur pro baptisate. Aug. Lachrymae sunt testes doloris & poenitentiae. Secundō



DOMINICAE IIII. ADVENTVS

impetrant. Chrysof. Nemo ad deum flens accessit, qui non impetrauit quod postulauit. Terriò angelos lætificant. Bern. Super Cantica: Lachryma penitentium angelos lætificant. Quarto homines saluant Ambrosius in Hexame. O domine da mihi lachrymas Petri, & non lætitiã peccatorum. Nam lachryma regè Manassè ad regnum restituit 2. Para. 26. Ni uitas à subuersione liberauit, Ionã 3. Ezechia ser quinos annos adiecit, 4. Reg. 20. Si Cain & Iudas virtutè lachrymarum se uissent, desperare non debuissent. Bern. Neque mundus diluuiã periisset, si ad lachrymas cõfugisset. Quarto Christus in cruce pro inimicis orauit Luc. 23. sic & nos pro inimicis nostris & in nos delinquentibus. Luc. 6. Dimittite & dimittetur uobis. Et iterum: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt, Matt. 6. Si autem non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Aug. Vnusquisque talem indulgentiam accipiet à deo qualem faciet proximo. Matt. 7. Eadem mensura qua mensi fueritis, &c. Ambro. Indignum est illi deum esse proprium, qui crudelis est in proximum. Quintò Christus testamētum condidit, quia matrem discipulo commendauit, uerimenta crucifixoribus, & nobis suum corpus. Et sic nos. Vnde Aug. de comuni uita clericorum, sermone 2. & habetur 13. q. 2. si quis. Si quis habet unum filium, putet Christum alterum. Si duos habet, putet Christum tertium: si decem, undecimum Christum faciat. Sextò in cruce spiritum tradidit, & sic nos ideo crucis signum iugiter in visu & memoria habere debemus meditando Christum crucifixum pro nobis peccatoribus: quia dicit Euseb. Nulla est salus corporis & animæ, nisi in felicissima Christi passione. Ideo Bernar. Deficiente mihi sanitate & iustitia, succurrit mihi passio tua.

¶ Quas coniecturas Iudei fecerunt, opinati sint Ioannem Baptistam Christum esse. Et quomodo preparare se debeat homo ad migrandum ab hac uita, per iugem mortis memoriam.

ENARRATIO II.

¶ **C**ivis ego non sum dignus ut soluam eius corrigiã calciamenti Ioan. 8. ¶ In summa euangelij duo inuenerunt. Primò Ioannis cõseruatio in testimonij ueritate, ibi: Confessus est & non negauit. Secundò nuntiorum turbatio ex opprobrij humilitate, ibi: Quid ergo baptizat? De quo dicit, In illo tempore. Magister Scholast. hist. dicit qd fuit ante baptismũ Christi: uel in tempore in quo

ENARRATIO II.

7

quo finita sunt figura Mosaicæ legis, & ueritas nouæ legis incepit, sc. quãdo Ioannes Baptista duce spiritu sancto uenit de eremo in Bethaniam Galilææ circa Iordanem, prædicans nouam & inauditam doctrinam, sc. Agite penitentiam, appropinquabit uobis regnũ cœlorũ. De quo Mat. 3. & Luc. 16. Lex & propheta usque ad Ioannem, ex eo regnum, Dei euangelizatur, & omnis in illud uim facit. In illo tempore sc. cum baptizauit multos in Iordane preparans domino plebem perfectam ad recipiendum baptismum Christi in plenitudine gratiarũ. In illo tempore, sc. cum omnia genera peccatorum uenerunt ex omnibus gētibus & regionibus circumiacentibus ad Ioannem interrogantes eum: Quid ergo faciemus ut saluemur? Luc. . . Et cum multitudo uenerat, ne Israelitæ qui erant in capitali ciuitate in Iudæa, à turba despicerentur, miserant Iudæi à Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad Ioan. em. Thomas super Ioannem: Tempore predicationis Ioannis fuit opinio famosa in Hierusalem, ubi uigebat legis studium & prophetarum, quòd tempus aduentus Messie aut esset propinquũ, aut iam transactũ. Quod habebat ex scripturis prophetis, & maxime Dan. 12. Vbi legitur: septuaginta hebdomadæ sunt abbreviatæ super populum tuũ & super urbem tuã sanctam, ut cõsumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, ut deleatur iniquitas, & adducatur iustitia. Quod nõ potest intelligi de hebdomadis dierũ, quia septu. hebdomadæ nõ faciunt cõpletè unum annum cum dimidio: sed oportet intelligi de hebdomadis annorum, ut scilicet .7. anni faciãt unam hebdomadam, & erunt quadringenta & nonaginta, ut pater multiplicando septuaginta per septem. Et tales abbreviatæ, id est, registratæ sunt in diuina prouidẽtia super populum tuum, scilicet Iudicũ, ut cõsumeretur præuaricatio, & deleatur iniquitas, sc. per passionem Christi, ut impleatur propheta, & ungetur sanctus sanctorum i. Christus secundum humanitatem unctus oleo gratiæ id est, donis spiritu sancti. Et ibidem: Et deficiet hostia & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, &c. q. d. Cum uenerit sanctus sanctorum, cessabit uictio uestra, Similiter moti sunt per illud Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. Vbi Chaldaica translatio habet, Donec ueniet Messias. Modò tempore Ioannis non habuerunt regè proprium: nam usque ad transmigrationem Babylonis habuerunt reges de tribu Iuda, & postea duces (sicut Zorobabel & alios, ut etiam narrat B. August. 18. ciuita. Dei) usque ad Herodem, quo regnare cœtus est Christus. Et hic primus fuit alie

alienigena, quem inregē susceperunt, & sic expectabāt Messiam in proximo venturum. Etiam ipsi sub id tempus valde timuerunt, eò quòd propheta acriter minati essent illis qui Messiam non susceperunt. Vnde Dani. 9. Post hebdomadas 72. occiderit Christus: & non erit populus eius, qui eum negaturus est. Et Deute. 18. Moses minado dixit: Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus Deus tuus, ipsum audies. Et iterum, Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorū similē tui, & ponā verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia quā praeceperō illi. Qui autē verba eius quā loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existā. Similiter Ioannes seuerē admodū arguebat Iudaeos, Luc. 3. Genimina viperarū, quis ostēdit vobis fugere à vētura ira? Et viderunt Ioannis Bapt. mirabilē naturā & progenici nobilitatē, quia parētēs eius erant de tribu Aaron sacerdotali: & etiā attenderunt eius excelētē sanctitatem: hinc moti sunt ad opinandū eum esse Christū. Et super hoc volentes scire veritatem, miserunt honestos nuntios, *f. sacerdotes & leuitas*. Et hoc fecerunt Iudaei. Chryso. quòd tam nobiles nuntios miserunt, hoc fraudulenter fecerunt, quia per hoc volebāt eum allicere, vt fatererur se esse Christum: quia displicebat eis quòd Christū sibi ipsi praeferēbat, quia Iudaei exteriora duntaxat videbant in Ioanne, ex quo pater eius erat sacerdos, & durē educatus, & humanorum quodammodo actūm atque morū despector: in Christo verò videbant contrariū, scilicet genus humile. Matth. 13. Nōne hic est fabri filius? & vitam Christi videbant communem. Matth. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitur: Ecce homo vorax, pator vini, publicanorū & peccatorum amicus. Ideo dixit eis, Ioan 7. Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicare. Nam habetur extra de scrutinio in ordine faciendo, c. ex parte. Quilibet illum quem indignum esse non nouit, dignum aestimare debet. Et de præs. c. dudum. De quolibet bonum præs. sumitur, quia quilibet prima faciē præs. sumitur idoneus, nisi aliud in contrarium ostēdatur. Modo ipsi nil mali inuenerunt in Christo, & tamen iudicauerunt errantes Ioannem nobiliorem. Et sic aliqui nonnūquā sinistro atq; temerario iudicio vnū cōfundunt, alium laudant: cum tamen proprio iudicio de seipso nullus certus sit. Ideo primae Corint. 4. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Et Gregor. in 4. Moral. ca. 41. Qui semetipsum prius non iudicat, quid in alio rectum iudicet.

ignorat

ignorat. Et si nouit fortasse per auditum, quòd rectē iudicare debeat, rectē tamen iudicare aliena merita non valet, cui cōscientia innocentiae propriae nullam iudicij regulam praebet. Chryl. Alterius mētem iudicare summa est difficultas prout etiam habetur in cano. 11. q. 3. graue. & sunt verba Greg. Graue satis est & indecens, vt in re dubia certa detur sententia, vt fecerunt Iudaei iudicantes Christū minorem Ioāne. Quod nos vitare debemus, vt docet Aug. super Ioan. Si suspensiones vitare non possumus, quia homines sumus, iudicia tamen siue definitiua sententias continere debemus, nos ipsos interrogando, quia dicitur Eccle. 21. Intellige quā sunt proximi tui ex teipso. Math. 7. & d. 1. humanum genus. Omnia quaecūque vultis vt faciat vobis homines: & vos eadem facite illis. Bern. A te tua consideratio incipiat ne frustra extendaris ad alia: nam homo qui seipsum ignorat, habet se sicut illē qui si nemo fundameno aedificat Ber. Quid prodest si prudens fueris, & tibi non fueris? quid prodest si omnia noueris, & teipsum nescieris? Non ergo sapiens est, qui sibi ipsi sapiens non est. Et posito casu, quòd scires te meliorem proximo tuo propter manifestos defectus qui essent in eo & non in te: tamen nescis qualis tu vel ipse cras futurus sit: quia dicit Bern. ad Eugenium papam: Noli nimis credere affectui tuo. Nil bonum tam fixum est animo, quod negligentia & tempore non aboleat. Nā vtrūq; fieri potest, *f. de deteriori melior, & de meliori deterior*. ideo dicit Aug. in 10. Confes. Nemo securus est in hac vita, quē tota tēratio dimittat. Quapropter dicit Apo. 1. Corint. 9. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Sil. Rom. 1. Noli altum sapere, *f. de teipso*: sed time. Sic fecit Ioan. de quo subditur: *confessus est, & non negauit. confessus est: Nō sum ego Christus*. Vnde de tribus requisitis quā maxima gloriae apud elatos reputantur, tantò magis se humilians, quanto maioris eū aestimabant, non respondebat intentioni eorum: Vnde superbi gloriātur de tribus, *f. dignitate, sanctitate, & sapientiae claritate*: & illa tria fuerunt attributa Ioanni: sed tamē de nullo gloriabatur, nec aliquid illorum trium acceptauit. Primò fuit illi oblata magna dignitas, videlicet *an esset Christus*. Et respōdit: *Non sum*. Secundò magna sanctitas cum interrogauerunt, *Quid ergo? Elises tu* Nam de sanctitate Eliā habetur 3. Reg. 17. quòd orauit vt non plueret tribus annis & sex mensibus, & ita factum est. Respondet: *Non sum*, quasi diceret, Nolite mihi tantam sanctitatem attribuerē. Dicit S. Thomas: Quidam haeretici dicebant vnam animā transire de vno corpore ad aliud:

ParsHyem.

k

fic animam Eliæ æstimabant intrasse in corpus Ioannis: sed ita nõ est. Sed obiecit aliquis: Dicitur Mat. 11. Si vultis recipere, ipse est Elias qui vêturus est. Respondet S. Thom. super Ioã. quod hoc est verum primò, quantum ad officiũ: nam sicut officiũ Eliæ est quòd præcedat aduentum secundum Christi, s. ad iudiciũ (vt habetur Malach. vlt. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, &c.) ita Ioannis officiũ erat præire primũ aduentum Christi. Luc. 1. ipse præibit ante illum in spiritu & virtute Eliæ. secundò quantum ad viuendi modum, quia sicut Elias austerè vixit in deserto (vt habetur 4. Reg. 1. quòd fuit vir pilosus, & zona pellicea circa renes eius accinctus) sic & Ioannes austerè vixit in deserto. Tertio quo ad vilitatis zelũ, quia de Elia habetur 3. Reg. 19. Zelo zelatus sum pro domino Deo exercituum: & sicut Ioannes reprehendit Herodẽ pro peccato, Luc. 7. sic Elias arguit regẽ Achab, vt habetur 4. Reg. 17. Sed non fuit Elias quo ad personam. Tertio Ioanni fuit attributa sapientia claritas, cum interrogarent eum: *Quid ergo? Propheta es tu?* Respondit: *Non sum scilicet, ille quẽ vos putatis, de quo Moses, dixit Deute. 18. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis ficut me suscitabit tibi dominus Deus tuus, ipsum audies. Dixerit ei: Quis es vt responsum demus his qui nos miserunt: quid dicis de teipso?* Respondit: *Ego vox clamantis in deserto.* Ecce humilitas Ioan. attenditur in quatuor. Primò humiliavit se in suo esse, secundò in origine, tertio in habitatione, quartò in doctrinã prædicatione. Primò humiliavit se in suo esse, cum dixit: *Ego vox, & non: Ego sum homo. q. d. vox transit, & verbum permanet: sic quicquid æternitatis in me, nihil est respectu eius de quo quæritis, ille proficiet, ego deficiam.* Ioan. 3. Illum oportet crescere, me autem minui. Secundo quò ad originem, cum inquit *Clamantis. q. d. vox non est sui ipsius sed alterius, scilicet clamantis: qui secundum beneplacitũ potest formare vocem: sic & ego non sum à meipso, sed ab eo qui me misit.* Tertio seipsum vilipendit quo ad habitationem, ibi: *In deserto. q. d. Si vellem habere honorem, tunc quærerẽ habitationem in ciuitatibus vel pagis: sed ego habito in deserto, honorem fugiens.* Quartò in doctrinã prædicatione, quam non sibi, & suo sensui adscripsit, sed Isa. proph. dicens, *Dirigite viam domini sicut dicit Isa. proph.* Ecce allegauit illum qui fuit minor eo sanctitate & sapientia. Nam si ille fuit propheta, iste plus: si ille fuit sanctus, iste sanctior. Mat. 11. Inter paucos mulierũ non surrexit maior Ioã. Bap. & dixit: *Dirigite*

*gite viam domini.* Vnde quia & hæc est quarta dominica aduentus in qua agit de aduentu ad mortem: ideo & nos ad hunc præparare debemus. Seneca: Venientem mortem nemo hilaris accipit, nisi qui se ad illam preparauit. Eccl. 14. Ante obitũ tuum operare iustitiam: quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Ideo Seneca: Ante senectutem cogitavi, vt bene viuerem, vñ in senectute bene moreror, quia dicitur Apoc. 14. Opera enim illorum sequuntur illos. ¶ Ideo nota, quomodo nos ad mortem præparare debeamus. Primò per iugẽ mortis meditationem, quia dicit Hiero. Summa philosophia est meditatio mortis assidua, quia talis meditatio retrahit à malo hominem, & perducit ad bonum. Primò retrahit hominem à malo. Eccl. 7. Memorare nouissima, & in æternũ nõ peccabis. Vnde Aug. in lib. Exhortat. Nihil adeo reuocat hominẽ à peccato quàm frequens mortis meditatio. Primò reuocat hominem à superbia. Eccl. 10. Quid superbis terra & cinis? Nã pauo visis pennis superbit, & totam caudam extēdit: sed visis pedibus glaucis deponit rotam pennarum: sic homo viso suo sine se humiliat. Ideo Aug. de verb. domini: Agnoscat se homo mortale, & frangat elationem. Greg. Despecti iacebunt in putredine, qui hinc tumescebant in vanitate. Quapropter dicit Ioan. patriarcha Hiero solymitanus: Consuetudo erat imperatorum: quando electi erant, tunc primo die coronationis veniebat latomus ferens tres vel quatuor petras marmoreas, sin terrogans de quo genere marmorũ vellẽt sibi fieri monumentum. Greg. Vnde hominis fastus & superbia, cuius conceptus culpa, nasci miseria, viuere pœna, mori angustia est. ¶ Secundo præpara te per memoriã mortis, quia memoria mortis retrahit hominẽ ab auaritia. Hiero. Omnia facillẽ contemnit, qui se moriturũ nouerit. Quid enim prodest habere decẽ tunicas & mille florenos, cum omnia relinquant? Iob 27. Diues cum dormierit, nihil secũ aufert. Et 1. Tim. 6. Nihil enim inuulimus in hunc mundũ, haud dubiũ, quia nec auferre quid possumus. 1. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Bernard. Mundus inexorabilem constituit sibi ianitorẽ, qui nil sinit deportare. Vnde Ambro. Nõ sunt hominis bona, quæ secum ferre non potest: sed sola elemosyna, quæ est comes defunctorum. Tertio memoria mortis trahit hominẽ à carnis deliciis, quia homo erit cibus vermium: quare ergo ita delicatè nutrit corpus quòd in breui erit vermium cibus? Iob 17. Putredini dixi, Pater meus es: mater mea & soror mea vermibus. Eccl. 10. Cũ esim morietur homo,

hereditabit serpentes, bestias & vermes. Faciat ergo homo rationalis, quod facit bestia brutalis, vt, s. cauda, i. mortis memoria. expellat muscas, i. cogitationes immundas. Grego. Quid sit carnis substantia testantur sepulchra, nam nihil ita valet ad domandum carnis desideria, quam hoc quod quis diligit, vt quale sit dum mortuum fuerit censeat. Item mortis memoria non solum à malo retrahit, sed etiam ad bonum promouet. Greg. Valde se exercitat in bono opere, qui semper cogitat de extremo fine. Nam primò inducit eleemosynarum largitatem, vt patet in Alexandro Magno, qui vt cognouit, quòd moriturus esset, diuisit regnum in partes pueris suis. Sic memoria mortis facit condere testamentum & eleemosynam dare, cum cognoscit homo secum hæc assumere non posse. Vnde Petr. Rapennas: Si hic mansurus es, hic repone: si illuc iturus, ibi colloca. Et melius est dare in vita, quam post mortem. Sicut enim vna candela plus lucet ante faciem quam res post tergum: sic eleemosyna in vita facta melior est, quam post mortem. Ratione dat S. Thom. quia in vita habet ratione merendi & liberandi: post mortem verò solum liberandi, eo qd post mortem non restat meritum. Idcirco consultum est, vt homo in vita ordinet & condat testamentum, vt dixit Lucia matri. Ad hoc hominem condatur meditatio mortis. Secundò mortis memoria inducit ad bonum, quia ad poenitentiae operositatem, vt patet de Ezech. regē 4. Reg. 20. Cū audiuit, quòd deberet mori, dicente Isa. Præcipe domui tuæ, morteris enim & non viues, inceptit flere. Similiter Rex Nipurus audita cōminatione Ionæ indutus est sacco & sedit in cinere. Ionæ 3. Et sic homo quanto meditatur mortem viciniorem, tanto ad poenitentiam & ad alia opera bona se exhibet sollicitiorem. Stultus est viator, si non festinat, quando videt nocte appropinquare & pontem eleuari, & adhuc longè est à ciuitate vel hospitio, quia dicit Greg. Stultum est in tali statu viuere, in quo quis non audet mori. Idcirco si homo ritè de morte meditaretur, vtique relinqueret malum, & faceret bonum.

¶ *Dominica infra octauas Natiuitatis.*

¶ *Qua ratione Christus dicitur positus in ruinam & resurrectionem multorum. &c. Et de conditionibus statum matrimonialem ac virgulem honestantibus.*

## ENARRATIO I.

**E**cce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel. Luc. 1. cap. & legitur in presentis dominicæ euangelio. In summa euangelij tria innuntur. Primò stupendū prodigium

gium insolite visionis. Secundò futurorum præfagium acerbæ passionis. Tertio virtuosum testimonium propheticæ expressio. Primum ibi: *Erant pater & mater.* Secundu ibi: *Et benedixit illi Simeon;* Tertium ibi: *Erant Anna prophetissa* De primo dicit: *In illo tempore,* s. cum Christus præsentatus erat in templum, & Simeon recipit eum in vlnas suas: tunc *vident pater & mater mirantes;* pater, s. putatiuus. Luc. 3. Putabatur filius Ioseph quia nutritus: & mater, s. virgo Maria, s. vera & sola mater. Id. 9. Etymol. Mater dicitur quasi materiam admittens, & sic de eius purissimo sanguine formatum est corpus pueri, virtute spiritus sancti. Et hoc est contra Valentinum hæreticum, Manichæum & Nestorium, & plures alios hæreticos, vbi vnus eorum dixit eum assumpsisse corpus alienum, alter corpus caeleste, seu de cælo apportasse, qui omnes falsè locuti sunt, quia Gala. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere. Propter quòd Maria vera mater eius erat quæ materiam administravit. Subdit: *Et erant pater eius & mater mirantes;* Sed dices: Quomodo mirabatur: cū dicat philo. 4. Metapho 2. Posteriorum. Mirari est causam rei ignorare? Sed ipsi bene sciebant eum esse Deum, & ea quæ facta fuerant, sciebant diuina virtute esse facta: quomodo tunc mirabantur? Respondo: qd non mirabantur tanquā ignorantes eum esse Deum: sed mirabantur, quòd tā cito aliis innotuerat, quod se solos scire putabant, vt pastoribus, regibus, & Simeoni. Et hoc vult Orig. in Homi. dicens: Congregemus in vnum ea quæ in ortu Iesu dicta & facta sunt: & sciemus singula digna admiratione. Mirabatur ergo de his quæ audiebat ab Elizabeth, dicente: Vnde mihi hoc vt mater dñi mei veniat ad me? Et quod puer Ioans clausus in vtero exultabat in aduentu Saluatoris. Ideo dicit: *Erant mirantes de his quæ dicebantur de illo,* s. de exultatione angelorum nato domino, de aduentu pastorū tā subito ad præsepium & Magorum reuerentia. In hoc diuinam potentiam & pietatem ambo laudantes Deum, admirabilem in operibus suis glorificabant. Dicit namque S. Thom. par. 1. q. 105. ar. 7. & in quart. serm. d. 17. ar. 1. q. 1. Ad miraculum tria requiruntur. Primò, quòd excedat facultatem naturæ. Secundò, quòd sit rarū: quia quòd est vsitatum, nullus miratur, vt solem oriri & segetum multiplicaciones fieri ex paucis granis, quia hoc est generale: sed multiplicatio panū fuit miraculū. Ioan. 6. quia rarū. Tertio, qd habeat causam omnibus occultā. Atqui ista omnia fuerūt hic. Primò cōceptus & partus virginis: quia contra naturā fuit qd virgo cōcepit & peperit. Deū & hominē, De quo Bernar. in

ser. Opus mirabile opus singulare inter omnia & super omnia opera quòd Deus & homo in vna conuenerit personam. Secundò requiritur ad miraculū, quòd sit opus farum. Et sic dicit Bern. in serm. de vigilia natiuitatis Christi, A seculo nō est auditum quòd sublimitas & vilitas conuenerit in vnum. Nihil Deo sublimius, & tame Deus descendit in imū. Ideo ad mirans Isaias c. vlt. dicit: Quis vnquam audiuit tale? & quis vidit huic simile? Bern. Quod virgo fuit sine grauiamine grauida, peperit sine dolore, sol natus de stella, pater de filia, creator de creatura. Tertio requiritur ad miraculū, q̄ habeat causam omnibus occultā: & sic Ambr. cōtra hereticos dicit: Humanū excedit sensum, & intelligentiā nō capit ratio, sed fidelis professio: scrutari non licet superna mysteria, sed scire. Et sic erāt admirātes de prodigio insolitæ cognitionis. Dixi se eūdō subiūgitur futurorū prælagiū acerbè, s. passionis, ibi: *benedixit illis, &c. Simeon, s. puero Mariæ & Ioseph, quā venit in spiritu in templum, cū inducerent puerum Iesum, &c.* Sed obiecerit aliquis: Aposto. dicit quòd minor à maiori benedicitur, & nō eōuerso. Quomodo ergo Simeō benedixit Christum & Mariam maiores se? Respondetur: Non est in conueniens aliquā personā minorē esse merito, & maiorē officio. Et sic maior officio, licet sit minor merito, potest dare benedictionem maiori merito. Et licet Maria virgo fuit maior Simeone merito, fuit tamen minor officio: & benedicere est officij sacerdotalis. Nam vt habetur in cano. i. q. i. dictum est, Sacerdotes nomen domini inuocant, dominus autē benedictionem præstat. Tanta est enim dignitas sacerdotalis officij vel ordinis, vt quamuis aliquis sit boni meriti, non tamen possit benedicere nisi fuerit ordinatus, vt officium ministerij exhibeat: Dei autem, est, effectum tribuere benedictionis. Idcirco benedictio sacerdotis est ex officio, & si non ex merito. Nam dictum est à domino in Numeris Vos ponite, id est, inuocate, nomen meum super Israel. Ego dominus benedicā eos, vt gratiā traditam per ministeriū ordinati transfundāt hominib⁹. Nec volūtas sacerdotis obesse aut prodesse possit, sed meriū benedictionē poseeris. sed dices, Quid tūc de Christo, qui erat sacerdos secundū ordinē Melchisedech? quomodo ergo benedixit ei Simeō? Respondetur, Duplex est benedictio, vna gratiæ donationis, alia laudis & gratiarū actionis. Prima & principaliter solus Deus benedicit, quia ipse dat & operatur gratiā in homine, sed sacerdos ministerialiter. Secūda igitur benedictione, s. laudis & gratiarū actionis benedi-

xit Christos: ad significandū, q̄ adimpleta essent & adimpleri deberet in eo benedictiones omnium gentiū. Ex hoc autem q̄ Maria licet maior merito, & recepit benedictionē à Simeone, elicitur q̄ benedictio sacerdotū non est cōtempnēda. De qua Greg. r. q. r. c. multi. inquit, Multi seculariū hominū cum plus sacerdotū vitā quā suā discutiūt, magnū contemptum diuinorū sacramentorum crimen incurrūt. Magna enim trabē vulneratos habentes oculos cānq; negligētes, festuca reuē in aliorū conspiciūt oculis: quā dū incaute festināt euellere, erroris in foueam dilabuntur. Vnde fit, vt nō solum dicta ab eis respuāt, sed quod deterius est, diuinę etiā mysteria contemnant: vt nec corporis communionē aut sanguinis eorum ministerio confectam assumant: putantes hanc minus esse sanctificatam si illorū fiat officio, quorum vita eorū oculis videtur ignobilis. Heu quā in magnū laqueū incidunt, vt diuina & occultata mysteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credant: eū vnus idēque spiritus sanctus in Ecclesia diffusus per totum orbem terrarum incomprehensibiliter ea mysteria occulte arque inuisibiliter operetur, & operando sanctificet, & benedicendo benedicat. Ex quo patet, quòd sacramenta à malis sacerdotibus tradita non sunt contemnenda, quando tolerantur ab Ecclesia; Rationē subdit. Quid siue per bonos siue per malos ministros, intra Ecclesiam dispēsetur: sacramentum tamen est: quia spiritus sanctus mysticē illud viuificat, nec bonorum operibus, nec bonorum meritis dispensatorū ampliatur, nec malorum attenuatur: quia nec qui placit est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat, Deus. Et in ca. significasti, dicit Fabianus Papa: O miserōs homines; qui hos intuenso Christum obliuiscuntur: qui & multo antē prædixit, vt legi Dei potius obtemperetur; quā mittendū videantur illi, qui ea quæ dicunt non faciunt. Et in cap. non quales, dicit Nicol. Papa: Non quales sacerdotes domini sint; sed quid de domino loquantur est vobis magnopere præuidendū. Nec in vicariis Petri est vobis attendendū quid sint, sed quid pro correctione Ecclesiarū, quid pro nostra salute fatagant. Et in ca. dominus, dicit Augustin. Memento sacramentis Dei nihil obesse mores maiorum hominum, quō illa vel nō sint, vel minus facta sint. Et ca. sequenti idē dicit: Nos dicimus tale eūque sacrificiū fieri, qualis accedit vt offerat, qualis accedit vt sumat. Itaq; si offerat Deo malus, & accipiat inde bonus, tale cuiq; est qualis quisq; fuerit, quia omnia munda mūdis. Et ibidē in e. neq; parat. sū vitā, dicit Aug.

Cum vita sacerdotum Eucharistia necessaria esse dicitur, non consecrationi sed effectui intelligendum est. Non enim effectum salutis, confert ei, quem merita faciunt indignum. Ex quo patet, quod effectus sacramenti quo ad participantes & fumentes illud de manu iniqui sacerdotis & mali non dependet ex merito illius. Quod est contra eos, qui iudicant sacerdotum vitam & spernunt eorum officium praecipuum, non attendentes Christi doctrinam. Matth. 23. Omnia quaecumque dixerint vobis seruate, & facite. Cui consonat Nicolaus Papa, & habetur in canone 1. q. 1. Non quales sacerdotes, sed quid de domino dicant attendendum est. Et praesertim in officio missae non excessus, sed officium eius attendendum est. Quia habetur de conse. di. 2. panis. Sacerdos non conficit verbis suis sed Saluatoris. Nam inquit Ambr. Vbi autem sacramentum conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos, sed vitur sermonibus Christi. Et sic maior est in officio, licet tu vel alia quaeuis persona maior sis merito. Nam sacramenta in se non sunt deteriora ratione malae vitae eius. De quo Aug. Memoro sacramentis nihil deesse ob mores malorum hominum. Idcirco est respiciendum ad eorum officium, & non ad meritum. De quo Greg. ad Mauriciu Imperatoris, & habetur in c. 11. q. 1. sacerdotibus. Sacerdotibus debetur honor ratione eius, cuius sunt serui. Inquit enim: Sacerdotibus autem non ex terrena potestate dominus noster citius indignetur: sed excellenti consideratione propter eum cuius serui sunt, eis ita dominetur, ut etiam debitam reuerentiam impendat. Nam aliquando in diuinis eloquiis dii, aliquando angeli vocantur. Moses dicit, Exod. 22, Diis non detrahes: ut nunc saepe aliqui dicunt & faciunt ex odio. Habetur enim in ca. 6. q. 1. Sunt plurimi, vbi dicit Greg. Peius malum non aestimo, quam Christianos suis inuidere sacerdotibus. Et in ca. sacerdotis. dicit Theophorus Papa: Sacerdotes qui proprio ore corpus domini conficiunt, ab omnibus sunt obediendi & timendi, non lacerandi aut detrahendi: quia à quibus se domini populus benedici, saluari & instrui cupit, nullatenus arguere debet, nec vulgus in eorum accusatio nem suscipi. Populus enim ab eis docendus est & corripiedus, non ipsi ab eo, quia discipulus non est super magistrum. Quia ut habetur 9. dist. sacerdotes. Sacerdotes sunt lumen populi. ¶ Tunc subdit in textu, *Et dixit ad Mariam matrem eius non Ioseph, cum non haberet partem in puero, quia solum fuit nutritus eius, & pater putatiuis: sed Mariam, quae est vera & sola mater.* Et quia praecognouit ipsum Ioseph moriturum ante Christi

Christi passionem; ideo solam matrem in hac prophetia allocuitur, quae erat cōsocio sua passionis, dicens, *Et c. postius est hic in 7. n. m. in resurrectione multorum in Is. ael. R. eura multorum.* Primò positus est in resurrectione humiliu, & ruinam superborum. De quo dicit Maria mater eius in Cati. Luc. 1. Deposuit potes de sede, &c. Na ipse est humiliu erecto & superboru prostrator. Eccles. 10. Sedes ducū superboru destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Ipse enim superbos Iudaeos humiliavit, & Gentiles humiles exaltauit. Vnde Rom. 1. Cæcitas corripit ex parte in Israël, donec plenitudo Gentiu iniret. Secundo positus est in ruinam, non credentiu & in resurrectione pè fidelium, quasi dicat, multi erunt in Israël qui non credent in ipsum, ipse erit eis per occasionem in ruinam. Vbi Orig. Inibi non dicit originem causationis, sed cōsecutionis: non quod Christus sit causa ruinam aliquoru, sed bene est causa quod aliqui resurgunt. Chrys. Sicut sol oculos debiles laedit, sanos delectat, sic bona dispositio est causa delectationis, laesionis vero dispositio mala. De bona dispositione, quae est à Christo, habetur Ioan. 11. Ego sum resurrectio & vita: De mala dispositione, quae habet homines à seipsis habetur Ioan. 3. Qui male agit, odit lucem. Et sic propria malitia est ipsis causa ruinam: sicut lapis iacens in via non est causa laesionis, sed improuidentia transeuntis: iniqua nequaquam lapidem tegeret, si esset prouidus. Na sex sunt quae praestant occasionem ruinam, & sex genera hominum sunt qui grauius peccant & cadunt. De quare in parte aetiuale dominice nonae, in sermone epistolari, quae incipit: Qui se existimat stare. Tertiò positus est in ruinam vitiorum & in resurrectionem virtutum: quia per vitam suam sanctam & virtuosam destruxit regnum peccati, & plantauit regnum virtutum. Ruit enim superbia in eius humilitate, ruit auaritia in eius paupertate, ruit luxuria in eius castitate, ruit inuidia in eius benignitate, gula in temperantia & sobrietate, ira in patientia & mititate, acedia in eius vigilantia & laborum assiduitate: quia inrauit ciuitates & castella, extirpans vitia & plantans virtutes. Et hinc est quod à plerisque & maxime à peccatoribus, multas sustinuit contradictiones. Hebr. 12. Reuogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, secundum quod propheteratū fuit à Simeone, ut sequitur in litera: *Et in signum cui contra dicitur.* ¶ Vbi sciendum, quod primò positus est nobis in signum puritatis in conceptione. De quo Isaiæ 7. Dabit dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet & pariet illum, &c. Vnde sicut corporaliter non est con-

ceptus nisi in virginali ventre: sic nec spiritualiter concipitur nisi in casta mente. Et sicut virginitas Mariæ non fuisset si-  
gnum frugiferum nobis & saluiferum sine fructu prolis: ita nec castitas sine fructu boni operis. Ideo qui vult spiritua-  
liter Christum suscipere, debet esse purus corde. Mat. 5. Beati  
mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Vel etiã qui vult  
eum suscipere sacramentaliter, debet esse mundus. Num. 8.  
Qui mundus est in domo tua, velletur eis; Dixit enim Abi-  
melech sacerdos ad David 1. Reg. 21. cum petiuit panem ab eo:  
Nō habeo laicos panes ad manducandū, sed tantū panem sanctū.  
Si mūdi sunt pueri, maximē à mulieribus, manducet. Vbi di-  
cit Hiero. & habetur in ca. 33. q. 4. sciatis: Si panes propositio-  
nis ab his qui vxores suas terigerant, comedi non poterant:  
quantō magis panis ille, qui de cælo descendit, nō potest ab  
his qui paulō antē cōiugalibus hærese complexibus, violari  
atque cōtingi? Et ergo tempore quo sacramentaliter Christū  
suscipere debemus, puri esse debemus à carnalibus desideriis  
vt habetur ex Concilio Elibertano, de conse. dist. 2. Omnis  
homo ante sacram communionem abstinere debet à propria  
vxore tribus, quatuor, aut quinque, aut sex, aut septem die-  
bus. Dicit Gloss. quantū in se est, q. non exigit. Et dicit ibi  
Bern. in Glo. quōd exactus etiam pro quolibet tempore red-  
dere debet si petitur, vt habetur 33. q. 5. si dicat. Et rationem  
puritatis assignat Ambro. dicens: Qui pollutus accedit, non  
solum corpus Christi lacerat: sed totam trinitatem cōpositi  
Christi adiunctam inhonorat. Sed huic puritati contradiētis  
luxuriosi. Eccles. 21. Audiuit luxuriosus, & displicebat illi ge-  
neris signum immunditatis. Ezech. 16. Ad omne caput vitæ ædi-  
ficasti tibi signum prostitutionis tuæ, propter quod tales nō  
sunt admittendi. Mat. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque  
mittatis margaritas vestras ante porcōs. Chryl. Porci sunt  
qui cognosce libidini deseruiunt. Vnde dicit S. Tho. Mens vt  
Deo applicetur, necesse est, vt purificetur. Secūdo positus est  
in signum humilitatis in incarnatione. De quo ad Philip. 2.  
Exinaniuit semetipsum formā serui accipiens. Nā dominus  
omniū factus est seruus & qui aperuit linguas prophetarū,  
factus infans. De hoc signo humilitatis dixit angelus pa-  
storibus, Luc. 2. Et hoc vobis signū inuenietis infantem pan-  
nis inuolutū, & positū in præsepio. Et non solū in incarnatio-  
ne & natiuitate, sed in omni cōuersione sua inuenitur hoc  
signū humilitatis. Mat. 11. Discite à me, quia mitis sum & hu-  
milis corde. Aug. Erubescat superbiere humana in similitudine  
sc 174

Se ita depressit diuina maiestas. Sed huic signo contradicunt  
superbi: propter quod nō sunt de curia eius, s. Christi regis.  
Psal. 100. Nō habitabit in medio domus meæ qui facit super-  
biam. Iudi. 9. Nec superbi ab initio placuerūt tibi, sed humi-  
lium & mansuetorū semper tibi placuit deprecatio. Vidi igitur  
signa humilitatis, quæ secū apportauit in natiuitate: Na-  
tus est enim puer & infans. Puer qui nondū alta cogitare suf-  
ficat cōtra superbiam alta de se cogitantū. Infans contra super-  
biam oris & locutionis, inuolutus panis & fascia circūligatus,  
cōtra superbiam in actu vel in incessu pedū. Tertiō positus est  
in signū paupertatis, quia in vita sua nō habuit vbi caput suū  
reclinaret. Matt. 8. Vulpes foueas habent & volucres cæli ni-  
dos, filius autē hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Vn-  
de natus est in stabulo & positus in præsepio. Ber. Vide quā  
pauper pro te factus est. Si rex, vbi aula? vbi thronus? vbi cu-  
ria? vbi regalis familia? Aula eius stabulū, thronus præsepium,  
familia bos & asinus. Et idem: O homo quid sollicitus es de  
regali ædificio, cum deus tuus iacet in præsepio? quid cogi-  
tas de pretioso vestimento, cum deus tuus indurus est vili  
panniculo? Quid laboras de elicientum collegio, cum Saluator  
tuus iacet cū boue & asino? Huic signo cōtradicunt auari, qui  
execrantur paupertatem, & quibus non sufficiunt vel infi-  
nita bona, Eccles. 5. Auarus non implebitur pecunia, & qui  
amat diuitias fructū non capiet ex eis. Tales nō sunt de fami-  
lia huius noui regis nati. Ad Eph. 5. Scitote intelligētes, quod  
omnis auarus (quod est idolorū seruitus) nō habet hereditatē  
in regno Christi & dei. Quartō positus est in signū credulita-  
tis, quo approbavit quod esset verē Messias. Isa. 35. Deus ipse  
ueniet, & saluabit nos. Tūc aperientur oculi cæcorū, & aures  
surdorū patebūt: tūc saliet claudus sicut cætuus, & aperta erit  
lingua mutorū. Hæc signa multi cognouerūt & crediderūt, vt  
Nicodemus qui dixit Ioā. 3. Rabbi, scimus quia à deo venisti  
magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis,  
nisi deus fuerit cū eo. Nā & signa & opera illius testabantur  
eius diuinitatē. Ioan. 10. Opera quæ ego facio in nomine pa-  
tris mei, testimoniū perhibent de me. Et si mihi nō vultis cre-  
dere, operibus credite. Sed perdidit Iudæi illis signis contradi-  
cebant, ascribentes ea dæmoniis. Luc. 11. In Beelzebub prin-  
cipe dæmoniorum eiecit dæmonia. Et eum propter signa per-  
secquebatur vique ad mortem. Ioan. 11. Quid facimus hic ho-  
mo multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes credent  
in eum. Propter quod sunt filij damnationis. Isa. 65. Væ qui  
con

contradidunt factori suo. Quāto postus est in signum claritatis, s. in cruce. Iob. 16. Confregit me & posuit sibi quasi in signum, circūdedit me lanceis suis, s. populus Iudeorū. Nam passio Christi in cruce fuit signum pacis & charitatis. de quo Ephe. 2. Ipse enim est pax nostra. Glos. Inter Iudæos, Gentes, & deum qui fecit vtraque. Glos. i. vtrūque populū, v. nū. Glos. in fide & moribus soluens inimicitias in carne sua. Glos. assumpta & immolata: legē mandatorum. Glos. quantum ad ea quæ mandauit, i. carnales obseruantias, non quantum ad veritatem quam præsignabant: euacuans decretis, Glo. præceptis euangelij, quæ ex ratione sunt: vt duos, prius scilicet, diuisos perlegens, condat in semetipso in fide, scilicet eius in vno nouo homine, se solo, scilicet, faciens pacem, destructis, scilicet inimicis, vt reconciliet ambos, positos, s. in vno corpore Ecclesiæ, s. Deo: per crucem interficiens inimicitias. nam per hoc reconciliauit Deo, quia pro peccato se obtulit, & per euangelium illuminauit. Ecce signū charitatis. Hoc signum figuratur Exo. 12. Erit autem sanguis vobis in signum, nec erit in vobis plaga disperdens. Et sic sanguis Christi effusus in cruce est signum charitatis & salutis nostræ. Rom. 5. Cōmendat autem charitatem suam Deus in nobis. Cū enim inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortē filij eius. Sed huic signo contradixerunt Iudæi. Matth. 15. Christus rex Israël descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Similiter Luc. 23. Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus dei electus. Et sic hodie quidam malitiosi habentes characteres diaboli, scilicet per inuidiam iram & odiū, contradicunt signo charitatis: sine quā tamen nullus saluatur, 1. Corin. 13. Si charitatem non habuero, nihil sum. Similiter huic signo charitatis Christi contradicunt ingrati, quia non meditantur passionem Christi gratanter. Ideo longe est à talibus salus, vt dicit Euseb. Nulla est salus corporis & animæ sine felicissima Christi passione. Dic igitur cū Apostolo ad Galat. 2. Christo cōfixus sum cruci, quia hoc est signum thau. Ezech. 9. protegens hominem, vt canit Ecclesia. Hoc contra signum nullum stat periculum. Sed de ingratis contradicentibus implebitur illud Psal. 64. Turbabitur qui habitant terminos, s. infidelitatis & ingrati tudinis à signis tuis, scilicet, passionis in iudicio. August. in sermone de passione, Apparebit tunc signum crucis, vt agnoscant & sciant conscij iniquitatis, quod crucifixerunt dominum maiestatis. ¶ Deinde subdit Simēon: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius doloris.* Id est,

dolor

dolor passionis. Orig. Nulla historia dicit virginem gladio occisam, aliās diceretur, pertransibit corpus. Ideo dicit Bern. Hoc est intelligendū de gladio spiritus, s. verbo Christi, dum dixit in cruce illud Ioan. 19. Mulier ecce filius tuus. Ex illo enim verbo cognouit se separari à Christo. Beda. Quamuis Maria credidit ipsum mortē superaturū resurrectorūq; tamen non potuit filiū videre crucifigi sine affectu doloris materni. Et ideo dicit Damascenus: Dolores quos virgo pariendo effugit, tēpore passionis sustinuit. ¶ Et ex hoc patet, quod maius erat martyriū beatæ virginis, quam aliorū sanctorū. Primò, quia fuit martyrium amoris, sed aliorum fidei: sed maior charitas, quam fides, 1. Corin. 13. Maior horum charitas. Secundò alij vulnerati sunt in corpore, ipsa vero in anima. Terriò alij aliis instrumentis: quoniam Christus cruci affixus est clauis, corona spinea, & lanca. Quartò alij post Christum, sed ipsa cum Christo & in Christo, & in eisdem ictibus quibus Christus. Vel aliter exponitur secundum Chrysostomum: Animam ipsius tuam existentem: id est quam reputas & diligis vt tuam, quia tibi per amorem ineffabilem colligata, pertransibit gladius, id est, passio, quando crucifigetur & vulnerabitur in cruce. Dicit Simō de Cassia. Nec hoc matris imperfectionem arguit, quod humanitas dolet adeo acute pro filio, quem pro omnibus hominibus innocenter & iniuste morti traditum vidit pati in carne quam de se receperat, & aperte videbat se in passione sui filij redimi, quæ nec aliter potuisset & ipsa saluari. Quamuis erat immaculata & sine originali peccato concepta, tamen indiguit redemptione, non ratione peccati quod infuit, sed ratione peccati quod iniuisset, si ex singulari gratia præseruata non fuisset. ¶ Sequitur, *vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes:* Simō de Cassia: Credentium & non credentium, iustorum & iniquorum, diligentium & odientium. Ibi reuelabitur auaritia Iudæ, malitia sacerdotum, & odium Iudæorū, inconstancia Pilati, pusillanimitas Petri, & aliorum militum nequitia. Ibi reuelabitur dilectio Mariæ Magdalenæ, quæ stabat iuxta crucem Iesu. Similiter & Mariæ matris eius cum Ioanne. Nam passio Christi discernit reprobos & electos. Simō de Cassia: Ecce quomodo beatus Simeon allocutus est beatam virginem, qualia prophetauit de prole: vt post prospera ilico aduerfa, & dulcibus amara socia haberet: vt discamus in matre, & de filio inter ipsa mundi opera vicissitudines fortunæ diuersas æquanimiter ferre & perpeti, videlicet vt temporibus

bus



bus fortuitis meditemur tolerantiam aduersitatum. Ecclesiast. 11. In die bonorum ne inmemor sis malorum : & conuerso si veniunt aduersitates , sis memor bonorum prius à deò perceptorum : Dicendo cum Iob: Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus? Et idem: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum. Sic & fecit mater domini, vt dicit Simo de Cassia: Agnosce humilitatē Mariæ, quæ non vt mundi regina & mater regis æterni, sed vt discipula suscepit verba Simeonis de prophetia, non stomachans verbum, non dedignans auditu, & quamimiser tristitia & læta suscepit, verecunda facie, moribus compta, omnia omni responsione atque reprehensione verborum: vt daret omnibus audientibus virtutis & humilitatis formã, vt absq; contradictione audiat̃ur quæ de Christo dicuntur. ¶ Dixi tertio inuinitur virtuosum testimoniũ prophetica expressionis, cũ subditur: *Erant Anna prophetissa filia Phanuelis de tribu Aser.* Vnde Remigijs: Prophetavit Simeo, prophetavit Elizabeth, cõiugata, prophetauerat & virgo Maria, & ne aliquis sexus desit aut genus, prophetauit pariter & Anna vidua Ambr. Christus venit saluato omnes status hominũ, ideo ab omnibus statibus volebat habere testimoniũ. Subdit: *Et hæc processerat in diebus multis.* Hic commendat eam multipliciter. Primò quo ad seipsam, quia sicut profecit ætate temporis: sic morũ maturitate. Prover. 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit vsq; ad perfectum diem. Secundo commendatur quo ad proximum & quo ad statũ matrimoniale. Secundũ quod quatuor conditiones requirũtur ad bonũ matrimoniũ. Primò pacifica cõuersatio. Eccl. 25. In tribus placitum est spiritui meo quæ sunt probata corã deo & hominibus, concordia fratru, & amor proximoru, vir & mulier bene sibi cõsentientes. Et tale fuit matrimoniũ huius mulieris sanctæ, cum subdit, *Hæc vixerat cũ viro.* Eccl. 1. pacificè, Nam si fuisset discordia inter eos, non fuisset vita, sed mors. Eccl. 30. Melior est mors quã vita amara. Vnde quidã Philoso. dixit: Vxor aut est perpetuũ refrigerium, aut æternũ tormentum. Vnde quicquid bibunt aut comedunt, non proficit eis. Ideo scribitur Proverb. 15. Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum faginatũ cum odio. Et 25. Melius est sedere in angulo domus, quã cum muliere litigiosa, & in domo communi. Et 27. Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparatur. Qui retinet eam, quasi qui ventum teneat, & oleum dextræ suæ euacuat. Secunda

Secunda cõditio matrimoni est fides thori, quia nulli debet mulier cõmisceri quã viro suo. Et hoc notatur in textu, cum inquit: *cum viro suo*, quasi non alieno. Tertia cõditio est perpetuum ligamen, quod nõ dissoluitur nisi per mortẽ alterius. 1. ad Corint. 7. Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuít: quod si dormierit vir eius, liberata est. Et hoc tangitur in litera cum dicitur, *annis septem*, scilicet quãdiu vir vixerat. Quarta cõditio decoras matrimoniũ est, quãdo incipit à *virginitate*: eò quòd non est matrimoniũ viduarũ ita decorũ, sicut virginitũ, quando quidẽ cum talibus atq; corruptis cõtrahentes inhabiles pro sacris ordinibus suscipiendis efficiũtur, nec benedicũtur benedictione sacerdotali. Et si aliquis sacerdotũ benedixerit secũdas nuptias, talis est suspensũ à beneficio & officio, vt habetur de secũd. nupt. c. Sacellanũ, dicit Alexander tertius: Sacellanũ, quẽ cũ benedictione cõstitit matrimonia celebrasse, ab officio beneficioq; suspensũ cũ literarũ tuarũ testimoniõ ad sedẽ apostolicã nullatenõ destinare postponas. Non enim debent benedici secũdæ nuptiæ ad exhortationẽ continentia. Et sic matrimonium huius mulieris sanctæ incepit à carnis integritate. Tertio commendatur ex parte dei cum subdit: *Et hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor.* Et hoc est magnum donum dei. Sapi. 8. Sciuí, quoniam aliter non possum esse continẽs, nisi deus det. Nam tale est donum cui vix est simile. Eccl. 26. Omnis enim ponderatio non est digna continentia animæ. De quo Ambro. in lib. offic. Non multum inferioris virtutis est à coniugio abstinere quod aliquando delectauit, quam coniugij delectamenta nescire. In hoc virginitus factius est abstinere, quia delectamẽta carnis incẽstua non mouerunt. Deinceps ponit conditiones perficientes statum vidualem. Primò debet esse ad deum affectuosã, vt omnem spem suam proiciant in Deum. 1. Timot. 5. Quæ verè vidua est & desolata, speret in deum: eo enim quo priuata est humano solatio, habeat refugiu ad dei auxilium, dicẽdo eũ Hester 4. Deus fortis super omnes, exaudi vocẽ earum quæ nullã aliam spem habet. Nam ipse deus est cõsolator viduarum & pupillarum. P sal. 67. Turbarentur à facie eius patris orphanorum & iudicis viduarũ. Nã deus vindicat iniurias ei illatas, Eccl. 35. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillas descẽdũt? A maxilla enim ascẽdũt vsque ad cõlũ, & dominus exauditor nõ delectabitur in illis, sed exaudiet. Ibidẽ: Nõ despiciet preces pupilli, nec viduã, si effundat loquelã gemirus. Ex 22. Viduẽ vt pupillo nõ nocebitis? Si læseritis eos, vociferabũtur ad

ad me: & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestrae viduae, & filij vestri pupilli Psal. 135. Pupillum & viduam suscipiet. Ideo recursum debet habere ad Deum. Et sic fecit ista de qua in textu: *Quae non discedent de templo die ac nocte.* Nō quod ibi dormiret (dicit Simon de Cassia) sed cor eius versabatur circa templū, & circa doctrinam auditam in templo, & circa orationes quas fundebat ad Deum de templo cordis sui, iuxta illud 1. Timoth. 5. *Quae verē vidua est, instet obsecrationibus & orationibus die ac nocte.* August. Quamuis ad omnes Christicolae orare pertineat, tamen specialis cura orationis competit viduis. Secundō debent esse annoſae, primā Timoth. 5. Vidua eligatur non minus 40. annorum, quae fuit vnus viri vxor. Gloss. quia secundae nuptiae secundum Liram videntur esse signum incontinentium. Et ponit temporis antiquitatem: qua periculosum est conuersari cum viduis iuuenibus, vt dicit Apostolus ibidem: Adoleſcentiores autem viduas deuota. Ratio, quia in eis viger ignis concupiscētiā. Inde dicit Isidorus in lib. Soliloquiorū: Si vis à fornicatione esse tutus, esto à mulieris colloquio & visitatione discretus, quia iuxta serpentē positus nō diu eris illaesus. Cum igne positus, & si sis ferreus, aliquando dissoluēris, proximus periculo diu tutus non eris. Et Hieronym. Ferreas mentes libido domat. Idem: Si iuuenes cum mulieribus habitent, non deerit viscaria diaboli. Propter quod consulit Apostolus iunioribus viduis nubere, dicens, 1. Timoth. 5. Volo ergo inniores viduas nubere, filios procreare, matres familiās esse, nullam occasionem dare aduersario. Et sic haec vidua fuit annoſa plurimum tempore, quia octogintaquatuor annis in viduitate vixerat, & septem annis fuit in matrimonio, quae etiam vt puto ad minus fuit in 13. anno ante matrimonium contractum & sic erat 104. annorum. Tertio debent esse delicioſae 1. Timoth. 5. Nam quae in deliciis est viuēs, mortua est, scilicet molliter viuendo, iocando, lautē & crapuloſē conuiuando. Bernar. In deliciis periclitatur castitas, in diuitiis humilitas. Ideo subdit in textu: *Isuuijs seruens Deo*, dicendo eum Apostolo 1. Corinth. 9. Castigo corpus meū & in seruitutem redigo. Dicit enim Hugo de S. Victore: Parca vita occidit vitia, libidinem extinguit, virtutes nutrit, animum roborat & mētē ad cœlestia aluat. Ideo Amb. in lib. de viduis: Esto mulier vidua rēperans, & casta, abstinēs à vino. Nam si Iudith vīna bibisset, cum adultero dormiuisset, s. Holoferne. Hier. & habetur 35. dist.

dist. venter. Venter meto æstuans citō spumat in libidinem. Quarto debent esse studiosae in bonis operibus. De quo in textu. *Obsecrationibus seruens die ac nocte.* Non enim debent otari. Hiero. Semper aliquod operis facitō, ne te diabolus inueniat otiosum. Aug. Otiositas sine Dei timore est magistra nequitiae. Cui cōsolat Eccl. 33. Multam malitiam docuit otiositas. Iob. 5. Homo ad laborē nascitur, & auis ad volatū. Nam otiosus non est dignus pane, quo vescitur. De quo 2. Thes. 3. Si quis non vult operari, nec manducet. Et posito, quod non indigeat, tamen propter pauperes laborare, deberes, vt eleemosynā abundantius praestares. Inquit enim Aug. in lib. de vita Christiana: Illam eleemosynā Deus approbat, quam quis de iustis laboribus administrat. Subdit: *Et haec ipsa hora superueniens*, scilicet cum Simeon accepit puerū in manibus & benedixit: *confitebatur domino*, & gratias referebat, quae completa essent omnia mysteria legis, quae de Christo per prophetas erant dicta. *Et loquebatur de ipso.* Simon de Cassia, quod erant adimpleta vōta sanctorum, iuxta desideria patrum, & quod esset redemptor & saluator omnium: & hoc in communi. De quo subdit: *Omnibus qui expectabant redemptionem Israel.* ¶ Sed dices: Cui hic Euangelista non exprimit prophetiam mulieris in speciali, sicut exprimit prophetiā Simeonis? Responderetur: Ad denotandum quod non est officium mulierū publicē praedicare. De quo 1. Cor. 14. Mulieres in Ecclesiis taceant: nō enim permittitur eis loqui sed subditas esse. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia. Et de conse. dist. 4. mulier. Mulier quamuis docta & sancta, in conuentu virorum docere non praesumat. Similiter 1. Tim. 2. Docere autem mulieri non permitto. Ideo non narrat eius prophetiā in speciali, sed in generali. Sequitur: *Et v̄ persequunt omnia secundum legem domini*, s. Maria & Ioseph, *reuersi sunt in Galileam, in ciuitatem suam Nazareth.* Simon de Cassia: Vnde de Bethlehem Iudae ascenderunt in Hierusalem, ibi praeventi partu per dies 40. manserūt, quousque puer peruenit in templum in ciuitatem Hierusalem.

¶ De praesidijs ac signis spiritualis augmenti, & de impedimentis eiusdem.

## ENARRATIO II.

**P**er autem Iesus crescebat & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat cum illo. Luca 2. In verbis praemissis duo inuenerunt. Primō proponitur corporale Christi incrementum, ibi, *Puer Iesus crescebat.* Secundō subiungitur eius spirituale cōplemētū ibi: *Plenus sapientia, & gratia Dei erat cū illo.* ¶ De primo dicit: *Puer Iesus crescebat*, s. corporaliter. Fuit enim legi naturali sub-

Pars Hyem.

jectus eo q̄ ad modum aliorū puerorum succreuit per augmētū, s. membrorū: & cōfortabatur vigore, s. corporis. Nam licet potuisset ex ipso vtero mēsurā cōpletā atatis & perfecti roboris assumptisse, tamē noluit, ne crederetur fantasma esse, & nō verū corpus habere, quod sic subito appareret tā magnū. Vnde sic nō semper voluit miracula facere, dum ambulauit in terris, sed etiā legi naturali subiici voluit: præterquam in his quæ sunt culpæ, ne eius vera humanitas verteretur in dubium, & putaretur fantasma. Sicut enim vera erāt testimonia, quæ ipsum filiū Dei probabant: sic & probatissimū debuit esse testimoniū, quod probaret nostræ carnis veram suscepisse naturā. Ideo de puerilibus conditionibus nihil deficere debuit. De quo Heb. 2. Debuit per omnia fratribus assimilari. Ne verò quis imaginaretur eum ita creuisse secundum animam, sicut creuit secundū corpus: ideo (vt dixi) secundò subiungitur spirituale eius complementum, id est, perfectio spiritus, siue animæ eum dicitur: *plenus scientia*, scilicet quantum ad perfectionem intellectus: & *gratia Dei erat cum illo*, quantum ad plenitudinem effectus. Sed diceres: An etiam Christus creuit & profecit naturaliter in sapientia & gratia? Respondet S. Thom. 3. parte, q. 11. art. 2. In sapientia & gratia potest aliquis proficere dupliciter. Vno modo secundum habitum sapientie & gratie, prout, scilicet ipse habitus scientie, siue sapientie augetur. Et sic Christus non profecit neque creuit. Quia dicit Beda, quòd in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & sic fuit primo die ita plenus gratia & sapientia, sicut in 3. anno. Alio modo secundum effectus sapientie & gratie in quantum aliquis secundum eundem & æqualem scientie habitum, primò minorā alis demonstrat, & postea maiora & subtiliora opera & virtuosiora facit. Hoc autem secundo modo manifestum, est, quòd Christus profecit sapientia & gratia sicut ætate, quia secundum processum ætatis perfectiora opera faciebat vt se verum hominem demonstraret. Et in hoc etiam perfectionis exemplum nobis dedit. Ioan. 13. Exemplū enim dedi vobis, vt vos ita faciatis. Dicit enim Augu. de doctrina Christiana: Omnis Christi actio, nostræ est instructio: vt si Christus in nobis est conceptus & à nobis natus (quia spiritualiter, vt dicit Leo Papa, per affectum bonum concipitur, & per effectum nascitur) oportet etiam quòd crescat & cōfortetur, scilicet per augmentum bonorum operum & profectum, quia dicit Bern. Nulli in eodem statu diu esse cōceditur, aut proficiendo sursum nititur, aut deficiendo in inferiora

labitur. Figuratur hoc Genes. 28. vbi Iacob vidit scalā de terra ad cœlū se protendentē, & vidit in ea angelos ascendentes & descēdētes. Spiritualiter: Per scalā intelligitur vita spiritualis, quæ debet de terra protēdi ad cœlū, ad Philip. 3. Nostra autem cōuersario in cœlis est. Et per angelos intelliguntur fideles Christicolæ, qui ascēdūt & descēdunt, i. proficiūt & deficiūt. Ber. O monache proficere nō vis, ergo vis deficere. Dicit igitur cum Pl. 16. Perfice gressus meos in semitis tuis. Super quo dicit Cassio. Nemo incipit vt stet, sed ad hoc vt proficiscatur. Ideo Seneca: Ante omnia in vita tua cogita an proficis vel deficis. Pro quo sciendum q̄ multa sunt quæ requiruntur, ad hoc, vt homo in vita spirituali proficiat. Primū est, vt homo se vilissimum reputet & imperfectissimum. Vnde Aug. Sūma perfectio Christianæ religionis est, vt quantum homo in hac vita proficiat, intantū se deficere putare debeat Ratio, quia status presentis vitæ est quædam, via qua ad patriam pergimus: vt dicit Greg. sed via nūquam perficitur, nisi adopto termino: Hinc est, quòd totus terminus presentis vitæ debet esse in proficiendo & nō deficiendo. De quo Prouer. 4. Iustorum semita quasi lux splendēs procedit & crescit vsque ad perfectū diē: sic & vita spiritualis. Ideo propriā vilitatem cognoscere nos docet Saluator Luc. 17. Cūm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicit, Serui inutiles sumus. Eccle. 3. Quantò magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Quia dicit Bernar. Qui Deo placere desiderat, necesse est vt sibi displiceat. Hoc fecit Ceterius Mar. 8. Domine nō sum dignus, vt intres sub tectum meum. Et factus est adeo magnus corā Deo, q̄ Christus collaudauit eū dicens: Dico vobis, nō inueni tantam fidem in Israel. Et hoc Abraham similiter fecit seipsum vilipendens, ac dicens, Genes. 18. Quia semel exi, loquar ad dominum Deum meum, cūm sim puluis & cinis. Cui ait: Num celare potero Abraham quæ gesturus sum, cūm futurus sit in gētem magnā & robustissimā? & benedicendæ sunt in eo omnes nationes terræ? Sic vilipendit se Moses, Exod. 3. Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Aegypto? propter hoc fecit eum dominus principem & ducem populi sui Israel. Ideo dicit Aug. de verbis domini: Semper tibi displiceat quod es, si vis peruenire ad id quod non es. Sed cōuerso, si tibi videtur magnum esse quod egisti, & placet tibi ipsi: scias te in hoc defecisse, & Deo displicuisse. Vbi tibi placuisti, ibi defecisti. Non ergo reputa magnum q̄ Deo seruis, quia obligaris sub pœna

damnationis, Isaia 60. Gens & regnum quod nō seruiert tibi, peribit. Sed hoc reputa magnum, quod te vult habere insufficientem seruum. ¶ Secundum quod requiritur est, quod verbum Dei diligenter audiat, quia valde cooperatur ad perfectionem virtutum. Deut. 32. Cōcrescat vt pluuia doctriua mea, fluat vt ros eloquium meum. Nam sicut pluuia facit terram germinare, & germina crescere & proficere: sic verbum Dei. Isa. 55. Quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, nō reuertetur ad me vacuum, sed faciet quacunque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Ideo Hugo: Nihil ita hominem à malo reuocat, à peccato excitat, ad bonum adiuvat, sicut verbū Dei. Sed heu multi sunt hodie nihil pendentes illud, putantes se sine verbo Dei proficere posse in virtutibus. Quod nisi plura prius audiuissem vel legissem quæ & nonnunquam ad memoriã reuocares, rarum atque difficile esse arbitror. Tob 8. Nunquid virere potest scirpus absque humore, aut crescere caretum sine aqua? quasi diceret: Non sic nec homo in virtutibus sine Dei verbo. Propter quod scribitur Ecc. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei inclina aurem tuam & suscipe verba intellectus, vt crescat in nouissimo vita tua. Nam sicut sine cibo non potest aliquis crescere & augmentum suscipere corporaliter: sic nec sine verbo Dei spiritualmente. Petrus Rauem. Cibus mentis est verbum veritatis. Nam sicut verbum æternum est pabulum angelorum: sic verbum Dei predicatum est cibus animarum. Deuteron. 8. & Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ab ore Dei. Cui consonat illud Sapient. 15. Non natiuitatis fructus pascunt hominem, sed sermo tuus hos qui in te crediderint conseruat. ¶ Tertium quod requiritur ad profectum hominis est, vt correctiones libenter suscipiat. De quo Bern. Non est contemnenda correctio, quia est animæ sanitas & via Dei ad animã. De quo Prouerb. 15. Qui abiicit disciplinã, despicit animã suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Et iterum: Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientũ cōmorabitur. Est enim correctio vt virga Aarō, Num. 17. quæ frōdit & floruit: sic & correctio facit hominẽ cessare à vitiis & florere in virtutibus: ita quod suspiciens eam posset dicere illud Ps. 22. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt, scilicet ad emendationem

dationem vitæ. Dicit naque Chryf. Increpatio hominẽ religiosum facit religiosiorẽ. Quare ergo deficit religio: quia nō suscipitur correctio: & idcirco nō proficiunt sed deficiunt. Prou. 15. Qui increpationes odit, morietur. Quartum quod requiritur ad progrediendũ in vita spirituali est, vt Deũ præ oculis habeat. De quo Tob. 4. Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeo Deum. Videmus enim de familia domus, quod si paterfamilias præsens fuerit, operosiores sunt & diligentiores in faciedis quàm aliàs, & in dimittendis magis verecundi & cautiore: sic nos ipsi semper & vbique Deum præ oculis habentes, qui vbilibet & semper præsens est, videns nostras cogitationes, locutiones, & operationes. Ideo Boet. de consola. Magna indicta est nobis necessitas probitatis, cum cuncta agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Ideo debemus timere. Eccl. 25. Si non in timore domini tenueris te instantẽ, citò subuertetur domus tua. Prouer. 28. Beatus homo qui semper est pauidus, qui verò mentis est durax, corruet in malũ. Ratio, quia timor domini cōseruas hominẽ in gratia, & augmentat bona opera. Eccl. 15. Qui timet Deum, faciet bona. De quo Bernar. In veritate nil didici ita efficax ad gratiam Dei promerendam, cōseruandã & nutriendã, sicut nō alta sapere, sed time-re. Quintum quod requiritur est, vt passionem Christi mēte gerat, dicendo cum Apostolo, Galat. 6. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Nam passio Christi facit hominem proficere in singulis virtutibus, De quo Bernar. Si vis homo de virtute in virtutẽ progredi, si vis de gratia in gratiã promoueri, de bono in melius proficere, passionis Christi recordare. Dicit enim Bonauent. Nil enim ita illuminat intellectum, accendit affectum, mouet ad dilectionem, operatur ad vniuersalem sanctificationẽ, sicut passio Christi. ¶ Item nota, sicut quinque sunt quæ promouent hominẽ ad perfectionem: sic e conuerso sex sunt, quæ impediunt perfectionẽ. Primum est mentis diuisibilitas. Vnde Ruben dicitur Gene. 49. Effusus es vt aqua, non crescas. Nam sicut aqua quæ hæc illacque diffluit & dispergitur, nuquam efficitur magna: sic animus nimis diffusus non proficit. Vnde sunt aliqui qui varias sibi faciunt occupationes, omnia volunt arguere, etiã si bona sint, eò quod non secundum eorum affectum facta, volunt & omnia scrutari, & perquirunt aliquãdo eã quæ plus nocent animis eorũ, quàm profunt. Et etiam illi qui nimis solliciti sunt de præsentibus necessariis: tales enim excludunt spiritum Dei, qui requirit cor quietum, prout hortatur nos

Apostol. 1. Timo. 2. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, ut quietam & tranquillam vitam agamus. Et 1. Petr. 3, Sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus qui est in conspectu Dei locuples ut figuratur etiam Genes. 8. Columba non inueniens, ubi quiesceret pes eius, reuersa est in arcam: sic & spiritus sanctus in cœli. Nam spiritus sanctus non potest quiescere nisi in eo qui est humilis corde, & qui seruat madata Dei Isa. vlt. Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos: Et in eo qui habet dilectionem Dei 1. Ioan. 4. Si quis diligit me ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Si autem diuisus est in dilectione, nunc ad mundum, nunc ad carnem, audi Aug. Non proficere potest, diuisus in vtramque. Et merito deficit, quia se separat ab eo qui eum fecit: sicut monachi qui corpore in claustro, & animo sunt in mundo: tales deficiunt, & non proficiunt. Ideo Aug. & habetur in canone 47. d. quantumlibet. Simpliciter autem fateor charitati vestrae coram domino Deo nostro, qui testis est super animam meam, ex quo Deo seruire cepi quonia sicut difficile sum expertus meliores quam qui in monasteriis profecerunt: ita non sum peiores expertus, quam qui in monasteriis defecerunt. Ideo tales deberent esse animo recollecti, & non dist. 2. Timot. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, ut placeat ei. Nam si se dedicauit Deo, mentem suam habeat apud Deum. Et Hiero. apud Paulinum, & habetur 16. q. 1. si cupis. Si cupis esse quod diceris monachus, id est, solus, quid facis in viribus: quæ vetique non sunt solum habitacula, sed multorum. ¶ Secundum quod impedit perfectionem, est pusillanimitas, quæ assimilatur hyemi. Hyems enim non permittit exire gramina nec flores de terra & de arboribus: & sic multi ex pusillanimitate non audent, facere bona. Proueb. 18. Pigrum deiecit timor. Et oritur talis timor ex inordinato amore, ad corpus: qui enim timent corpus nimium aggrauare, non audent vigilare, ieiunare, mane surgere, sed diu sterrere. Et tales non proficere sed magis deficere dicuntur. Greg. Ibi spiritus deficit, ubi caro quiescit. Ideo Ecclesia. 7. Noli esse pusillanimitas in animo tuo, sed pro fortibus & magnis aggrediendis spem & fiduciam in Deo pone. Ratio quia dicit Hugo in libro de fine grandi: Anima quæ in propriis viribus diffidit, in Deum se conuertit eo quod scribitur Isaia 40. Qui sperant in domino mirabuntur

fortitudo.

fortitudinem, current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient, dicentes cum Apostolo ad Philip. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. ¶ Tertium quod impedit perfectionem, est mentis instabilitas: cum hoc nunc vult, nunc illud, cras reliquum, atque nunc incipit aliquid bonum, sed cito deserit. De quo Bernar: Qui aliquo tendit, si fidem veram tenuerit, cito pertinet, & itineri finem faciet: Sed si multas vias aggreditur errat, nec laboris faciet finem, quia error non habet finem. Dicit namque Gulielm: Parisiensis: Sicut clauum quæ videmus moueri, euellere tetamus & non qui firmiter stat: sic diabolus tales instabiles citius tetat, quos narrantes considerat. Ezech. 1. Sicut quatuor animalia ibant & non reuertebantur, cum ambularent: sic nos qui recipimus doctrinam quatuor Euangeliorum, a terrenis ad celestia eamus, ad terrestria non reuertentes, quia scribitur Luc. 9. Nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno Dei. Non enim esse debemus sicut vxor Loth, quæ respiciens retro: contra mandatum ei datum, conuersa est in statum falsis. Nam sicut terra falsa non est fertilis, sed sterilis: sic & per instabilitatem homo efficitur inutilis. Ideo Apostol. hortatur nos ad Galat. 6. bonum facientes non deficiamus. Hieron: Non incepisse, sed perfecisse virtutis est. ¶ Quartum est verboritas, illa impedit perfectionem. Psal. 136. Vir linguosus non dirigitur in terra; i. non proficit. Job. 11. Nunquid vir verborum iustificabitur? quasi diceret: Non, quia multitudo verborum inducit peccatum. Prover. 19. In multiloquio non deerit peccatum. Propter quod scribitur Prover. 13. Qui est otiosus odit os suum, custodit & animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Ideo in religione habet statum, quod in primo anno discat tacere. Nam scribitur Iaco. 1. Si quis autem putat se religiosum esse, non refranans linguam, sed seducens cor suum, huius vana est religio: Propter quod Arsenio volenti proficere dictum est de celo: Fuge, tace, quiesce. Ideo Iacob. 1. Sit autem omnis homo velox ad audiendum & tardus ad loquendum. Nam silentium valde deseruit ad perfectionem. Iaco. 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Idcirco Agathon (vt legitur in Vita patrum) tribus annis lapidem in ore portauit, vt diceret tacere. Dicit namque Bernar: Leuis est sermo, sed grauius vulnerat: quia si malus est, inducit damnationem: si bonus, iustificationem. Marth. 12. Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Ideo ad Ephes. 4. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat. Dis

igitur cum Psal. Pone domine custodiam ori meo: & ostium circumstantiæ labiis meis. Et hoc ideo, quia scribitur Prouer. 13. Qui custodit os suum, custodiat animam suam. Et Isaia 30: In silentio & spe erit fortitudo vestra. Ideo refert Valerius libr. 7. c. 2. quod Xenocrates philosophus cum maledico quorundam sermoni summo silentio interfesset, vno ex his querente cur solus linguam suam cohiberet? Quia dixisse me, inquit, aliquando pœnituit, tacuisse nunquam. ¶ Quinto etiam impedit perfectionem discretionis defectibilitas. Quia secundum Bernard. Discretio est auriga virtutum. Idem super Cantu. Discretio omni virtuti ordinem præstat, modum tribuit: & decorem. Discretio non solum est virtus, sed & quædam moderatrix virtutum, ordinatrixque affectuum. Ideo dicit Cassianus in collationibus patrum, quod antiqui patres venerunt ad Antoniũ, quærentes inter se: Quænam virtus hominem ad perfectionem recto tramite veheret, vt diaboli insidias euitaret. Et respondit quisque quod sibi videbatur. Vnus dixit, vigilia & sobrietas: alter, ieiunium & castigatio: tertius humilis oratio: quartus, paupertas & obediẽtia: quintus, pietas & misericordia, quia Christus in iudicio misericordiæ recordabitur. Sed Beatus Antonius dixit: Hæc omnia quidem necessaria sunt, sed discretio magis, quæ est virtus principalis. De qua Isidorus in lib. de Syno. Quicquid cū discretionem sit, virtus est: quicquid sine discretionem, vitium. Sed dices: Quomodo acquiritur? Respondet Cassianus: Per solam humilitatem, vt homo in his se subiiciat spirituali patri & discreto prælato in quibus ipse dubius est: vt sic aliis discretis plus credat, quam sibi ipsi, ne, s. habeat propriũ sensum de seipso præsumens: quia tales non proficiũt, sed magis deficiunt. Iudith. 6. Præsumẽtes de se & de sua virtute gloriantes humilias. Tales plerunq; irrecuperabiliter cadunt: incorrigibilis enim sententia damnationis relaxari non potest, vt habetur in canone 24. quæst. 2. damnationis: Damnationis sententiã quicumq; meretur accipere, si in suo sensu voluerit permanere, nullus relaxare poterit. ¶ Sextũ impediẽs perfectionẽ est vanitas seu venialium pluralitas, quam qui non studet vitare, citius cadit in mortale peccatũ. Eccl. 9. Qui spernit, id est, negligit modica, paulatim decedit, id est, defluet in maiora. Vbi Greg. Qui minima neglexerit non repẽdit, sed paulatim cadit. Sed dixeris: Quomodo venialia impediunt perfectionẽ? Respondetur, quia peccata venialia disponũt ad mortale, vt patet per S. Thom. in 2. q. 88. artic. 3. Nam perfectus

hominis

hominis consistit in feruore charitatis, quem venialia diminuunt, sicut aqua feruorem ignis, & ventus æstum solis: sed mortale extinguit totam charitatem. ideo aliqui non parum repescunt propter venialia. Propter quod dicit Aug. super epi stolam Ioan. Homil. 1. Peccata leuia contemere non debes, sed cum attendis, ingemiscere. Rationem assignat. Venialia licet non occidant animã, tamen quibusdam pustulis maculant & deformant: Ideo homo proficere volens, in quãtum potest, venialia vitare debet. Greg. Vitasti grandia, vide ne obruaris ab arena. Aug. Minuta est arena, sed si multa fuerit præmit & opprimit. ¶ Sed si dices, Volo vitare occasiones illorum quinque profectum impediẽtiũ, & sollicitè studiũ adhibere ad illas quinque conditiones profectũ inducẽtiũ, quomodo autem possum cognoscere, an proficio, vel deficio? Respondetur, Quinque signis: Primũ est vehemens proficiendi desiderium. Mar. 5. Beati qui esuriũt & sitiunt iustitiam, id est, valdè desiderãt: Amb. Affectus operi nostro nomen imponit. Aug. Nõ respicit Deus quid es, sed quid esse desideras. igitur rota vita Christiani hominis debet esse desiderium, quia secũdum August. vbi desiderium finitur, ibi non est profectus, sed defectus. Idcirco homo semper defecisse & deficere se reputet in operibus bonis, & quantuncunq; plura facit adhuc tamẽ semper debet desiderium habere plura operandi: quia dicit Bern. Vbi incipis nolle esse melior, ibi desinis esse bonus: Seneca: Meliores esse nolumus, quia optimos nos esse putamus. Quia quod homo proficiendi desiderio non feruet, efficit sæpissime præsumptio propriæ perfectionis seu probitatis. Augustin. Multos à perfectionis firmitate impedit propriæ perfectionis præsumptio. Nam sicut stomachus viscositate plenus appetitum amittit: sic qui perfectum se credit, proficere non curat. ¶ Secundum signum perfectionis est, omniũ in aduersitatibus proximorum compassio: vt videlicet omnes eorum miseriae reputet esse suas. de quo Grego. Quando quis magis perfectus fuerit, tãtò plus dolores sentit alienos, sicut Iob. 31. Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Et capit. 19. Oculus fui cæco & pes claudo: quia ex illo probatur dilectionis veritas, quam ad proximum habere debemus, quod quis compatitur patientibus & congaudet lætantibus. Roma. 12. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Et qui ista compassione caret, non proficit. Greg. Perfectus non est, qui imperfectum sustinere non potest. Tercium signum perfectionis est

Dei dilectio. Ephē. 4. Veritatem facientes in charitate, crescit  
 mus in illo per omnia, qui est caput Christus. Nā cum homo  
 in charitate crescit, tunc verē proficit. August. Talis est vnus  
 quisque qualis est dilectio sua: quis si dilectio est magna, ipse  
 magnus: si parua, ipse meretur dici paruus. Ideo Apost. ad  
 Phiippen. 1. Hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abun-  
 det. ¶ Tertium est in tribulatione patiētia. Gre. nemo quātū  
 proficit nisi inter aduersa, cognoscit. Nam si verē amat, tunc  
 patienter tribulationes tolerat. Hierony. Verus & sanctus  
 amor impatentiam non habet, falsus amor cito opprimitur.  
 1. Corinth. 1. Charitas nō irascitur, nō cogitat malū: Charitas  
 omnia suffert. Bern. Vbi est amor, non est labor, sed sapor vt  
 patet de S. Andrea, qui videns crucem dixit, Securus & gau-  
 dens venio ad te. Simile de sancto Lauren. qui dixit, Carbo-  
 nes tui refrigerium mihi præstant. Et de S. Tiburtio, qui  
 ait: Videtur mihi, quod super roseos flores incedā. Gregor.  
 Qualis vnusquisq; apud se lateat, illata cōtumelia probat. Si-  
 cut enim superbi de honoribus, sic plerunq; humiles de sua  
 despectione gratulantur. Quintum signum perfectionis est  
 in tribulatione gratiarū actio. Sicut enim thus verum in igne  
 redolet, fructū verō fœter: sic boni in tribulationibus gratias  
 agunt, vt habetur Iob 1. Qui in variis tribulationibus existēs  
 dixit, Sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini  
 benedictum. Gregor. in 5. Moral. cap. 109. Quisquis de percus-  
 sione murmurat, quid aliud quā iustitiā ferientis aculat?  
 Et lib. 7. ca. 34. Si iusta placere Deo scimus, pati autem nulla  
 nisi quæ domino placuerint, possumus: iusta sunt cuncta quæ  
 patimur, & valde iniustum, si de iusta passione murmuramus.  
 Sed facti fœter per impatentiam. Greg. in 5. Moral. cap. 1.  
 Cum valde occulta sint iudicia diuina, cum malis male est in  
 certum valde est, vt illos idcirco aduersa feriant, vt ab æter-  
 nis suppliciis corrigentia defendant, an hic eorum pœna inci-  
 piat, vt quandoq; complendā eos ad vltima gehennæ tormē-  
 ta perducat. Quia vt idem dicit in lib. 9. cap. 165. Nonnunquā  
 per mala presentia irrogare, iam tormenta sequentia inepit:  
 Isidorus de Summo bono lib. 7. ca. 2: Omnis diuina percussio  
 & afflictio aut purgatio vitæ presentis est, aut initium pœnæ  
 sequentis. Nam quibusdam flagella in hac vita inchoant, &  
 in æterna percussione perdurant. Vnde per Moysen dominus  
 dicit: Ignis exardescit in ira mea, & ardebit vsque ad inferni  
 nouissima. Et in Psalm. Operiatur sicut diploide confusione  
 sua. Diplois duplex est vestimentū, quo figuraliter induitur,  
 qui &

qui & temporali pœna & æterna miserabiliter damnabūtur,  
 Idcirco nō solum in prosperitate, sed etiam in aduersitate de-  
 bemus deo gratias agere, quia nō nunquam acceptius est deo  
 in aduersis quā in prosperis. Eccle. 7. Melior est ira risu, id  
 est, plus placet in aduersitate, quia per tristitiam vultus cor-  
 rigitur animas delinquentis. Et hoc est quod ibi subditur: Cor  
 sapientū vbi tristitia est, & cor stultorū vbi lætitia. Quia etiā  
 plerūq; homo securior est, quia cautiōr in aduersitate quā  
 prosperitate. Quia Aug. in libro. de Patiētia dicit: Cautior  
 fuit Iob in tribulationibus, quā Adā in memoribus. Iste vic-  
 tus in deliciis, ille vicit in pœnis. Nā sicut rosæ crescut in-  
 ter spinas, sic electi inter tērationū pœsuras. Ideo Chryso. in  
 tractatu de Symbolo. Admoneo vos, vt in omnibus benedi-  
 catis dominum: Si venerint mala, benedicite, & dissoluentur.  
 Si bona, perseuerate vt in malis. Vnde Aug. in lib. de Acade-  
 micis: Si exceptus es à passione flagellorum, exceptus es à  
 numero filiorum: flagellat enim Deus omnem filium, quem  
 diligit. Quia dicit idem in Enchiridio: Deus est adeo bonus.  
 vt non permittat malum quin velit elicere bonum.

¶ Dominica infra octauas Epiphaniæ.

¶ Cur Christus duodecimo ætatis sue anno Hierosolymā adductus, in  
 seculis parentibus remanserit. Et quā sedulo querendus sit Chri-  
 stus, exemplo sollicitæ matris Mariæ.

## ENARRATIO I.

**F**ili quid fecisti nobis sic? Pater tuus & ego dolentes querebamus te. Luc.  
 2. Et legitur in presentis dominicæ euangelio. In summa  
 euangelij duo innuuntur. Primò pueri Iesu amissio, quæ fuit  
 doloris, & anxietatis. Secūdo amissi reuincatio, quæ fuit stu-  
 poris & asacritatis. Primum ibi: Cum factus esset, &c. Secundum  
 ibi: Factum est post triduum, &c. De primo dicit: cum factus esset 12. sus  
 annorum 12. Chryso. Ab ætate Christi dici tricesimæ vsque ad 12.  
 annum, non legitur Christum quicquā fecisse: similiter à  
 12. anno vsque ad 30. nil legitur, quia in 30. anno baptizatus  
 est, & 31. anno conuertit aquam in vinum. Ex quo sequitur,  
 quod falsus sit liber de infantia Saluatoris, dicens Christum  
 in infantia miracula fecisse: Quia est contra Chryso. & S. Tho.  
 qui dicit parē 3. q. 42. art. 3. quod miracula ordinātur ad duo  
 scilicet ad suæ doctrinæ cōfirmationē, & ad suæ diuinitatis manife-  
 stationem. Et quantum ad vtrunque cōueniens fuit differre  
 operationē miraculorū vsq; ad baptismū. Primū declaratur.  
 Nā quia miracula erat suæ doctrinæ cōfirmatiua, cōfirmatio  
 autē doctrinæ non præcedit actū docēdi, sed magis sequitur.

Ad prædicationem autē siue doctrinam requiritur ætas perfecta saltem de congruitate, de qua nunc agitur. Igitur, &c. Perfectionem autem ætatis est 30. annorum. Propter quod Ioseph recepit regimen Aegypti in tali ætate. Gen. 41. David fuit 30. annorum cum regnare cœpit. 2. Reg. 5. Ezech. incœpit in 30. anno prophetare. Ezech. 1. Ideo conueniens fuit, vt Christus ante 30. annū nō doceret: & per cōsequens nec fecit miracula suæ doctrinæ confirmatiua. Secundū idē ostenditur, in quantum miracula erāt suæ diuinitatis manifestatiua. Paris enim periculi, si negetur in Christo vera humanitas, sicut si negetur in eo vera diuinitas. Sed si fecisset miracula in pueritia, tunc dubitatū fuisset de eius humanitate, an esset verus homo. Et sic eius incarnatio suspecta fuisset, & fortasse putaretur fantastica. Et ergo fuit congruum expectare tēpus determinatū. Ideo Chryl. Si in pueritia miracula fecisset, tunc non indignisset præcursores eū manifestāte, quia se manifestasset per miraculorū operationē, neq; nunc in 12. anno fuisset mirati, neq; in 31. anno. Luc. 5. dicētes: Vidimus mirabilia hodie: & tamen tēpore baptismi erat incognitus Iudæis. Ioan. 1. Medius vestrum stetit quē vos nescitis. Et per consequens miracula nō fecit in pueritia. Ideo Euangelistæ nulla eius gesta describunt ante 12. annū. Sed loquitur. *Ascendentibus illis in Hierusalem secundum consuetudinem diei festi.* Iudæi enim in anno 3. habebant festa solemnia, vt patet Exod. 23. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabit, s. Paschæ, Pentecostes & Tabernaculorū, quod alio nomine dicitur Scenopegia. Præfens autem fuit festiuitas Paschæ. Subdit: *Ascenderunt Maria & Ioseph, & receperunt Iesum secum in 12. anno, s. secundum humanitatem, qui fuit æternus secundū diuinitatem.* ¶ *Et assumptum eum in 12. anno.* Triplici de causa. Primò, quia in illa ætate incipit ratio florere, & homo cognoscere, & differentia habere inter bonū & malū: & in tali ætate sapientia hominis luget in facie eius, & cognoscitur qualis erit in futuro. Prouer. 20. Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius. Poëta: Curuum se præbet, quod ad vnum crescere debet. Et sic Christus cum esset sapientia æterni patris, innoscere voluit mūdo, *audiens doctores, & interrogans.* Secundò ideo, quia in hoc dedit exemplum iuuenibus portare iugum domini ab adolescētia, & seruire domino in iuuentute. Eccl. 12. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis & propinquēt anni de quibus dicas: Non mihi placet. Quia seruitium iuuenum valde deo placet

placet: Nam sicut noui fructus dulciores sunt antiquis: sic bona opera iuuenum. Thren. 3. Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Idcirco noli expectare ad senectutē, quia tales plerūque in malitia assuescunt, & indurati in ea perseuerāt, Prouer. 22. Adolescens iuxta viā suam, etiā quē senuerit, nō recedet ab ea, de quo Iere. 13. Si mutare potest Ethiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malū. Tertio ideo in 12. anno duxerunt eum in templum, vt in hoc doceantur parentes informare filios à iuuentute seruire deo, deū timere, mandata eius seruare, Ecclesiā visitare, festa celebrare. Sicut habetur Dan. 12. de Susanna filia Helcia cum parentes eius essent iusti, docuerūt filiā suam secundū legem Mosi timere deum. Ideo Eccl. 7. Filij tibi sunt, erudi illos, & curra illos à pueritia eorū: iuxta illud Psal. 33. Venite filij audite me, timorē domini docebo vos. Hoc præcepit dominus, Deuter. 4. Docebis ea, s. præcepta mea, filios tuos & nepotes tuos. Hoc fecit Tobias c. 4. Fili omnibus diebus vitæ tuæ in mēte habetō deum, & caue ne aliquando peccato cōsentias, & prætermittas præcepta dei nostri. Eccle. 12. Deū time, & mandata eius obserua. Et hoc in iuuetute, quia tunc habet se sicut virgula, quæ facilliter potest flecti, siue ad dexteram, siue ad sinistram, & quò flectitur, illuc crescit. Sed postquā facta fuerit arbor magna, tunc facilius frangitur, quam flectitur. Dicit enim Rupertus super lib. Sapient. Omne peccatum incurabiliū est in senectute, quam in iuene: & hoc propter consuetudinē. Vnde Arist. 7. Ethic. Facilius est mutare naturam, quam consuetudinem. Propter quod exclamat Helinandus: O infelix consuetudo peccādi: quanto magis peccat, tanto minus intelligit. Aug. in homil. Omne peccatum consuetudine vilescit, & fit quasi nulum sit. Idem super Psal. Confitemini: Ligatus praua consuetudine facere nequit bonū quod nouit. Ideo Seneca. Mali mala sua, (quod malorum vltimum est) amant. Tunc autē consummata infelicitas, vbi turpia non solum delectāt, sed etiam placent: & definit esse remedio locus, vbi quæ fuerunt vitia, mores fiunt. Et alius quidam: Peccata senum prædicantur in quid, sed iuuenū in quale. Et Tullius in Philip. Omne malū nascens facillē reprimitur, inueteratum verò plerūque sit robustius. Seneca. in lib. de Morib. Educatio & disciplina mores facit: id sapit quisq; quod didicit. Bona itaq; cōsuetudo excusat quod mala instituit. Idcirco à iuuentute sunt informandi pueri ad seruitiū dei, vt fecit Maria hic in puero Iesu. ¶ Dein de sub



de subdit in textu. *Consummatis diebus. s. septē.* Ecce deuotio. Per septem dies manserunt in Hierusalem in festiuitate, nobis in exemplū, ne ante diuini officij complementum eamus de Ecclesia, vt habetur ex Cōsilio Aureli. de consec. d. i. cum ad celebrandas dicit ius: Cum ad celebrandas missas in dei nomine conuenerit populus, non discedat antequam missa solennitas compleatur, & benedictionē a sacerdote accipiat. Sed heu aliqui sunt vt monachus quē diabolus traxit de Ecclesia, vt habetur in vita S. Bedicti, qui non expectat benedictionem, in qua est dei effectus, vt habetur in canon. 1. q. 1. dictū est. Sacerdotis est benedicere, sed dei est effectum benedictionis tribuere. Aug. Quanta autem dignitas sit sacerdotalis officij vel ordinis, hic aduertamus. Dictū est enim de nequissimo Caiapha: Hoc autem a semetipso nō dixit, sed cum esset pontifex sacerdos anni illius prophetauit. Per quod ostenditur spiritum sanctū gratiarum datorē non personam sequi digni vel indigni, sed ordinē traditionis: vt quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus, vt officium ministerij exhibeat; Dei autē est effectū tribuere benedictionis. Sequitur: *Cum redirent, remansit puer Iesus in Hierosale,* Et non cognouerunt parentes eius. Sed dices: Cur nō remansit Iesus sciētibus parentibus? Respondetur primō, quia non permittent eum stare in medio doctorum, timeates ne Archelaus filius Herodis faceret in puero, quod cogitauit facere pater eius Herodes. Secundō dedit doctrinam pueris si habent inspirationem diuinam ingredi religionem, tunc non solum ignorantibus parentibus, sed etiam prohibentibus possunt religionem ingredi. De quo Hiero. ad Neporianum: Si pater & mater iacent super limina domus, percalcatur perge patrem & matrem, & confuge ad Christum. Aug. Amāndus est genitor, præponendus creator. Matt. 19. Qui amat patrem vel matrem plus quā me, non est me dignus. Sed tamen in ingressu religionis hoc est obseruandum. dicit S. Thomas, 2. 2. quæst. 189. art. 6. Si parentes non sunt positi in magna necessitate & penuria. Si autē in tali necessitate sunt, quod non possint commodō sustentari sine labore ac subsidio filij, tūc debet manere in seculo, & prouidere parentibus. Nam si iam esset in claustro, adhuc eum licētia prælati posset laborare, imō deberet si sciret, vt iuuarer parentes. Si autem non indigent subsidio, tunc potest ingredi religionem sine scitu & voluntate parentum. Nam mandatum dei est: *Honora patrem & matrem, Exod. 20.* Et hic honor non tantum consistit in

in exteriori signo exhibitionis reuerentiæ, sed etiam in opere sustentationis & beneficentiæ. Eccl. 3. Mala fama est qui de relinquit patrem, s. in necessitate. Si autem non est necessitas parentum talis, tunc dictum Hieron. supra citatum loquum habet. Propter hoc ille reprehenditur Matth. 8. cui dixit dominus: Sequere me. At ille: Domine permite me primū ire & sepelire patrem meū. Cui Iesus ait: Dimitte mortuos sepelire mortuos nature, quia bene fuerunt alij sepelientes patrem eius. Ne ille igitur impediretur in uocatione sua amore amicorū, dixit ei: Tu yade & annuntia regnum dei. Ideo propter illam doctrinam remansit puer Iesus in Hierosalem. Subdit in textu: *Et non cognouerunt parentes eius.* Sed dices: Quomodo potuit hoc fieri, quod nō habuerunt respectū super eū? Respondet venerabilis Beda: Mos erat Iudæorū quod femina ambulabat scorfum: & mares scorfum: & nō fuerunt tales, quales nūc nostro tēpore plerūq; omnes se exhibēt, qui in reliquiarum processionibus & litanis & aliis quibuscumque peregrinationibus ad sanctorum limina tendentes ad diabolo seducti, & vt vereor, magis propria malitia obstricti, præcidunt omnem deuotionem, passim atq; gregatim cum mulieribus incedentes, loquuntur in via de vanitatibus & carnalibus, quibus magis accenduntur amore carnis, quā spiritus. De quo Prover. 6. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt uestimenta illius non ardeant? sic qui ingreditur ad uxorem proximi, non erit mundus, cum terigerit eam. Dicit enim Aug. in lib. de singularitate eulphorū: De carbonibus scintilla desiliunt, de ferro rubigo nutritur: sic & mulier effudit concupiscentiæ pestilentiam. Propter quod inquit Hiero. Non credo viro qui dicit se illa sum, abire a conuersatione mulierum. Idem & habetur ad. 3. ca. Hospitolum. Nō potest toto corde habitare cum deo, qui fornicarum accessibus copulatur. Femina conscientiam secum pariter habitantis exurit. Ideo Eccl. 9. Auerte faciem tuam a muliere compra, & nec circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt. Hiero. Gladius igneus species mulieris, Et idem in cap. vbi suprā. Nanquam de mulierum forma disceptes, femina nomen tuum nesciant, feminam quam bene vides conuersantē, mēte dilige, nō corporali frequentia, quia bonū est hominū mulierē non tangere. 1. Corin. 7. Dicit enim Cassianus in lib. Collationū: Quales orantes volumus inueniri, tales ante orationem oportet preparari. Modō est valde inepta

inepta preparatio talis collocutio & conuersatio virorum & mulierū. Ideo pro more Iudaeorum tunc seorsum viri, seorsū & mulieres incedebant: pueri autem potuerunt ire cum vtroque parēte. Ideo subditur: *Remansit puer iesus in Hierusalē, & non cognouerunt parentes eius, æstimantes autem illum esse in comitatu.* Maria enim æstimabat eum esse in comitatu virorū, & Ioseph æstimabat eū in comitatu mulierū. *Et uenerunt iter viuis diei.* Nā primo die, vt sequitur, *requirebūt eū inter cognatos & notos,* secūdo die *non inuenientes regressi sunt in Hierusalē* tertia die *requirentes eum,* quarto autem die contigit, vt sequitur: *Et factum est post triduum, inuenerūt eum in templo &c.* Requirebant enim eum, quia timebant ne ab Archelao filio Herodis occideretur in adolescentia sua. Considera igitur quātis vulneribus cor virginis Mariæ fauciatum fuit. O quot suspiria, lamenta & anxietates habuit: Tunc enim partim experiebatur quālis futurus dolor esset separationis Christi morientis. Iure igitur potuit dicere illud, Genes. 17. puer non cōparet, & ego quo ibo? Ideo dolorosa rediit in Hierusalē, vbique quærens illum. Et ita verificatum in ea fuit quod scribitur Cant. 3. Quæsiui quem diligit anima mea, & non inueni, scilicet, inter cognatos & notos. Surgam & circuibō ciuitatem, per vicos & plateas quærens quem diligit anima mea. ¶ Sed diceret: Quare Maria ita valde tristabatur de perditione filij, sciens eum verum Deum qui perdi non posset? Respondet Simon de Cassia: Ille dolor fuit ratione absentia filij: quia eius præsentia fuit illi ita gaudiosa virtute deitatis quæ lucebat in facie eius, & rectē dicere potuit illud Cantic. 1. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Nam ipse erat, in quem patres veteris testamenti prospicere desiderabant, dicentes: Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Psal. 79. Ipse erat de quo Psal. 44. Speciosus forma præ filiis hominum. Etiam ex nimia humilitate tristabatur, æstimans se non tantam diligentiam adhibuisse, sicut debuit ad tam pretiosum thesaurum custodiendum: & non ita reuerenter se erga eum exhibuisse, sicut deberet, & ideo putauit se amisisse eum propter indignitatem sui. ¶ Dixi secūdo subiungitur eius reuuentio, quæ fuit stuporis & alacritatis, ibi: *Factum est post triduum, s. quarto die inuenerunt eum in templo in medio doctorum.* Et hoc factum fuit in 12. anno ætatis suæ, ad significandum primò, quòd ipse esset qui duodecim tribus Israël eduxisset de Aegypto. Secūdo, ad significandum quòd ipse esset electurus duodecim Apostolos ad docendum omnes gentes. *Audientem illos & interrogantem*

Ecce

Ecce sapientia prius audiuit, post hoc interrogauit: iuxta illud Eccle. 1. Priusquam audias, ne respondeas verbum. Ratio Prou. 18. Qui prius responder quam audiat, stultum se esse demonstrat & confusione dignum. Ideo prius Christus audiuit, post hoc interrogauit. ¶ Sed diceret: Quid interrogauit? Respondetur, De quæstionib. legis. Quia scribit Hiero. in epist. ad Paulin. Duodecim annos saluator impleuerat, & in templo sedens, prudenter de quæstionibus legis interrogauit. Et forsitan erat de Christo, an venisset, vel in proximo vêturus esset. *Et dixit mater illius ad illum.* non pater: quia nihil pertinebat ad eum: quia solum erat nutritus & pater curæ, sed ipsa mater erat mater vera, mater intracta, mater benedicta, mater inuolata. Quæ eum portauit cum omni suauitate eum peperit in virginali puritate, nutriuit lacte virgineo cum dulcissima familiaritate. *Et quid fecisti nobis?* Quasi diceret: quare hoc fecisti, vt nobis nescientibus remaneres? Peto fili hoc mihi indica, vt sic dolor meus ex hac re conceptus valeat mitigari. ¶ Nota hic, beata virgo cōmēdatur in verbis multipliciter. Primò in pietate, quia dulciter corripuit & allocuta fuit filium eius: nobis in exemplum, quòd dulci locutione non in furore debemus loqui vnus alteri. Eccle. 6. Verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos. Etiam in corrigendo debet homo exhibere pietatem verborum. Psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia. Nam sicut in Arca testamenti fuit virga Aaron & mēna, Hebr. 9. sic secundum Greg. in pastorali, In pectore correctorū debet esse virga correptionis, & mēna dulcedinis: non furiose inclamando, vel percutiendo. Eph. 6. Patres nolite ad iracundiā prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione domini leniter, & cū māsue rudine, ne sicut amaro animo propter duram castigationem. Seneca: Generosus est animus hominis qui facilius ducitur quam trahitur, duris, s. increpationibus. Ideo Galat. 6. Fratres & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: consideras teipsum, ne & tu teneris. Ratio, quia dicit Greg. Plus in corrigēdis agit benignitas quàm seueritas, charitas quàm potestas. Et sic beata virgo dulciter alloquebatur filium. Secūdo commendatur eius colloquium ad paucitatem, cum additur: *quid fecisti nobis?* & nil amplius addidit, nec verbum iterauit. Ideo de ea legitur, Cant. 4. Fauus distillans labia tua sponsa. Gloss. Labia virginis comparantur fauo mellis propter dulcedinem affabilitatis, sed fauo distillanti propter paucitatem.

Paris Hyem.

m

Sciebat scripturam? Prou. 10. In multiloquio non deerit peccatum: qui autē moderatur labia sua, prudentissimus est, quia leue est proferre verbum, sed graue reuocare. Ideo Prouer. 13. Qui custodit os suū, custodit animā suā: qui autem in cōfiderat, est ad loquendum, sentit mala. Ecclesia. 20. Qui multis vitur verbis, laedit animā suā. Tertio cōmendatur a verbō rū humilitate, quādo dixit: *Pater & ego, praeponēs sibi Ioseph*. Et in hoc dedit exēplū ceteris mulieribus honorandi viros suos, sicut scriptū est Hest. 1. Cunctae vxores tā maiorū quā minorū deserant maritis suis honorem. Ratio, Ephe. 5. Vir caput est mulieris. Sed heu aliquae praesumentes non nunquā de nobilitate generis vel diuitiis, si quas apportāt, maritos paripendūt, plus honorantes canē, dicētes: Ecce canis noster & vir meus veniūt: canem cum alacritate in signū acceptionis, sed virū cū gemitu & nota suspirij in signū detestationis proferētes. Quos & sic nō solum paripendunt, sed etiam vilipendunt dicētes eos non esse dignos thoro suo, eum tamen vir quilibet origine naturā perfectione & sexus ipsius nobilitate dignior multo sit muliere: quae etsi pulchra sit, quid aliud quā sentina putris venustata? De cuius vilitate Prou. 11. Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua. Non sic fecit Maria, quia omni laude dignissima, vt dicit Grego. nō inmemor fuit, Ecclesi. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiā. Secūdo ponitur in exēplū nobis Mariæ dolor, & vehemēter dolere debemus, cum Iesum salutē nostrā amittimus per peccatū. Nam ipsa dicit: *Dolentes quærebamus te*: sic & nos Ierem. 6. Luctū vnigeniti fac tibi plantū amarū. Sed heu aliqui plus tā dolent de amissione temporalium quā aeternae salutis. Vnde Bern. Cedit asina, est qui subleuet: perit anima, & non est qui adiuuet. Debemus eum quærere cum dolore & poenitentia. De quo idem: Quo modo inueniam te o bone Iesu in gaudio, cum mater tua vix inuenerit te cū dolore & tristitia dicens: *Dolentes quærebamus te*. Pro quo sciendum, quōd Maria dolore maximo afficiebatur triplici de causa. Primō propter puerum, cuius inopia compatiēbatur, dicens illud quod Bern. scribit in Homilia super presenti euangelio. Per illud triduum vbi erat bone Iesu? quis tibi ministravit cibum aut potum aut hospitium? Respondet, vt per omnia conformares te nostrae paupertati, & omnes in te humanas miseras susceperes, quasi vnus de turba pauperum, & ipse per ostia mendicabas. Quis dabit me buccellarum tuarum participem fieri, vel saltem diuini illius edulij reli-

quib

quib saginari? Vnde si vocem istius pueri pulsantis ad ostiū mendicando audiuisset, potuisset dixisse illud Can. 2. Vox dilecti mei sonet, vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis. O verē admiranda dignatio, quōd ille qui eadem die infinita milia angelorum pauperat in cælo, & de cuius coquina non solum omnes homines, sed & volucres cæli, bestiae terræ, & pisces maris eodem die plenissimē pasti crāt, ipse vt medicus ab aliis quo vesceretur rogabat, iuxta illud Psal. 39. Ego autem mendicus sum & pauper. Vnde secundum Bern. tribus diebus mendicabat Christus. Prima die diuitibus in exemplum, quod totum sibi aestimabit factum, quod ipsi suis pauperibus faciunt, siue bonum siue malum. Exemplū de beato Martino, qui cum vestisset pauperem, coram angelis suis Christus ab eo sese vestitum fuisse ostendit. Et de beato Grego. qui Christum in forma pauperis hospicio recepit. Mat. 10. Qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Et Matth. 25. Quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Et dicit quamdiu, innuens subsidia charitatiua & beneficia frequentanda fore, & per consequens acceleranda fortiter: quia qui intermittit, non frequenter: sed non protrahenda. Ecclesia. 4. Cor inopis ne affixeris, & non protrahas datum angustianti. Rogationem contribulati ne abiicias, & non auertas faciem tuam ab egeno. Nam vt scribit Iob 36. Iudicium pauperibus tribuit. Vnum quicquid habeunt gloria diuites in regno cælorum, habebūt de gloria pauperū. Luc. 6. Ipsorum enim est regnū cælorū. Vnde sicut aduocatis & corū clientulis ab impetitoribus dantur munera, vt iudicio pro eis aduocent: ita Christus suadet diuitibus dare pauperibus: quoniam qui facit misericordiā, sceneratur proximo suo. Eccl. 29. & Luc. 16. Facite vobis amicos de māmōna iniquitati: vt cum defeciritis, recipiāt vos in æterna tabernacula. Ps. 111. Iucundus homo qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio. Nam Christus qui est iudex, erit eorum procurator dicens: Matt. 25. Venite benedicti patris mei possidere paratum vobis regnum, a constitutione mundi. Secundo die mendicauit Christus pauperibus in solamen, vt propter ipsum voluntariam paupertatem eligentes, inter mundi aduersitates non deficerent, nec inter nos mendicare erubescerent. Vnde in regula sancti Francisci dicitur: Non oportet eos verecūdari, quia dominus Iesus mē dicauit. Vnde sciens multos futuros qui mendicantem impugnant, ipse suo exemplo eam commendauit, Luc. 9. Vulpes

foucas habent & volucres cœli nidos: filius autē hominis nō habet, vbi caput suū reclinet. Quo exēplo dedit magnū solatiū iuuenibus mūdi, qui mundū in iuuetute sua abnegantes, paupertatē voluntariā amplectūtur, exēplo sui regis sub quo militāt. Sicut enim filius regis in exilio positus illos milites cohæredes in regno suo facit cum reuertitur, qui cū ipso voluntarium exilium patiuntur: sic & fecit Christus talibus pauperibus, Luca 22. Vos estis, qui permansistis mecū in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnū. Et quia difficilimum est diuitibus medicare, exēplo duorum iuuenum in legēda Ioannis euangelista: ideo dominus in exēplū & solatiū eis seipsum præbuit, imō & in defensorē & protectorē. Deute. 32. Sicut aquila prouocās ad volandū pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eū atq; portauit in humeris suis: sic & Christus pauperes. Sopho. 3. Derelinquā in medio tui populū pauperem & egenū, & sperabit in nomine domini, quoniā ipsi palcētur & accubabūt, & nō erit qui exterreat. Tertio die medicauit toti mūdo in remediū, vt sua inopia faceret nos æternarū diuitiarum hæredes. 2. Corinth. 8. Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniā propter vos egenus factus est, cū esset diues vt illius inopia vos diuites essetis. Vbi Glor. Diuites sunt omnes in Christū pauperē credētes, thesaurus in regno cœlorū, i. visio Dei absconditā erat in agro corporis Christi, quasi sub terra humanitatis latens Deus. Isa. 45. Verē tu es Deus absconditus, D<sup>e</sup> Israel saluator. Ipse enim est archiminerarius qui ad nos ad modum ignobilis montani fossoris, puta ararij, vel metallarij, thesaurum hunc nobilissimū & pretiosissimū tulit inuolutū terra: & ad modū mercatoris in habitu pauperis per terras periculosas. Sed ista minera purificata fuit igne passionis in cruce, cum apertus fuit nobis iste thesaurus diuinæ visionis. Saccū enim plenū misericordiæ & antidotis spiritualibus misit Deus pater in incarnatione, sciendū in passione. ¶ Secundō doluit beata virgo in triduo propter seipsam. Timebat enim ne in posterū forsūtā digna non fuisset tanti regis aspectu gratioso & alloquio. Quia beata virgo maior delectationem habuit ex eius intuitu quā habuerunt primi patres ex amœnitate paradisi: quoniā fructus huius virginis excessit omnes fructus paradisi: quia piē credendum est, q̄ mater Iesu pluries est admittā cōtemplari intuituē diuinitatem filij, quia diuinitas redūdabat, & resplicēbat in carnē, & quia timuit quod talē lætitiā amisit, doluit. ¶ Meritō dolebat pro-

pter

pter omnē populū, quē per Christum liberandū audierat & saluandū, iuxta dictū angelicum, Mat. 1. Ipse enim saluum faciet populū suū à peccatis eorū. Chryf. Ipsa purabat q̄ ad cœlos ascendisset: Vnde cōpatiens virgo humano generi potuit dicere illud Thre. 3. Diuisiones aquarū deduxit oculus meus in cōtritione filix populī mei. ¶ Tertio beata virgo ponitur nobis in exēplū solliciti operis, cū dicitur, *Querebamus te.* Vnde beata virgo quæsiuit puerū festinatē, quia statim, nobis in exēplū, vt nō tardāremus. Isa. 55. Quærite dominū, dum inueniri potest: inuocate eū, dū propē est, s. in præsentī tēpore: nō expectādo vsq; ad seniu vel vsq; ad mortē, nec claudatur vobis ianua vt fatūs virginibus. Mat. 25. Nouissimē verō venērūt & reliquæ virgines dicentes: Domine dñe aperi nobis. At ille, scilicet sponsus respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos: Nam qui quærit florem in hyeme, siue in nocte, nō inuenit: sic & qui Dei gratiam & misericordiam post mortē. Prou. . Qui manē vigilauerint ad me, inueniēt me. Sicut fructus non inuenitur, vbi flos non apparuerit: sic nec post hanc vitam quod in præsentī non quæsiisti. Luca 16. de diuite, qui quæsiuit misericordiam post hanc vitam, dicens: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingam extremū digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Sed misericordiam non inuenit, quia hic non quæsiuit. Iudicium enim sine misericordia fiet illi, qui non facit misericordiam. Iaco. 1. ad Gala. 6. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Restat igitur, vt qualis quisque in futuro esse velit & debeat, talem in præsentī exhibeat. Et si in futuro velis esse apud Deum, quære hic eum. Bernard. super Cantu. Attende tres esse causas, quibus quærentes frustrari solent. Cū non tempore quarunt, aut non modo quo oportet, aut non vbi oportet. Vnde Isaia 5. Quærite dominum dum inueniri potest. Erit enim absque dubio tempus, cū inueniri non poterit. Grego. 18. Morali. c. 20. Clamorem eius angustix tempore dominus non audit, qui tranquillitatis tempore in præceptis suis clamantem dominum non audit. Et c. 21. Hinc etiam propheta ait: Quærite dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dū propē est. Modō enim non videtur dominus, & propē est: tunc videbitur, & propē non erit: nec dum in iudicio apparuit, & si quæratur, inuenitur. Nam miro modo cū in iudicio apparuerit, videri potest & non inueniri. Præsens ergo tempus est in quo eum quære debemus & inuenire possumus. 2. Corinth. 6. Ecce nunc

tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, De quo Galat. 6. Ergo dum tempus habemus, operemur bonū: Post hoc enim erit tempus, in quo operari non possumus. Apoc. Iuravit angelus per viuentem in secula seculorum, &c. quia tempus non erit amplius, s. misericordiar, sed iustitiar. ¶ Secūdo quæsiuit eum diligenter, *Inter cognatos & notos*: & viceuersa pergens in Hierusalem. & iterum quærens eū: Sic & nos & primò quidē sicut diligenter quærit fontem, cuius domus ardet. Amos 5. Quærite dominum & uiuite: ne forte comburatur ut ignis domus Ioseph, i. cor peccatoris quod igne diaboli accenditur. Mich. 6. Adhuc ignis in domo impij. O quā horribilis incēdiarius est diabolus! nā prunas ardere facit anhelitus etus. Iob. 41. Halitus eius prunas ardere facit, & flāma de ore eius egreditur. Qui hunc ignem extinguere uult, quærat fontem misericordiar, s. Christum, dicendo cum Ps. 41. Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum. Secūdo quæramus diligenter, ut famelicus panē, Ioan. 6. Ego sum panis uitæ, panis enim Dei est qui de cælo descendit, & dat uitā mundo. Ideo confortat nos in via, qua ad patriam pergimus, ut figuratur 3. Reg. 19. Helias confortatus pane subcinericio ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus usque ad montem Dei Oreb. Hunc panem debemus hīc quærare, ne in via moriamur fame, Marci 8. Si dimiserō eos ieiunis in domū suam, deficient in via. Ps. 103. Panis eor hominis cōfirmet. ¶ Tertio diligenter, ut motiturus uitam. Ioan. 14. Ego sum uia, ueritas, & uita. Et qui hac uita caret, mortī appropinquat. De quo 2. Paral. 15. Si quis non quæserit dominum Deum Israel, moriatur à minimo usque ad maximum, à uiro usque ad mulierem, Ideo Psalm. 8. Quærite dominum, & uiuet anima uestra. Bernard. Nil dignius ad quærendum, nil dulcius ad inueniendum, nec utilius ad habendam quā dominum Iesum. Sapient. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, scilicet sapientia diuina. Thre. 2. Bonus est dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. ¶ Ideo diligenter debemus quætere pede, manu, oculo, & ore. Primo pede, id est, affectu. 2. Paral. 15. In rota uoluntate quæserunt eum & inuenerunt. Greg. Qui perfectē Deum desiderat, illum habet quem amat. Secūdo manu, id est, operatione. Ps. 76. Deum exquirit manibus meis. Quia dicit Ambro. in lib. de offi. & habetur 86. distin. non satis est bene uelle, nisi assit benefacere: neque satis est iterum benefacere, nisi ex bono fonte procedat, hoc est, ex bona uolun-

tate

tate proficiatur. Tertio debemus quætere oculos, inspicendo scripturas & uitas patrum. Ioan. 5. Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habere. Et illa sunt, quæ testimonium perhibent de me. 2. ad Tim. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendū, ad arguendū, ad corripiendū, ad erudiendū in iustitia, ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonū instructus. Quarto debemus Christum quætere eum Maria ore & prudenter, quia in templo, non in teatro, non in chorea, nec mūdi solatio. Quia ut elicitur ex Iob 28. Vbi quis inuenitur, ibi est locus eius. Et ibidem: Sapientia ubi inuenitur, & quis est locus intelligentiar? Subdit: Non inuenitur in terra sua uiter uiuentium, ut quæsiuit eū sponsa. Can. 3. In lectulo meo per noctē quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui & non inueni. Ecce dicit in lectulo, mundanæ, scilicet & malæ delectationis. Et subdit: Et per noctē prauæ & uariæ cōcupiscentiar nō inueni. ¶ Quinto cum humilitate & reuerentē, quia superbis inueniendum se non præbet, sed resistit & abscondit se. Resistit. Iac. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Abscondit. Mat. 11. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, imò & illos esse secum nō admittit. Iob. 28. Mare loquitur, non est mecum, id est mens superba quæ intus mescit ut mare. Isa. 51. Impij quasi mare feruens quod quiescere non potest: & ideo superbi noc inueniunt eum. Iudith. 9. Nec superbi ab initio placuerunt tibi. Sapient. 11. In simplicitate cordis quærite illum. Subdit Iob. 8. Abyssus dicit, nō est in me, id est, auaritia, quæ est quasi sine fundo mēto. Eccl. 5. Auarus non implebitur pecūnia. Et tales similiter nō inueniunt eum. Ephes. 5. Auarus, quod est idolorum seruus, nō habet hereditatem in regno Christi & dei. Ecclesia. 10. Avaro nihil est celestius. Quæ enim participatio iustitiæ cū iniquitate? 2. Corin. 6. Scribit enim 47. dist. sicut hī. Mens auari semel uinculis cupiditatis astricta, semper aurum, semper argentum uidet, semper reditus computat: gratius intuetur aurum quā solē: & per consequens plus quærit aurū quā deum. Quia subditur ibidem: Ipsa eius oratio & supplicatio ad deum aurum quærit. Sed ubi quæritur humiliter & reuerentur, ibi inuenitur, scilicet in templo, id est, hominis corde per deuotam & humilem orationem. Aug. Si oratio pura & humilis fuerit, nō uacua redibit, sed imperat quod postulat, & inuenit quod quærit. Ps. 10. Dominus in templo sancto suo. Nam ibi inuenit eū mater eius in medio doctorū. Et sequitur

*Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentiam & responsivum eius. Aulieb. mt. dico, sicut ita sublimia loquentem. De quo Sapiens. Iuuenis & acutus inueniatur in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur in me. Tacentem me sustinebunt, loquentem me respicient, & sermocinante me plura, & manus ori suo imponent. Beda: Diuina lingua prudentiam prodebat, sed infirmitatem humanitas prae-  
 tendebat. Tunc subdit: *Et videntes, s. mat. & Ioseph. mirati sunt.*  
 ¶ Sed diceret: Tamen sciuerunt eum Deum, quomodo tunc mirati sunt de prudentia eius? Respondetur, quod de prudentia & potentia eius minimè dubitauerunt: sed nesciebant quādo, vel quā aetate suā sapientiam esset ostensurus, eò quod scriptum est Io. 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Et sic, quia de tempore ostensionis suae prudentiae non erat instructi, ideo mirabantur, dicentes: *Fili quid fecisti nobis, ut remaneres nobis ignorantibus? Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te.* Si modo de Cassia: Anxia erat mater de filio: sed cum reperit eum alta agerem in templo in doctorum medio sedentem, stupebat & exultabat. Et non impediuit verba doctorum suis sermonibus, sed filio praebuit auditum. Finisque verbis eum primo alloquitur.*

¶ *De cura parentum erga liberos, & quo discrimine sint à parentibus filij corrigendi.*

## ENARRATIO II.

**F**ili quid fecisti nobis? Pater tuus & ego dolentes querebamus te, &c. Luc. 2. In residuo textu huius euangelij duo inuenerunt. Primo matris commendatio de maternali clemētia. Secundo filij collaudatio de filiali obedientia. Primum ibi: *Fili quid fecisti nobis?* Secundum ibi: *Descendit cum illis.* ¶ Dixi primo commendatur Maria de maternali clemētia cum dicitur: *pl.* Simon de Cassia: Ipsa videns & audiens tantam sapientiam & prudentiam sedentis in medio doctorum, non potuit amplius continere affectum, quin in verba excessiui amoris prorumperet. Et fortassis non solum ex auditu sapientiae & prudentiae eius, sed & ex amore, quo nihil efficacius ad prouocandum materna viscera, quam verbum filij dicens: *Fili quid fecisti nobis,* pie interrogans animum suae mansionis, quid, i. propter quid quia sciebat quod sine causa non remansit: *fecisti nobis,* quasi diceret: Nos non fecimus, quia non fuit nostra negligentia, sed tua voluntas & prouidentia. *Et ait ad illos: Quid est quod me auerabatur?* Non est verbum indignantis, sed humiliter se excusantis. Si modo de Cassia: Quasi diceret: Creditis me errare, an non potius, quod venerim homines saluare: nunquid tu mater audisti ab an-  
 gelo

gelo? Ecce concipies in utero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum? Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur. Nunquid tu Ioseph, angelica oracula acceptisti? Quod in eam natum est, de spiritu sancto est? Si igitur hominem purum me creditis, non mirum quod me queritis: quia faciliter omnis homo errat, nisi Deus eum dirigat. Si autem me Deum creditis & queritis humanitate vestitum, quid doletis quaerendo? Deus errare non potest, nec sine ratione aliquid etiam minimū facit. *Quid ergo est quod me querebatis? ne sciebatis quia in his quae patris mei sunt oportet me esse?* quasi diceret: Descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me patris. Quasi diceret, Potius debeo respicere eum, cuius sum aeternus filius secundum naturam diuinam, quam te cuius sum filius temporalis secundum naturam humanam. Nobis in exemplū, quod oportet Deo magis obedire quam hominibus. Act. 5. Et Aug. Amandus est genitor, sed preponendus creator. *Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos.* Ratio Bedae, quia non fuerunt attentī: ex quo de sua loquebatur diuinitate: tū quia prius non consueti, tum quia ita vehementer erant gauisi de inuentione, quod non perceperunt mente verba eius, tum quia ex vehemēti admiratione rei facta erant quasi extra se rapti, quod illa verba considerare non valuerunt. ¶ Elicitur ergo ex illo textu euangelij, quo modo se parentes debeant habere erga filios eorum. Primum tenentur eos inducere ad Dei seruitium, & ad eius cognitionem. Ecclesia. 7. Filij tibi sunt, erudi illos, scilicet bona & salutaria docendo, praesertim Pater noster, symbolum, & Dei mandata ut seruent illa, quia sine eis adulto non est salus. Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et ut libenter vident. Ecclesiam, & verbum Dei audiant: Exemplo Christi, qui cum esset 12. annorum, ibat tempore festiuitatum consueto cum parentibus in Hierusalem. Quia secundum Gregor. Cibus animae est verbum veritatis. Et non duntaxat debent eos inducere ad bonum faciendum, sed etiam ad malū vitandum, ut habeant Deū praeculis, & timeant eū, ut Tobias dixit filio suo, Tob. 4. Fili omnibus diebus vitae tuae in mente habeto Deū, & caue ne aliquando peccato consentias, & praetermittas praeccepta Dei nostri. ¶ Secundo debent patres docere pueros quomodo se debent habere ad proximos. Et sunt duo quae debent exhibere proximo, scilicet pietatem & fidelitatem. Pietatē ut sint pauperibus misericordes. Luc. 6. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Et ad Ephes. 4. Estote autē inuicē benigni & misericordes, donantes inuicē

sicut & Deus in Christo donauit vobis, Ratio. Hiero. ad Nestorianum: Non memini legisse me aliquem mala morte mortuum, qui in operibus misericordiae se exhibuit sedulo. Propter quod docuit Tobias filiū suum, Tob. 4. Ex substantia tua fac eleemosynā, & noli auertere faciem ab vilo paupere. Ita enim fiet, vt nō a te auertatur facies domini. Et cum hoc etiā doceant eos, vt non derideant pauperes, & vt cæcis ducatum præstent. Prouer. 18. Qui dat pauperi, nō indigebit: qui despicit deprecātē, sustinebit penuriā. Sic Tobias docuit filiū suū, Tob. 4. Quomodo poteris, ita esto misericors: si multū tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguū, etiā libetē impertiri stude. Præmiū enim tibi bonum thesaurizas in die necessitatis, quoniam eleemosina ab omni peccato & à morte liberat, & nō patitur animā ire in tenebras: fiducia magna erit corā summo deo eleemosina omnibus facientibus eā. Tertio doceāt, patres filios suos quomodo se debent habere ad seipsos, v. castē, piē, & sobriē viuēdo. Ad Tit. 2, Sobriē, & iustē, & piē viuamus in hoc seculo. Primō iustē, quo ad proximū retinendo fidelitatem. Et pertinet ab membrū prius dictū, vt videlicet doceant eos esse fideles proximis: non inferentes damna in rebus, neque in fama. Primō in rebus. Exod. 20. Non furtū facies, quia tenetur ad restitutionem: etiam si alicui reciperet manū plenam cum graminibus contra voluntatem suam, vel si in pecoribus depaleceret. Simile est de fructibus & pomis. Aug. Peccatum non dimittitur, nisi ablatū restitatur. Nec vāquā verā potes agere penitentia nisi restituas, si habes, 14. q. 6. si res. Si res aliena propter quā peccatū est, reddi possit, & non redditur, penitentia nō agitur, sed simulatur. Si autē veraciter agitur, nō remittitur peccatū, nisi restitatur ablatū. Et sunt verba Aug. in epist. ad Macedoniū. Secundō nō in fama. 6. q. 1. deteriorēs, inquit Anacletus papa: Deteriores sunt, quōs doctorū viam morēsque corrumpunt, quā qui substantias aliorum prædiāque diripiunt. Ipsi enim ea quæ extra nos sunt, licet nostra sint, auferunt. Nostri verō detractores & morū corruptores, siue qui aduersum nos armātur, propriē nos ipsos decipiunt: & iustē infames sunt, & meritō ab Ecclesiā extorres sunt. Et in ea. sequenti dicit Alexander. Summa iniquitas est detrahere. Vnde scriptū est: Omnis quī detrahit fratri suo, homicida est: & omnis homicida non habet partem in regno Christi & dei. ¶ Secundō iustē quo ad seipsum, vt continentē & castē viuant, & innocentia suam deo offerāt: quia habetur in canone 33. q. 5. Tunc saluabitur: Parentibus cedat

ad

ad salutem, vt moneant filios ad seruandam virginitatem: vt quod non habent in seipsis, diligant in filiis. Inquit enim ibi Hieron. Tunc saluabitur mulier, si illos genuerit filios, qui permansuri sunt virgines: si quod ipsa perdidit, acquirit in liberis, & damnū radicis & carnē in flore cōpenset & pomis. Et carnem. Glo. id est corruptione suæ carnis: flore & pomis, i. filiis qui dicuntur flos & poma, sicut mater radix. Et sic Tobias docuit filiū suū ca. 4. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione. Ratio ad Eph. 6. Omnis fornicator & immundus non habet hereditatem in regno Christi & dei. & t. ad Cor. 6. Adulteri & fornicatores regnum dei non possidebunt. ¶ Item instituunt eos, vt piē viuant. ad Tim. 4. Pietas ad omnia utilis est, maxime ad promissionē vitæ æternæ, vt subditur: Promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futura. Itē vt sobrij sint, ad Tit. 2. Iuuenes similiter exhortare, vt sobrij sint. Ratio, quia dicit Seneca: Ebrius est omnium vitiolorum seruus. Et Eph. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Aug. Ebrietas est omnium vitiorum mater, genitrix omnium culparum, & radix criminū. Ideo Isa. 5. Vt qui potentes estis ad bibendum vinum, & viti fortes ad sectandā ebrietatem, quia ebrietas excæcat conscientiam, & repellit rationem. 15. q. 1. sanē. Et sunt verba Ambrosij in libro, de patriarchis: Sanē diximus vitandam ebrietatem, per quam crimine cauere non possumus. Nam quæ sobrij cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus. Nesciunt quid loquantur, qui nimio vino induigent, iacent sepulti. ¶ Quartō tenentur eis præbere bonum exemplum. ad Tit. 2. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum: quia dicit Casarius: Quanta exempla humilitatis, & virtutis ostendis, tanta paternā bona in cœlis possidebis. Sed heu iam multi docent eos potius chorizare, superbire, vestes pretiosas illis ad elationem emunt, vt cum pompa ornatiores ad choreas accedant. De quibus & Gulielmus Lugd. Qui filias suas ornant vt eas ad choreas mittant, quasi festucam vngunt, vt melius ardeat. Et Ouidius: Decipimur cultu, auro gemmisque teguntur. Pars minima est ipsa puella sui. Aliqui verō sunt parentes, qui filios suos inebriant, & crapulose viuendo malum exemplum eis præbent. De talibus dicit Gregorius: Tot est dignus mortibus, quot mala exempla transmittit. ¶ Quintō tenentur parentes filios suos corrigere, quia non sufficit quod instituunt eos in bono, sed oportet etiam vt corrigant eos virgis, si excedant. Prouerbiorum 13. Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui

qui autem diligit illum, instanter erudit. Eccle. 30. Qui diligit filium suum, assiduatur ei flagella, ut lateatur in nouissimō suo. Nam de omnibus peccatis quæ filij perpetrant vob obedientia patrum, parentes reddent rationem. Aduertat igitur parentes, quod licet bonæ vitæ sint quo ad se, ob negligentiam tamen disciplinæ erga filios suos nonnunquam demereri & offensam dei incurrere possunt. Rom. 1. Digni sunt morte non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus: Verbi gratia: Si mater & pater non peccat mortaliter, sed permittunt filium & filiam, quos adhuc in potestate habent, peccare mortaliter, & non corrigunt, si sic sine penitentia moriuntur, æternaliter damnantur. ut etiam habetur de hæreticis, ca. qui alios. Qui alios ab errore non reuocat dum potest, seipsum errare demonstrat: ut factum est de Heli sacerdote, 1. Reg. 2. qui audiuit, quod filij sui inhonestè se habebant in templo, & quod dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostia templi: sed lenitè corripuit eos dicens: Non est bona fama quam audio ut transgredi faciatis populum Domini. Vnde dicit Rupertus super librum Sapientie: Heli sacerdos propter negligentiam castigandi filios suos damnatus est. Cui cononat Beda: Heli filios delinquentes ferire noluit, ideo seipsum apud Deum crudeli damnatione percussit. Sed dicunt aliqui: Ego diligo eos tenerrimè, nec regescere possum, ut quantumlibet parum castigem illos. Respondeo tibi: Hoc non est charitas sed infirmitas, ut habetur in can. 23. q. 5. non putes. Et est August. Non putes te tunc amare seruum tuum, quando eum non cædis: aut tunc amare filium tuum, quando ei non das disciplinam: aut tunc amare vicinum tuum, quando eum non corrigis. Non est ista charitas, sed languor. Ferueat charitas ad emendandū, ad corrigendū: si sunt boni mores, delectet: si autē sunt mali, emendentur. Idē ad Lotharium: Qui vitis nutriendis parcit & fauet, ne contristet peccantium voluntates: tam nō est misericors quam qui nō vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantē & nō timer, ne vulneratum dolcat vel extinctū. Et ibidem, q. 4. c. debet homo, parag. mali, dicit Aug. Mali sunt prohibēdi à malo & cogendi ad bonum. Et in c. h. ea, inquit idem, Si ea quibus Deus vehementer offēditur, insequi vel vicisci differimus, ad irascendum vtriusque diuinitatis patientiam prouocamus. Et in c. qui crudele: Non est veræ dilectionis signum, ubi dimittitur peccatum impunē tum. Exemplo Mosi, qui pro idololatriæ ex dilectione orauit, & tamen ex zelō dei peccatum in nonnullis gladio puniuit.

Exo.

Exo. 32. Et in ea ipsa pietas: Aug. ait Bonifacio, Molestus est medicus furenti phrēnetico, & pater indisciplinato filio: ille ligando, iste cædendo: sed ambo diligendo. Si autē illos negligant & perire permittat, ista potius falsa manufactudo est cū delitas. Sed diceret: Quomodo pueri, sunt corrigendi? Responderetur, quod sunt in duplici differentia. Primi sunt boni, & peccant quandoq; ex fragilitate. Eccl. 7. Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonū & nō peccet, s. venialiter. Tales sunt cum benignitate corrigendi, exēplo Mariæ. Luc. 2. *Fili quid fecisti nobis?* Secundi verō sunt prauī & obstinati, & correctio mitis non proficit in eis. Ideo tales sunt corrigendi cum aspera virga. Prou. 13. Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, nō morietur, tu virga percutes eū, & animam eius de inferno liberabis. Ergo quando audis puerū tuum iurare, blasphemare, debes eū aspera virga acriter castigare. In hoc enim latificabis deū & matrem eius & omnes sanctos, & tibi mereberis coronam vitæ. Sed dicunt aliqui: Adhuc insipiens est. Audi quid dicat Salomon Prou. 22. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Nam ex correctione sentit se malè egisse, & postea cauebit: sin autem rides, tunc æstimabit se bene fecisse, & assuescit. Ideo Eccl. 7. Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Nam oportet, quod pueri corrigantur, quia natura humana est infecta per originale peccatum, & inclinata ad malum. Gene. 8. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescentia sua. Et quando puer agit secundum inclinationē naturæ, tunc assuescit & solidabitur ex consuetudine in malis: quam postmodum vix potest deponere. Prou. 22. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, nō recedet ab ea. Verbi gratia: Cū aliquis semel irascitur & postmodum iterum atque iterum: sic tandem assuescit, & fit homo iracundus. Similiter si mentitur crebrius vel furatur, assuescit: & fit mendax & fur. Cui etiam si permiseris propriā voluntatem, fit vagus & indomitus. Ideo Eccl. 30. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps. Curua ceruicem eius, & tunde latera eius dū infans est. Quasi diceret: noli expectare senium. Et hoc est cōtra illos, qui blandiciis lactant & delinunt illos, collidunt, & pro quibuslibet insolentibus arrident, dicentes: Ah quid hoc? puer est. De quibus Prou. 22. Lacta filium tuum, & pauentem te faciet: lude cum eo, & contristabit te. Non corideas illi ne doleas: & in nouissimo obstupescent dentes tui.

Non



Non enim sic relinquendi sunt suæ voluntati, vt otio & vanitatibus torpescat: sed ridigē pro viribus & capacitate ad opera duriora exercendi. Ibidem: Non des illi potestatem in iuuentute & ne despicias cogitatus illius. Doce filiū tuum, & opera in illo, ne in turpitudine illius offendas. Itē sunt alij stolidi faciores bestiis, qui pueros pedibus calcant, tradūt, ad caput percutiūt, & fasuos nonnunquā faciunt, quibus & plerunque horribonis verbis maledicant, in hoc grauius Deū offendentes. Contra quos Rom. 12. Benedicite, & nolite maledicere. Ratio Apost. Tim. 4. Omnis creatura dei bona, propter quod nec irrationali creaturæ dei licet maledicere, & multo minus hominibus, vel parentes filiis. Quia 1. Corin. 6. Etiam de maledicis dicitur, Regnū dei nō possidebūt. Scribit namq; Casarius exemplū de quodā puero quem diabolus cū corpore abstulit propter maledictiones parentū, quod amplius parentes illum nunquā viderūt. Et hoc deus permisit in terrore aliorū parentū, ne pueris maledicant. ¶ Sexto parētes tenentur filiis in hereditate res iustas relinquere. Psā. 36. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorū multas. Sed heu iā plures mentiuntur, & fallūt, emendo & vendendo & iniuste cōgregando & acquirendo, quod relinquunt filiis in hereditate, se damnant & filios, saltē seienter, quia facientes & consentientes pari pœna constringuntur, vt habetur de off. iud. dele. c. 1. 86. d. c. facientis 17. q. 1. c. viduas. & 17. q. 4. c. omnes. Cui cōsonat Apost. Rom. 1. Non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, digni sunt morte. Et fiet tunc quidam perpetua altercatio in inferno inter eos, vt verū sit illud Eccl. 41. De patre impio quærentur filij, quoniā propter illum sunt in opprobrium. De quo legitur exemplum, Quidā vsurarius habuit duos filios, quorum vnus cōpunctus ex quodam sermone dixit: Pater si moriemur in ista vita, moriemur vtrique in corpore & anima. Ergo redde vnicuique quod debes. Cui pater & alius frater, vis tu esse confessor noster? Vade si mori volueris, & nos permanebimus in bonis nostris: Qui tacuit, eremum intrauit, & omnia reliquit illis, & paupericam vitam duxit. Tandē pater moriebatur, & post aliquot dies frater. Inrelligens autē eremita eorum mortem, voluit scire eorum statum, & petiit deum, vt sibi reuelaretur. Cui quadā die in oratione constituto, apparuit angelus domini, dicens ei: Veni & ostendā tibi eos, & duxit eū in montē, dicens: Si vis videre patrem & fratrem tuū, ostendā tibi eos. At ille: Volo. Et vidit vallē montis fumigantē, & foucā valde profundā & igneam, in qua

[primò]

primò vidit patrem suum bullientem in igne, sicut ipsum in olla magna, clamantē: Vē vē, maledicta hora in qua natus sum Quem cum audisset eremita, tremuit, & dixit: Pater mi es tu hic? Qui respondit: Sum, sed bene tibi quod timuisti Deum, & cauisti illam speluncā & pœnam. Et interim quòd loquebar cum patre, venit frater natus in igne sursum sicut pisum in olla. Et cepit frater maledicere patri, dicens, Maledicte tu, quia iniuste acquisita super me hereditasti. E conuerso pater, Maledictus es tu, quia propter te feci acquirendo & tenendo hæc bona iniusta, & æterno bono me priuau. A quibus interrogauit eremita, si aliqua suffragia possent eis prodesse, qui dixerunt: Nō, quia in inferno nulla est redemptio. Et sic cum magno eiulatu recesserunt ad pœnā infernalem. Eremita verò pœnitentiam maiorem egit in conspectu domini, quàm prius: & sic saluatus est à pœna. Ideo Eccl. 5. Noli anxius esse in diuitiis, iniquis. Nihil enim proderunt in die obductionis & iudicij. Fac igitur sicut ille pater fecit, qui etiā multa bona acquisiuit per phas & nephas, mendacia & deceptiones. Hic cum audisset semel prædicari illud dictū Augustini: Si teas obulum minus iuste acquisitum, teneris à diabolo: mente cōpunctus cepit hereditates vendere, & vsuras receptas restituere his quos sciuit: pro ignoratis verò cepit elemosynas præbere pauperibus. Hoc vident eius filius, quòd pater ita dispergeret patrimoniū, cepit alloqui patrem quid faceret, an vellet eum priuare hereditate paterna? Respondit pater, Fili diligis me? respondit filius, imò. Respondit pater, Pone digitum in ignem. Cui filius: Quare hoc cui pater, Fac in signum dilectionis meæ. Et ille applicuit digitum ad ignē, sed citò retraxit. Cui pater: Adhuc semel pone digitum in ignem. Cui filius: Et quid prodesset tibi si ego cōburerem digitum meum? Cui pater: Si non vis comburere digitum propter me, quare tunc ego debeo tradere corpus & animam in ignem æternam propter te: si dimisero tibi hereditates malè acquisitas, malè mihi.

¶ Quā obedientiā, ac orationū viri suū debeāt filiis suis parētibz.

## ENARRATIO III.

**E**st subditus illis. Luc. 2. Istud est secundū mēbrum prædictæ diuisionis, in quo, vt dixi, inuitur filij collaudatio de speciali obedientia. De quo subdit in textu: *Descendit cū illis, &c.* Vn de descensus potest capi dupliciter. Vno modo quoad sitū & rē gestā. Alio modo quo ad mysticū intellectū. Primus est descensus corporalis, quia Nazareth est in valle respectu Hierusalem

salem. Secundus est mysticus & spiritualis, s. descensus veræ humilitatis. De quo dicit Ber. in sermo. de ascensione: Si ascendere desideras, necesse est ut descendas, id est, te veraciter humiliter. Simo de Cassia: Nisi animus hominis ad ima descendit ab altitudine sui cordis, & ab arce elationis & propria reputationis, non habebit virtutem veræ humiliationis: quia fecundus Greg. Humilitas est virtus, qua homo verissima cognitione sibi ipsi vilescit. Ideo Chry. Descendit, cum quibus prius ascenderat, s. cum Ioseph & Maria. Simo de Cassia: Ex hoc magna dignitas virginibus est orta, & Christus duabus virginibus est subditus, s. Maria & Ioseph, ad ostendendum, quod Christus illis obediuit, & illorum complevit desideria, qui se puritati & munditiæ tradiderunt, & illis vult esse familiaris, sicut amico. Prouebior. 22. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem. ¶ Unde de obedientia loquendo considerare debemus primò formalitatem, secundò eius utilitatem. ¶ Primò formalitatem, s. in qua forma debemus obedire. Et circa eam septem nobis necessariò obseruanda occurrunt. ¶ Primò quòd obedientia debet esse voluntaria, ut dicamus cum Paulo, Actuum 9. Domine quid me vis facere? & non cum murmure, ut quod iubemur inuitè faciamus. August. Nemo inuitus benefacit: nec potest esse bonum quod facit. Ideo S. Benedictus in regula: Tunc obedientia est acceptabilis Deo & hominibus, quando si quid iubetur, non cum murmure, sed voluntariè perficitur. Secundò debet esse pura, scilicet propter Deum. Bernar. Intendere Deum & propter Deum. Inquit enim super Cantic. Intendere non in Deum sed in seculum, secularis animæ est. Intendere quasi in Deum & non propter Deum, hypocritæ est: intendere in aliud quam in Deum, sed propter Deum, non Mariæ, sed Marthæ opus est: intendere autem in Deum propter solum Deum, hoc planè est Mariæ, non intentionis bipertitæ: sed habere faciè pulcherrimam sicut turturis: pudica enim auis est, & conuersatio eius non cum multis: sed solitaria sedet & gemit. Nā intentio est oculus animæ. Mart. 6. Si oculus tuus, id est, intentio simplex fuerit, totum corpus lucidum erit, id est, opus. Ideo 1. Petri. 1. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi, sicut præcipienti, siue ducibus tanquam ab eo missis. ¶ Tertio iucunda, ut non ex tristitia aut necessitate obediatur, ne sicut Simon Cyrenæus in angaria Christi crucem portet: sed gaudens cum S. Andrea crucem suscipiat, 2. Corinth. 9. Hilarem datorem diligit

diligit Deum. Quartò debet esse simplex, non discutendo voluntatem prælatorum, nec inquiredo cur & quare aut ad quid, unumquodque fieri debeat. De quo Bern. Multos inquit, videmus multas facere quæstiones, quare hoc & unde venerit, quis hoc consilium dederit, inde murmuratio, excusatio, impassibilitas, simulatio, & amicorum conuocatio oritur. Ideo Mat. 10. Estote simplices sicut columbæ, & non duplices. Iaco. 1. Vir duplex animo incostans est in omnibus viis suis. ¶ Quintò debet esse recta, s. quòd non sit contra Deum. Act. 5. Magis obedire oportet Deo, quam hominibus. Sextò debet esse festina. Aug. Pauendum est, ne mora transiens periculum contrahat. Velociter enim currit sermo Dei, & velocem desiderat auditorem. Nec dubium est quin ampliorem mercatur gratiam qui se paratum exhibet ante mandatum, quam qui post mandatum satagit obedire. Idem: Hic verè obedit, qui mox ut quid imperatum fuerit, adimplere studet: nam verus obediens mandatum non procrastinat, sed parat aures auditui, manus operi, pedes itineri, & se totum intus colligit, ut mandatum peragat, dicens cum Ps. 56. Paratum cor meum Deo, paratum cor meum. Vbi dicit Bern. Paratum ad aspera paratum ad humilia, paratum ad aduersa, paratum ad sublimia, paratum ad vniuersa quæcunque præceperis. ¶ Septimò debet esse firma, id est, perseverans. Eccl. 5. Esto firmus in via domini. Bernar. Ad veram obedientiam exigitur, ut sit patiens in corde, & perseverans in opere. Mat. 10. Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Et sic Christus incepit obedire in iuuentute, & perseverauit usque ad mortem. Philip. 2. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Vbi Ber. Mementote fratres, Christus ne perderet obedientiam, perdidit vitam: sic & quilibet religiosus prælati suo obediatur loco Dei. Luc. 10. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Berna. Quicquid vice Dei præcipit homo, quod tamen non sit certum displicere Deo, haud secus omnino accipiendum est, quàm si præciperet Deus. Ergo religiosi gaudenter ac promptè obedire debent suis prælatis: nam obedientia replet hominem virtutibus, Greg. Obedientia sola est virtus, quæ cæteras virtutes meti inferit: inferitque custodit & perfectos facit. Aug. Obedientia est in creatura rationali sub potestate Dei degenti verissima virtus, mater quoque custoditque virtutum. ¶ Secundò debemus considerare obedientie utilitatem. Et prima est, quòd obedientia inducit operum meliorationem. Verbi gratia, Si proponeres maius bonum facere, &

ex obedientia præceptoris faceres minus illud mihi est plus meritorium & illud malus nil valeret contra obedientiam, De quo Aug. Melior est una obedientia, quam virtutes omnes: quia omnia opera virtutum sine obedientia sunt vitia. Cui cõsonat Bern. de noua militia. Nec studiũ bonæ actionis, nec orũ sanctæ cõtemplationis, nec penitentis lachryma valet sine obedientia. ille optimus est qui pro viribus in omnibus licitis obedit, & non contradicit suis superioribus. ¶ Secunda vtilitas obedientiæ est quod causat orationis exauditionẽ. De quo Greg. Si obedientes fuerimus præpositis nostris, Deus obediens orationib⁹ nostris. Tertia vtilitas obedientiæ, est quod facit miraculorum operationẽ. De quo scribit Grego. in Dialog. quod S. Benedictus videns in spiritu, Placidum puerum submergendũ, mādauit Mauro monacho, vt citò curreret ad subueniendũ. At ille præceptis abbatis Benedicti obtemperans & citò currens, perrexit super aquas, sicut super terrã, & per capillos extraxit puerum. Ideo Aug. Obedientia est origo omnis boni atq; perfectio. Quarto operatur meritũ augmentationem & accumulationem, quia frequenter meretur, quia si surgit, dormit, tacet vel loquitur ex obedientia, semper meretur. Sed diceres: Hoc fit ex necessitate quæ nõ habet meritum: quia dicit Aug. Operum nostrorum repromissor non vult in opere suo tepidũ, respicit fastidiosum, & recusat coactũ. Respondet idẽ: Felix necessitas, quæ ad meliora cõpellit, Nõ te peniteat, imò gaudere debes tibi nõ licere quod cũ de trimẽto liquisset, s. cum detrimento meriti. Illum dicẽte bene vixisse, cõputa in quo voluntatem propriam abuegasti, & desideris tuis restitisti, quonia illum sine transgressione perduxisti. Ansel. Sicut qui dat arborẽ cum fructu, plus dat quàm qui dat fructũ solũ: sic qui renunçiat propria voluntati & facit opus ex obedientia prælati, plus dat Deo, quàm si faceret ex proprio arbitrio. Quinto obedientia cooperatur ad regni Dei ingressionem. Greg. Obedientiæ est clauis paradisi, via cœli: Sicut enim per inobedienciã eieci sumus de paradiso: sic per obedientiã reingredi merebimur. Vnde sicut tres Magi Mat. 2. per aliam viã reuersi sunt in regionẽ suam: sic nos per obedientiã viam. Aug. Sola obedientia tenet palmam, sicut inobediencia ruinam. Idem: Obedientia est origo omnis boni atque perfectio. Econtrario inobediencia est origo omnis mali. Aug. O quã detestabile vitiũ inobedienciæ: quia per inobediencia angelus de cœlo, homo de paradiso cecidit. Saul, regnum perdidit, populus Israel regnũ amisit. Qualis autem obediencia

obediencia esse debeat, dicit Greg. & habetur 11. q. 3. c. quid er go. Sciendum est, quod nõquam per obedientiam malũ fieri debet. Aliquando autem per obedientiã bonum quod agitur intermitit. Neque enim mala in paradiso arbor exiit, quam Deus homini ne contingeret interdixit: sed vt melius homo per obedientiã meritum bene conditus cresceret, dignũ fuerat vt etiam à bono prohiberetur: quatenus tantò verius hoc quod ageret, virtus esset, quantò à bono cessans auri suo se subdidit & humilem exhiberet. Cui consonat Aug. dicens: Sic tenendus est modus obedientiæ, vt malis in malo nõ cõsentias, & bonis in bono non contradicas. Idcirco capiamus Christum in exemplum, quia dicit Aug. Non solũ Christi verba nobis sunt in documẽtum, sed & opera. Nã si Christus erat obediens parentibus, multo magis nos. Ioan. 13. Exemplũ dedĩ vobis, vt & vos ita faciatis, s. obedientiam exhibendo parentibus. ¶ Porro sex sunt, in quibus filij parentibus obligantur. ¶ Primò tenentur eis corporaliter seruire, scilicet ducendo, portando, leuando, si indigent: si videlicet, defestuosi vel infirmi sunt. Eccl. 3. Qui timet Deum, honorat parentes, & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt. Nam & ipsi seruiunt tibi, cum eras imbecillis, portando, ducendo, & eleuando. Ideo Eccl. 7. Memento, quoniam nisi per illos natus non fuisses, & retribue illis quomodo & illi tibi. Nec vnquam tamen potes ad condignũ satisfacere illis. De quo Arist. 9. Ethi. Diis, magistris, & parẽtibus non potest reddi equi ualens: Deo, qui nos creauit, magistris, qui nos docuerunt: parentibus, qui nos genuerunt, condignam recompensationem præstare non possumus. Ergo quilibet nostrum debet recordari, quanto labore educatus sit. Tob. 4. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ tuæ. Memor enim esse debes quæ & quanta pericula perpeffa sit propter te in vtero suo. Propter quod Origen. super Prouerb. dicit: Maior iniquitas est offendisse matrem, quàm patrẽ, quia maiora obsequia exhibuit & pericula tulit. Ecclesiastic. 7. Honora patrem tuum, & gemitus matris ne obliuiscaris. ¶ Secundò tenentur eos in corde diligere, quia habent ab illis esse. Ecclesia. 7. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses. Hieron. Memorare parentum, sub quorum manibus suscepisti incrementum: sit tibi vita ipsorum quasi tua. Contra hoc faciunt, qui parentes odiunt, & oprant eis mortem quò citius hæreditatem adeant, aut absq; increpatione pro libito suo viuant: quod est valdè reprehensibile & grande peccatũ. Ratio, quia

dicitur 1. Ioan. 3. Qui nō diligit fratrem, manet in morte. Per fratrem intelligitur quilibet proximus. nupquid & amplius parentes nostros diligere tenemur? Ideo Basi. dicit: Parentes nostros vt propria viscera diligere debemus. Tertio tenentur eis dulciter respondere & reuerenter, quia ab illis habent documentum. Eccle. In opere & sermone & omni patiētia honora patrē tuū, vt superueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouissimo manet. Nam benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta. Sed heu sunt aliqui, qui inhoneste & inuerecunde respondēt parētibus. Mat. 5. Qui dixerit fratri suo racha, reus erit cōsilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennę ignis. Quid autem de his qui parētibus conuiciantur & parētes molestant? De quibus Eccle. 3. Mala fama est, qui derelinquit patrē, & est maledictus à Deo qui exasperat matrem. Et de his qui aliquando subsannatiue loquuntur parentibus. Prouer. 30. Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suę, suffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilę. Eccle. 7. Ne glorieris in contumelia patris tui. Non enim est tibi gloria, sed confusio. Gloria enim hominis ex honore patris sui: & dedecus filij, pater sine honore. Sed etiam, quod deterius est, sunt & aliqui qui maledicunt parētibus. Exod. 21. Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur. Qui percusserit patrē suum aut matrem, morte moriatur. Quarto tenentur eis in temporalibus subuenire propter corporale nutrimentum quod acceperunt ab eis. Hiero. Foueatur parentum senectus, & factis eorū vicissitudo reddatur. Propter quod dominus exprobrauit Iudæis, Mat. 15. Quare vos transgredimini mandata Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: Honora patrē & matrē. Et qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri, munus quodecunque est ex me proderit tibi, & non honorificabit patrem suum aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Ideo Eccle. 3. Qui honorat patrē suum, vita viuet longiori. Et Exod. 20. Honora patrē tuum & matrem tuam, vt sis longæ uis super terram. Sed diceres: Quare longitudo vitę promittitur eis? Respondet S. Thomas 1. 2. q. 121. artic. 5. Quia gratus fuit beneficio vitę, ideo promittitur sibi longæ uitas vitę. Exemplum refert Valerius Max. li. 5. San guinis ingenij mulierem prætor ad tribunal suum capitali crimine damnatam triumpho in carcere necandam tradidit

quum

quã receptam is qui custodię præerat, misericordia motus non protinus strangulauit: aditum quoque ad eam filiæ suę sed diligenter excussa, ne quid cibi in ferret, dedit; existimās futurum vt inedia consumeteretur. Cū autem plures iam dies intercederent, secum ipse quærens quid nam esset; quod tandem sustentaretur curiosus obseruata filia, animaduertit illā exerto vberē famem matris lactis sui subsidio lenientē. Quę tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso ad triumphum, & triumpho ad prætorē, à prætorē ad concilium iudicium perlata; remissionē pœnæ mulieri impetrauit. Quò ergo non penetrat, aut quid non excogitat pietas, quæ in carcere seruandę genitricis nouam rationem inuenit? Quid enim tam inuisitatum, quid tam inauditum, quàm matrem vberibus naturæ alitam? Putaret aliquis hoc contra rerum naturam factum, nisi diligere parentes prima naturæ lex esset. Quinto tenentur eis obedire in omnibus licitis rebus, maxime in his quæ pertinent ad salutem, s. ad ecclesiam ire, missam & verbum Dei audire, surgere maturius, & citius ire dormitū. De quo Ephe. 6. Filij obedite parentibus vestris in domino, i. in licitis, & nō in his quæ sunt contra Deum. Mat. 10. Qui amat patrē aut matrem plus quàm me, non est me dignus. Aug. Amandus est generator, sed præponendus est creator. Et illud exemplū obedientię accipere debemus à Christo, qui descendit cum illis, & erat subditus eis. Sexto tenentur defunctis parentibus subuenire orationibus & eleemosynis. Eccle. 3. Eleemosyna patris non erit in obliuione, s. coram Deo. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia edificabitur tibi; & in die tribulationis commemorabitur tui, & sicut in sereno glacies soluentur peccata tua. Sed iam quidam sunt qui obliuiscuntur parentū suorum; vt & illi coram Deo de eis conqueruntur Iob 19. Quare me persequimini, sicut Deus, & carnibus meis saturamini: quia de laboribus parentum laure viuunt, & illorū non recordantur. Ps. 30. Obluioni datus sum tanquã mortuus à corde. Nam tales non sunt veri Christiani, quia Christi non imitantur, qui honorauit matrem in vita, in morte & post mortē. In vita erat eis subditus, vt hic: In morte cōmiserit eam Ioanni. Ioan. 19. Ecce mater tua. Post mortem recepit eam corpore & anima in cœlum. Ps. 131. Surge domine in requiem tuā tu & arca sanctificationis tuę. Ideo de talibus dicit Aug. de vita Christiana: Falsę Christiani nōmē sortitur, qui Christi minimē imitatur. 2. Ioan. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.

¶ Dominica 1. post Epiphaniam.

¶ Quae conditiones ac causa legitimam reddant matrimonij legem aut commendabilem. Ac de virtute perpetuaque coniugum charitate.

## ENARRATIO I.

**M**anifestavit Iesus gloriam suam, &c. Ioan. 3. In summa Euangelij duo innuuntur. Primò, præparatio conuiuij nuptialis. Secundò, vocatio coniugarum salutaris. Primum ibi: *Nuptia facta sunt in Cana Galilæe.* Secundum ibi: *Et erat mater Iesu ibi.* De primo dicit: *In isto tempore.* Anno 31. ætatis Christi, post annum baptismi. Postquam Iesus ostensus fuit testimonio Ioan. dicentis: *Ecce agnus dei, stãtis cū 12. discipulis qui primo sequebantur, statim post Iesum, & vnus fuit Andreas, qui inueniens fratrem suum Petrum dixit ei: Inueni enim Mesiam: quod est interpretatum Christus, & adduxit eum ad Iesum.* Ioan. 1. Post hoc secundo die vocauit Christus Philippum, dicens: *Sequere me, & statim secutus est etiam, & Philip. adduxit Nathanael.* Et sic tertio die, ex quo dixerat Ioannes Baptista, *Ecce agnus dei, tunc facta sunt nuptia in Cana Galilæe.* ¶ Tertia die nuptia facta dicuntur, ad denotandum quod tres speciales dies, i. conditiones requiruntur ad dignam cõtractiõem matrimonij. Primus dies est publicatio coram ecclesia, vt habetur in cano. 30. q. 5. c. 2. Nullus fidelis cuiuscunq; conditionis, occulte nuptias faciat: sed accepta benedictione à sacerdote, publice nubar in domino. & habetur de Clandestina desponsa. c. cum inhibito. vbi dicitur: *Clandestina matrimonia penitus inhibemus, prohibentes etiã, ne quis sacerdos talibus interesse præsumat.* Glo. Clandestinum matrimonium est, quod fit nondum præmissa denuntiatione propter impedimentum. Et alijs duobus modis, videlicet cum non habentur testes, & quando nõ fit cum solemnitate. Vide ibidem de coniugijs iam clam contractis. vid. 30. q. 5. c. Si quis, parag. his ita: *Vbi dicitur, quod talia non negantur esse coniugia, nec iubentur dissolui: verum tamen prohibentur, & quare vide ibidem.* Secundus dies, quod debet fieri per verba clara & manifesta & de præsentibus: vt, *duco te in meam.* Nam dicit S. Thom. in 2. dist. 27. q. 1. art. 2. q. 2. *Consensus tacitus interior solus non facit matrimonium, sed requiritur expressio verborum: omne enim sacramentum est res sensibilis. Hæc autem expressio fit conuenientissime per verba de præsentibus, si saltem possunt loqui: nihilominus potest fieri per literas inter personas absentes, vel per amicos inter mutos.* Et quod dicitur de spõ. c. tuæ fraternitatis, q. matrimonij in veritate cõtrahitur per consensum viri & mulieris legitimum,

gitimum, hoc verum est, quantum ad hoc q. talis consensus causat verbi expressionem. Vnde & ibidem subditur: *Necessaria sunt quantum ad ecclesiam verba cõsensum exprimentia, quantum ad potestates loqui, vel signa & nuntus quantum ad mutos.* Et hoc respicit id quod supra dicebatur legitimum, vt patet in Glo. su per eodẽ. nõ debet esse verba sophistica & deceptoria. ¶ Sed dixeris: *Quid tunc de his qui circumueniunt virgines & mulieres promittendo ore & deuotãdo corde solum vt fallatur, Responderetur nõ est matrimonij coram deo, sed coram ecclesia. & tales admonedi sunt, vt de nouo cõsentiant & copulentur. Qui autem aliquãdo copulantur & nõ cõsentiant corde, sed solum propter parentes annunt se copulari, periculosum est de talibus. Nam non est matrimonium interim quod non est consensus, præsertim si repugnet.* ¶ Sed dixeris: *Quid tunc de his qui tacet & non respondet? Responderetur, qui tacet consentire videtur, vt habetur de præsumpti. Nonne, & 27. dist. c. dist. conus.* Tertia dies est cõscientia serena per cõfessionẽ clarificata, vt non sit in peccato mortali. Dicit enim S. Th. in 4. dist. 26. q. illis qui contrahunt dignẽ, s. intentione prolis ad cultum diuinum procreandã, datur hoc sacramentum in remedium ad excusandũ coitũ, & facit illud esse veniale, vel etiã nullũ peccatum, vel etiã meritorium, quod aliã esset mortale. Dicit enim dist. qua supra, q. 1. artic. 4. quod actus matrimonialis semper est peccatũ, vel meritorium in eo qui habet gratiam. Si enim ad actũ matrimonialẽ virtus inducat, vel iustitiæ vt debitũ reddat, vel religionis vt proles ad cultum Dei procreetur, est meritorium. Si autem moueat libido sistens infra bona matrimonij, vt scilicet nullo modo ad aliã accedere veller, est peccatum veniale: si verò extra bona matrimonij efferatur, vt s. cum quacunq; muliere id facere proponeret, est peccatum mortale. Vt autem matrimonium meritorium sit, hoc non potest esse sine dono gratiæ, quia vt elicitur ex S. Tho. in 4. dist. 3. q. 2. art. 1. & 1. ad actum meritorium tria requiruntur, scilicet status mentis, & forma intentionis, & honestas operis. Hæc omnia possunt esse in actu coniugali, qui fit in charitate & intentione prolis procreandã ad laudem Dei, vel intentione reddendi debitũ. Ideo actus iste potest fieri meritorium, cum ad ipsum pertineat virtus iustitiæ, s. vt debitum reddat: vel virtus religionis, vt proles procreetur ad laudem dei. Ideo Aug. de bono coniugij: *Redde debitum, & pro sanctificatione reputabitur tibi.* ¶ Sed dixeris: *Quid si exigatur in festiuitatibus vel diebus ieiuniorum? Responderetur: Exactus semper*

debet reddere, nisi caute & sine periculo adulterij posset dis-  
ferre. 1. Cor. 7. Mulier sui corporis potestate non habet, sed viri  
similiter vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier.  
Nolite fraudari inuicem nisi forte ex consensu ad tempus ut  
vacetis orationi: & iterum reuertimini ad ipsum, ne tentet vos  
satanas propter incontinentiam vestram. & Hiero. & habetur,  
23. q. 4. c. 1. Sciatis fratres, quoniam quicumque vxori debitu  
reddidit, vacare non potest orationibus, nec de carnis agni  
comedere debet. Aug. & habetur ibidem, c. 2. Quoriscunque  
aut dies natalis domini, aut reliqua festiuitates aduenerint,  
non solum ab infidelium concubinarum consortio, sed etiam a pro-  
priis vxoribus abstinere debemus. Amb. in sermone quodam  
de aduersu dicit: Etiam diebus ieiuniorum a propriis vxoribus  
abstinendum, & habetur vbi sup. c. 3. & 4. Et de illa materia ibi  
dem consequenter plenius videre poteris. Propter quod dicit  
Rupertus: Quando vnus illorum duorum mouet coniuges ad actum  
matrimoniale, s. religio prolis, vel iustitia reddendi debitum: tunc  
talis actus semper est meritorius. Ergo requiritur, quod homo  
etiam sit in statu merendi, s. gratia sine mortali peccato.  
¶ Deinde exprimit locum nuptiarum, dicens: In Cana Galilee Cana  
interpretatur zelus, id est, amor, quia in amore debet viuere.  
Est autem zelus triplex, s. inordinatus, tepidus & ordinatus.  
Primus inordinatus, quando, s. est nimius, & est zelotypia, s.  
cum diligunt se solum propter foedam delectationem carnis. Hic  
zelus prohibetur. Eccl. 9. Non zeles mulierem sinus tui ne ostendat  
super te malitiam doctrinae nequam. Et hoc fit, cum sentit  
se deligere solum propter carnis delectationem, & formam decoram.  
Nam tunc petit dominationem in virum, Eccl. 26. Dolor cordis &  
luctus mulier zelotypa. Senec. Amor deformis est obliuio  
rationis. Ideo Eccl. 9. Propter speciem mulieris multi perierunt,  
& speciem alienam multi admirati, reprobi facti sunt.  
Nam Herodes propter Herodiadem persecutus est fratrem, &  
occidit Ioannem. Et sic hodie multi diligunt mulieres propter  
foedam voluptatem, & hoc mulieres considerantes blanditiis  
& minis extorquent, & habere volunt speciosa ornamenta  
& multiplicia, quibus viros vsque adeo excoerant, ut  
nonnunquam depauperentur, & efficiantur raptores, latrones,  
& fures. Et hic talis amor multum detestabilis est. Nam mulier  
fornicaria & adultera ita diligitur. Dicit enim Hieron. &  
habetur in cano. 32. q. 5. origo. Nihil est foedius, quam vxorem  
amare quasi adulteram. Et idem: Adulter est in suam vxorem  
ardentior amator: in aliena quippe vxore omnis amor turpis  
est,

est, in sua nimius. Ideo Leo papa: Ducere pulchram non est  
peccatum, dum non quaerit carnis voluptatem in illa, sed vir-  
tutem. Eccle. 26. Gratia super gratiam mulier sancta & pudori-  
rata. Ideo docet Chryso. Iuuenis si vxorem ducere volueris,  
noli quaerere diuitem, sed bene morigeratam: quia boni mo-  
res faciunt diuitias, sed diuitiae nunquam faciunt bonos mores.  
Gloriosior est pauper morigerata, quam diues impudica. Pro-  
uer. 14. Sapiens mulier aedificat domum suam, insipientis extructam  
quoque manibus destruet. ¶ Secundus zelus est tepidus, s.  
cum vna persona scit vel nouerit aliam fornicantem vel adultera-  
re, & dissimulat. Ille non est verus amor, ut scribitur in cano.  
23. q. 5. Non putes. Non est amor, sed languor, vbi prauis moribus  
non corriguntur. Vnde quauis maritus corrigere debeat vxorem  
sua, non tamen debet in ea saeuire, ut habeatur de conuer-  
sionem sua. c. dudum. De correctione adulterae dicit Chry. & ha-  
betur 32. q. 1. sicut crudelis. Fatuus est & iniquus, qui retinet  
meretricem. Prouer. 18. Qui tenet adulteram, stultus est, & inspi-  
ciens. Et plura vide 32. q. 1. Aug. Mone, corrige, ad Deum curre,  
noli cum ea perire. Quia scribitur Prouer. 27. Melior est ma-  
nifesta correctio, quam amor absconditus. ¶ Tertius zelus  
est ordinatus. De quo Apost. Viri diligite vxores vestras, sicut  
Christus Ecclesiam, s. ordinate propter salutem. Ad Ephes.  
5. Iterum: Vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligit.  
Seipsum autem quisque diligere debet ad salutem: sic etiam  
vxorem. Sed iam oppositum videretur in multis, qui ita viuunt,  
sicut catus cum mure. Vbi enim non est deus, ibi non est chari-  
tatis. Dicit enim Aug. de laude charitatis: Caritas ista fami-  
liaris est deo, ut ibi deus esse nolit, vbi charitas non fuerit. Ita  
4. Deus charitas est, & ista charitas quae debet inter eos esse, si  
guratur in hoc quod Deus formauit mulierem de costa viri. De  
quo Ambro. in libro de paradiso, & habetur in canone 33.  
quaestio. 1. nec illud otiosum est quod non de eadem  
terra de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Adam costa facta  
sit mulier: ut sciremus vnam in viro & muliere corporis esse  
naturam. Glo. dicit ibidem: Non de pede formata est mulier,  
ne omnino videretur famula: nec de capite, ne omnino videretur  
domina: sed de costa a latere, ut collateralis tanquam  
aequalis & soror videretur. Attamen dicit August. & habetur  
in cano. 33. q. 1. est ordo. Est ordo naturalis in hominibus, ut  
minae seruiant viris, scilicet in licitis & honestis causis. Quia  
dictum est Euz Gene. 3. Sub potestate viri eris. Et ad Eph.  
5. Mulieres suis viris subditae sunt sicut domino, quoniam

vir caput est mulieris. Quæ quidē subiectio figuratur in vela mine. De quo Isido. lib. 2. de offi. & habetur 30. q. 5. c. fœminæ dum maritantur ideo velantur, vt nouerint se viris subesse & hoc in charitate. ¶ Qualis autem illa matrimonialis charitas esse debeat figuratur in anulo, qui pro arra desponsationis datur, vt 30. q. 5. ca. Nostrates 2. c. fœminæ: Primo est vnicus, ad designandum quod amor debet esse vnicus vnice. Sed tunc quilibet vult habere seruitorem familiarem calamistratum criminibus, & vestibus mulieriter excultum. De quibus Ouid. Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti: Fine coli modo dico forma virilis amat. Et est verendum esse viri sui corruialem. Contra hoc dicit Amb. in libro de paradiso: Nō duo viri facti à principio, neq; duæ mulieres: sed primum vir, deinde mulier, vnam naturam volens constituere. Secundò anulus est aureus, nā sicut aurū excedit alia metalla omnia: sic amor ille omnem amorem corporalem. Genes. 2. Hoc est os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Propter hoc homo relinquit patrem & matrem, & adhæret vxori suæ. Richard. de medi. vil. Vir vxorem debet plus diligere, sed parentes honorare. Tertio anulus est rotundus, ad designandū perpetuitatem & stabilitatem amoris. Mat. 9. Quos Deus coniunxit, homo nō separet. Dicit enim Theodo. & habetur 27. q. 2. par. hos autem. Matrimonium est viri & mulieris coniunctio indiuiduæ vitæ consuetudinam retinens. De quo 1. Cor. 7. Præcipio non ego sed dominus vxorem à viro non discedere: & vir vxorem non dimittat. Quarto anulus iste in quarto digito locatur: quia dicit Isido. in lib. de offic. & habetur 30. q. 5. c. fœminæ: Eo digito. vena sanguinis ad cor progreditur: ad designandū, quod illi amor debet esse cordialis, non verbo & lingua tantum, sed corde & opere ac veritate. 1. Ioan. 3. Filioli mei non diligamur verbis nec lingua, sed opere & veritate. Quinto anulus seipsum deponere nō potest, neque digitus ille in quo est, sed altera manus vel digitus: Sic existetes in matrimonio consummato seipsum non possunt autoritate propria dimittere, vt patet in 4. Sentent. dist. 25. Nisi causa fornicationis, quo ad thorum, si ei constat de fornicatione: non autem quo ad thorum & habitationem simul, nisi iudicio Ecclesiæ. Nā 31. questio. 2. siue. par. in hoc capitulo habetur: Siue ob causam, siue nulla existente causa, non liceat alicui sua autoritate vxorem dimittere. Dico in matrimonio consummato, quia in matrimonio iniuncto ingressus religionis per votum solene castitatis separet. De quo Eusebius Papa, & habetur 17. quest

q. 2. c. Desponsatam puellam non licet parentibus alteri tradere, licet tamen illi monasterium ingredi. ¶ Dixi secundò innuitur vocatio conuiuarum salutaris, cum subditur: *Et mater Iesui ibi, &c.* Hic innuitur, quod honesta personæ ad nuptias sunt vocandæ. Eccl. 12. Si benefeceris, scito cui feceris: da bono, & non receperis peccatorem: benefac humili, & non dederis impio: vt aliqui faciunt, qui ioculatorum recipiunt, & pauperes expellunt. Isa. 5. Cithara & lyra, tympanum & tibia in conuiuibus vestris, & opus domini non respicitis. Nam venatoribus, & histrionibus dare, est demonibus immolare. De histrionibus dicit Aug. & habetur 86. dist. c. Donare res suas histrionibus, vitium est immane, non virtus. De venatoribus idem ibidem: Qui venatori tribuit, nō homini donat, sed arti nequissimæ. Nam si homo tantum esset, non ei donares: honores in eo vitium, non naturam. Propter quod dominus docet in euangelio, Luc. 14. Cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos: & beatus eris, quia his si suppleueris defectū vini, poteris impetrare vinum gratiæ. Psal. 9. Desideriū pauperū exaudiuit dominus. Vnde Christus volebat esse in nuptiis, ad excludendū errorē hæreticorū: qui negauerunt nuptias tanquā illicitas: vt Eraclita, Tatiani, & Marchionista, Cōtra quos inuehitur Beda, Si nuptiis ritē celebratis culpa inesset, nequaquam Christus adesset. Ber. Omni spurcitiæ habenas laxat, qui nuptias damnat, vt præfati hæretici. Contra quos dicit Apo. 1. Cor. 7. Si acceperis vxorē, nō peccasti: & si nupserit virgo, nō peccabit. Et illi hæretici dicunt mulierē dānari si pregnas vel in partu moritur. Quod est falsum, quia deus honorauit matrē in multis, quæ cōtinētur in his metris:

Author, postque locus, tempus saluatio, virgo,

Christus, discipuli, signum factum quasi primum.

Expositionem horum versuum vide in sequenti sermone. ¶ Porro tres personæ describuntur fuisse hic in nuptiis, scilicet *Christus, Maria, discipuli*: ad denotandum, quod triplici de causa potest quis nubere, vt dicit Isidorus. ¶ Primo propter filiorum generationem, & illa de causa fuit matrimonium institutum in paradiso, quia dictum est Adæ & Eux, Gen. 2. Cre, scite & multiplicamini. Et illa est potissima causa nubendi, & valde meritoria. Isidorus, Matrimonium dicitur quasi matris munium, id est officium, & Ambro. & habetur in Capone 31. quest. 2. pudor. Pudor est fœminis non habere præmium nuptiarum. Et subdit: Qui ergo non causa procreandæ sobolis, sed explendæ libidinis sibi inuicem copulantur, non tam coniu

cōiuges quàm fornicarij videntur: innuens, quòd causa præcipua nubendi debet esse intentio prolis. Glossa ibidem. Magnū præmium est, s. mulieribus, concipere & conceptum tueri & educare. Nam omnes labores, vigilia & dura vestigia remunerantur & computantur tibi ad salutem. 1. Timo. 2. Saluatür mulier per filiorum generationem. Et sic his nuptiis adest Iesus benedictus fructus virginis, & excusatur actus matrimonialis per hoc ab omni peccato. De quo Aug. De bono coniugij. Coniugalis concubitus generandi causa non habet culpam. Sed gratia concupiscentiæ satiandæ propter thori fidem, venialem habet culpam. ¶ Secundo potest quis nubere propter solatium, vt vnus alteri solatij exhibeat, sine aliqua carnali cōmixtione: & tale fuit matrimonium inter Mariam & Ioseph. Nam dicit Magister in 4. dist. 26. cap. vlti. & dist. 28. cap. 2. quòd perfectum fuit matrimonium, dum Maria consensit in maritalem societatem, nō in carnalem copulam. De quo etiam videt 27. q. 2. cap. Institutum; & sequentibus; & in cap. sufficiat. & in cap. Coniunx. perfectum fuit mente; quia per consensum contrahitur matrimonium, vt habetur de sponsa. ca. de Francia. & 27. q. 2. cap. Sufficiat. Et sic patet quòd vir infirmus possit cōtrahere propter solatium ac ministerium sibi exhibendum: quia scribit Eccle. 36. Vbi non est mulier, iugum miscit æger. ¶ Tertiò propter remedium; vt homo excusetur à peccato mortali propter fidem thori, quia alias actus venereus extra thorum semper est peccatum mortale. Psal. 72. Perdes omnes qui fornicantur abs te. Ideo 1. Cor. 11. 7. Melius est nubere; quàm vri, id est, quàm concupiscentiæ superari, vt vitium incontinentiæ cohibeatür. De quo August. & habetur 32. quæst. 2. solet: Coniuges sunt qui causa solius incontinentiæ sibi inuicem copulantur: Nam continentia non est omnibus data. De quo Matth. 19. Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est, s. vt se castrarent propter regnum cælorum: sed qui potest capere capiat, nam est singulare dei donum. De quo Sapient. 7. Non possum aliter esse continens, nisi Deus det. Ideo August. Domine iubes continentiam: da quod iubes. & iube quicquid vis.

¶ *Qua prudentia vxor sit eligenda, electaque qua modesta discretioneque tractanda. Et quibus argumentis debeant amorem suum coniuges sibi inuicem insinuare.*

## ENARRATIO II.

**N**uptia factæ sunt in Cana Galilee. Ioan. 2. In summa euangelij tria innuuntur. Primò conuiuij nuptiarum celebritas. Secundò

Secundò loci congruitas. Tertiò coniuarum dignitas. Primum ibi. *Nuptia factæ sunt.* Secundū ibi: *In cana Galilee.* Tertium ibi: *Et erat mater Iesu ibi.* De primo dicit: *Nuptia factæ sunt.* Quia hoc euangelij facit mentionē de matrimonio, ideo complura sunt consideranda in hoc statu. Consuetum nanque est religiosi ad minus semel in anno legere regulam: sic & expedit constitutus in ordine matrimoniali, vel volentibus suscipere hunc ordinem tribulationi obnoxium, iura & legem matrimonij, secundum quæ vel quam vitæ suam instituentes iustè ac sanctè apud deū, honestè & laudabiliter apud homines, honorificè & reuerenter apud seipsos viuere valeant. Et dixi tribulationi obnoxium. De qua tribulatione 1. Corin. 7. Tribulationē carnis habebunt huiusmodi. Quæ tribulatio præfiguratur per vinum & aquam, id est, pœnalitates & gaudium temporale. Isa. 1. vinum tuū mixtum est aqua. Attamen Christus in conuiuiū nuptiali mutauit aquam in vinum: sic omnis eorum tribulatio mutabitur in vinum cōsolationis, si ordinatè viuunt, vt possint dicere cum Ps. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Vt igitur consolationem consequantur, dicit Rupertus: Accedens ad matrimonium vir quatuor notare debet circa vxorem. Primò qualiter eligenda. Secundò qualiter dirigenda, Tertiò qualiter corrigenda. Quartò qualiter diligenda. De primo, s. qualiter sit eligenda, quia discretè non subito nec præcipitauer rapienda. talis enim feruor in principio parit pœnam in futuro. Exemplum Gene. 24. de Sychem filio Emor, qui ad primum respectū Dinæ filiæ Iacob eam rapuit: & pro tãto amore languit & mori voluit, nisi eam ducere posset. Quod & fecit tantò feruore insipies, quòd pro eius amore se & populū suum circumdici permisit. Ob cuius facti præcipationē interfectus est cum omni populo suo per fratres Dinæ. Non igitur in eligenda vxore habeatur respectus talis ad formam vel ad speciem mulieris. Sene. Amor formæ mulieris est obliuio rationis Eccl. 9. Propter speciem mulieris multi perierūt, nec ad diuitias. sed bonos mores. Prou. 14. Sapiens mulier ædificat domū suam, insipiens extructam quoq; manibus destruet. Sed diceret: Estne peccatū qd homo eligit pulchram vel diuitē? Respondetur: Si istæ sunt causæ secundariæ, dummodo principaliter intendat prolem, vel vitare fornicationē, non est peccatū. Si autem principaliter intendit pulchritudinē, propter fœdam delectationē vel pecuniā ad finem auaritiæ satiandam & sedandā, iste appetitus posset esse ita



ita accensus & intensus, quod esset peccatū mortale. De pulchritudine habetur Gen. 29. vbi Iacob vidēs q̄ Rachel esset pulchra dicit ad Laban: Septē annos seruiam tibi pro Rachel. De diuitiis fit mentio 31. q. 2. solet quæri, vbi de cōcubinariis dicitur, Si aliquam sibi ad tēpus adhibuerit, donec aliā dignā honoribus vel suis facultatibus inuenierit, i. diuitiis, quia multa sunt onera matrimonij, pro quibus sustentādīs requiritur pecunia & expēsa, vt habetur de donat. propter nuptias, c. per literas. & 30. q. 1. c. nullū. Nullū sine dote fiat coniugium. Ideo cō præsuppositis causis principalibus, vel vna illarū præsupposita, melius est cōtrahere cū cōiuge morigerata, quam cum diuite nō probata in moribus. Vnde Valc. Max. li. 6. c. 2. Vnica filiæ pater Themistocle consulebat, vtrū eam pauperi, sed ornato: an locupleti parū probato collocaret. Cui is: Malo (inquit) virū pecunia quam pecuniā viro ingentē: Quo dieo stultū monuit, vt generū potius quā diuitias generi diligeret: quasi diceret: vir pauper & discretus debitis laboribus cum modica substantia poterit vxorem suam nutrire, sed pecuniosus & indiscretus etiā habitā cito perdit: & sic nec sibi metipsi nec illi tandē poterit subuenire: sic etiā eligēda est bona & morigerata potius quam diues & indisciplinata. Eccl. 26. Mulieris bonæ beatus vir, numerus enim annorū illorū duplex. Nā intantū est gratiosum bene nubere, quod teste Salomone donū dei propriē reputatur. Prou. 19. Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à domino autē propriē vxor prudens. Fconuerso verò ibidem scribitur: Testa iugiter perstillantia litigiosa mulier, quia non habet requiem. Prou. 21. Melius est habitare in terra deserta quam cū muliere rixosa & iracūda. Ideo eligenda est discreta. Prou. 18. Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatē à domino. Qui autē expellit mulierē bonam, expellit bona. Secundò videndum est qualiter sit dirigenda, quia mansuetē & non cum tyrannica austeritate, verbis & non verberibus, amore nō dolore, dulcedine non amaritudine. Col. 4. Viri diligite vxores vestras, & nolite esse amari ad illas. Contra hoc faciunt, qui nunquam aliquod verbū amicabile loquūtur suis vxoribus. Iaco. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia omne opus prauum. Eccl. 3. Fili in mansuetudine opera tua perface, & super hominum gloriam diligeris. Psal. 36. Manfuerit hæreditabunt terrā. Tertiò videndū est, qualiter corrigenda: quia secretē non cū confusione vel verecundia: non publicē vel cōspicibiliter. Sic fecit Iob, qui vxorē suam licet pessimā arguebat

bat secretē & modestē. Quasi, inquit, vna de stultis mulieribus locuta es. Iob. 2. non dixit, quod fuit stulta, sed quasi vna ex stultis. Ecce secretē arguebat & discretē. Chryl. Occultum peccatū in publico arguere, nō est corripere, sed diffamare. Hierony. Boni rectoris & correctoris est, vt magis studeat per pietatē errorem euellere, quam per austeritatē in foueam indignationis & rancoris propellere. Ideo Heb. 9. dicit, quod in arca testamēti erat māna & virga Aarō. Dicit Greg. in Pastoralī: Ad designandā, quod in corde correptoris debet esse virga correctionis & māna dulcedinis. Et habetur in canō. 45. d. c. licet. Et sunt verba Leonis papæ: Plus erga corrigēdas agat beneuolentia, quam seueritas: plus cohortatio, quam cōminatio: plus charitas, quam potestas. Quartò videndū est, quia liter sit diligēda, quia completē. Ista completio charitatis & amicitie inter virū & mulierem debet esse tripliciter, vt expressit Apost. ad Ephe. 5. Primò per dilectionē Christi ad Ecclesiam quæ fuit maxima, dicens: Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam & seipsum tradidit pro ea. Secūdo per dilectionē viri ad corpus propriū, dicens: Viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Tertio per dilectionem viri ad seipsum, Ibi: Vnusquisque vxorē suā sicut seipsum diligit. Et hoc innuitur in secundo mēbro, in quo vt dixi, innuitur loci congruitas: Quia, Nuptie facte sunt in Cana & Ihae. figuratiter, Cana interpretatur zelus, id est, amor, ita quod vna persona aliā nec verbo nec facto contristare debet, Vnde multa sunt, quæ viros ad talem amorem vxorū inducere debent. ¶ Primum Christi exempla. Ephe. 5. Viri diligite vxores vestras sicut Christus Ecclesiam. Hæc similitudo potest attendi in duobus. Primò sicut Christus fudit sanguinē sudorē pro Ecclesia: sic tu debes effundere sudorem vt nutrias vxorem. Gene. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, dixit Dominus Adā, & nō Euz. Hoc est cōtra aliquos qui volūt de vxoribus bene viuere, cōpellētes nōnunquā ad quæstū illicitū, quibus Deus iniūxit, vt in dolore pariāt filios. Secūdo est similitudo in hoc & Christus p salute Ecclesie mortuus est: & sic tu debes cōsiderare salutē vxoris tuæ. ¶ Secundū mouēs ad dilectionē cōiugis, est corporis vnitas. Mat. 19. Erūt duo in carne vna, quia corpus, mulieris est corpus viri. Cor. 7. Mulier sui corporis potestare nō habet, sed vir. Vnde debet eam amare tanq̄ corpus propriū. Ephe. 5. Viri debēt diligere vxores suas vt corpora sua. Qui vxorē suā diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquā carnē suā odio habuit, sed nutrit, & fouet eam:

eam: & sic viri vxores, quia vnum corpus. ¶ Tertium est, arboris cōformitas. Nam vir & mulier sunt velut vna arbor, sicut planta & ramus qui plantæ inseritur, vnam arborem efficiunt, & vnum fructum ferunt, & neuter eorum est sufficiens ad ferendum fructum illum: sic nec vir nec mulier sufficiens est ad generandum prolem: & ergo debent amore inuicem adherere, sicut ramus adheret plantæ. Matth. 19. Iam non sunt duo, sed vna caro. ¶ Quartum est, parentum diuisibilitas quia vir propter vxorē relinquit patrē & matrē & omnes propinquos & adheret ei. Gene. 2. Propter hoc homo relinquet patrem & matrē. Vnde vir infideliter agit, si hanc nō amat, cum scribitur Eccl. 33. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua multo magis vxor fidelis, quæ tibi à deo datur. Prouerb. 19. Domus & diuitiæ dantur à parentibus; à domino autem propriè vxor prudens. ¶ Quintum mouens ad dilectionem, est amicorum charitas, videlicet quòd cōsanguinei coniugum propter coniugium eorum mutuo se amant. Vnde quandoque patria tora ac regio ad concordantiã reducitur propter duas personas matrimonio coniunctas. Vnde & mirum est quod se ipsi tales non amant, propter quos tot se amant. Et mirum est, quomodo inter illas personas potest esse discordia, cum tot prouinciæ concordent & ament se propter eas. Nam propter quod vnum quodque tale & illud magis, 1. Prosteriorum. ¶ Sextum est cura domestica, quia vxor est decor domus. Eccl. 26. Sicut sol oriens in mundo in altissimis dei: sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. Prou. 12. Mulier diligens, corona est viro suo. Ideo Eccl. 26. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorosa. ¶ Septimum est auxilij exhibitio, quia data est viro in adiutorium. Gene. 1. Faciamus ei adiutoriũ simile sibi: ipsa enim vxor iuuat virum in prolis procreatione & educatione, & domus gubernatione, & in bonorum temporalium multiplicatione & cōseruatione. Eccl. 36. Qui possidet mulierē bonā, inchoat possessionem, & quod amplius est iuuat ad saluationē. 1. Cor. 7. Sanctificatus est vir infidelis per mulierē fideli. ¶ Octauum est, creationis formalitas, quia mulier est formata de costa viri. Noluit eã deus formare ex limo sicut virũ, imò de carne & ossibus viri. Nam Gen. 1. Dominus immisit soporem in Adam & rapuit est Adã in spiritu, & interfuit curiæ cœlesti, & ibi agnouit virtutē matrimonij, & cuius rei esset sacramentũ, & erat Adã tũc corpore in paradiso terrestri, mēte verò in paradiso cœlesti. Vnde euigilãs spiritu prophetico exultauit: Hoc nũc

os ex ossibus meis, & caro de carne mea: & hæc vocabatur Virago, quia de viro sumpta est. Et hoc ideo vt eam tanquam seipsum amaret eo quod de ipso facta est. Nonũ incitãs cōiuges ad amorem est Dei placabilitas, quia beneplacitum est Deo in amore ipsorum mutuo. De quo Eccl. 25. In tribus beneplacitũ est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, cōcordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi cōsentientes. Sed vbi dissentiunt, & discorditer viuunt, sicut duo galli in eadē, ibi non est Deus. Hugo: Charitas Deo ita familiaris est, vt Deus ibi esse nolit, vbi charitas nō fuerit. Et debet talis esse charitas, vt dicit Rupertus super lib. Sap. quod ipsa vxor in omnibus debet ita bene sollicita esse quo ad necessaria vitæ, sicut ipse vir. Quia dictũ Christi est, Matt. 19. Iam nō duo sed vna caro. Et sicut vnũ membrũ cōpatitur cū alio, sic vir cū vxore, & e conuerso vxor cū viro. Cōtra hoc faciunt aliqui viri, qui vadunt ad tabernã, nō curãtes de vxore vel filiis quid comedant aut bibant, & cum iactura negligentia charituli diis & taxilis bona sua dilapidant. Et hoc nō est honestum nec defensũ. Similiter faciunt cōtra hoc aliqua mulieres, quæ furantur viris bona, & illa furta male expendunt, sicut in superbia pro peplis & cingulis cōparandis. Taceo, quòd nō nunquam lenonibus suis impendunt. Sed quærat aliquis: Quomodo vxor debet ostēdere viro charitatem? Respondetur in tribus. Primò in hoc, quod vxor debet honorare virum, sicut Maria Ioseph, Luc. 2. Contra hoc faciunt, quæ viros suos contempnunt propter paupertatem vel antiquitatem: Vnde beata Virgo licet esset pulchra, iuuenis & nobilis, nō tamen contempnit Ioseph pauperem. Secundò in hoc, quod debet obedire suo marito. Ephes. 5. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut domino: Nam Deus hoc iniũxit Euæ. Genes. 3. Sub potestate viri eris. Ergo mulier existens inobediens viro suo pertinaciter peccat mortaliter, vt dicit Hiero. & habetur in cano. 33. q. 1. cū caput. Cum caput mulieris vir sit, caput autē viri Christus. Ergo, quæcumque vxor non subiicitur viro suo, hoc est capiti suo, eiusdem criminis rea est, cuius & vir si non subiicitur capiti suo, I. Deo. Tertio in hoc quòd debet eum timere. Eph. 5. Vxor timeat virum suum: non timore seruili propter verbera vitanda, sed amore filiali, ne eũ commoueat ad iram. Postro enim, quòd nunquam eam percutiat, attamen debet timere eius indignationem. Et hoc figuratur in velamine. I. I. de offic. & habetur in canone, fœ min. 30. q. 5. & 35. cap. mulier: Fœmina dum maritatur, ideo velatur, vt nouerina se subdat.

esse, & humiles, & non propriae voluntatis, loquētes opprobriose viris suis. Quod non debet fieri, nā mulieres debent esse mitēs, ideo habēt lenes voces, & ligāt collum cū peplis, in signū q̄ dulciter debent respōdere viris. Eccl. 25. Nō est ira super irā mulieris, sed vā tali viro qui talē mulierē habet, & si haberēt omnē substantiā mūdi, nihil esset, si nō viuūt in charitate. Prou. 17. Melior est buccella sicca cū gaudio, quā domus plena victimis cū iurgio. ¶ Dixi tertio innuicit cōiugarum dignitas, cūm subdit: *Erat mater Iesu ibi: vocatus est autē & Iesus.* Iesus voluit interesse nuptiis ad excludendum errorē hāreticorū, qui dicuntur Tatiani, & qui de secta fuerūt Mar chionis, qui dānant nuptias & statū matrimonialem. Contra quos dicit Apost. 1. Cor. 7. Qui matrimonio iungit virginem suam, benefacit. Similiter & Mat. 19. Phariseis interrogantibus an licet dimittere vxorē quacūque de causa, dominus respondit: Quos Deus cōiunxit, homo nō separet ostēdens manifestē matrimonium esse à Deo, nō ab homine sepārandum. Cuius autoritatis intellectu vide 3. q. 2. ea. quos Deus. Pater ergo q̄ matrimoniū est bonum. Item scribitur Lucæ 1. de duabus personis in matrimonio constitutis, scilicet de Zacharia & Elisabeth vxore eius, quia erant ambo iusti ante Deum incedentes in omnibus mandatis & iustificacionibus sine querela. Et quōd angelus Gabriel nuntiauit Zachariæ, dicens: Elisabeth vxor tua pariet tibi filium. Et post pauca subdit: Spiritus sancto replebitur ex vtero matris suæ. Ideo non est matrimonium malum, in quo sancti homines fuerunt. Item Apostolus 1. Corinth. 7. Mulier alligata est legi quamdiu vir eius viuuit. Quōd si dormierit vir eius, liberata est, vt nubat cui vult in domino. Ergo etiam secundæ nuptiæ sunt licitæ. Ideo de huiusmodi errore scribit Apost. 1. Timoth. 4. In nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctriinis dæmoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, & eauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentiū nubere, &c. Et est hæresis. Ideo voluit Christus interesse nuptiis, ad ostendendum hoc sacramentum saluificum & non criminofum, vt dixit Tatia. Si enim nuptiis ritē celebratis culpa inesset, nequaquam Christus illis interfuisset. Notanter dico ritē celebratis. Vnde tres personæ fuerunt descriptæ, hic in matrimonio, scilicet Iesus, Maria & discipuli, ad denotandum, quōd tria bona debēt esse in matrimonio dei-fico, scilicet fides, proles, & sacramentum, vt dicit Magister in 4. dist. 31. Primum est fides. August. Ne post vineulum conjugale

iugale cū alio vel alia cocatur, sed sibi mutuō teneāt fidē promissam. Hoc enim est essentiale coniugij, Hebr. 13. Honorabile coniugium & thorus immaculatus. Et sic fides hic secundū Rupertum nō est virtus theologica, sed moralis, quōd s. neuter alteri corpus suum deneget, nec alij concedat iuxta spon-sionem. Sed cōtra hoc bonū faciūt adulteri, qui grauiter peccāt. Nā adulterium graue est. Prouer. 9. Nō grādis est culpa, cūm quis furatus fuerit, furatur enim vt esurientem impleat animam: qui autem adulter est, propter cordis inopiā perdit animā suā. Secundū bonum est proles, vt amāter suscipiatur, & religiose educetur. Nā debēt cōuenire causa generationis prolis, eā honestē cōcipiendo & religiose nutriendo, s. in articulis fidei, in bonis moribus & præceptis Dei: vt hic incipiat Deū laudare, & in futuro tandem cū angelis in æterna gloria cōtinuare possit. Sed heu in multis iam contrariū est, qui non prolem sed voluptatem quærunt, qui etiā aliquādo impediūt ne cōcipiant vel pariant. De quibus Tob. 6. dixit angelus Tobiæ iuniori: Audi me, & ostendam tibi qui sunt quibus præualere potest dæmoniu. Hi nāque qui ita coniugiu suscipiūt, vt Deum à se & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus in quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. Psal. 23. Nolite fieri sicut equus & mulus, &c. Et hoc bonum habere sufficit in affectu & intēctione, dato quōd nunquam habeatur proles, sicut steriles: sufficit enim affectus, si deficit effectus. 2. Corin. 8. Voluntas, si prompta sit secundū id quod habet accepta est. Quia Deus forsitan non dat tibi ventris fructus corporales, vt exer-cites te ferēdo & generando spirituales fructus bonorum operū. Tertiū bonum est sacramentū, vt coniugiu non separeretur. De quo 1. Corin. 7. His qui in matrimonio sunt, præcipio nō ego, sed dominus, vxorem à viro nō discedere. Et propter hoc, quōd vir vxorem non dimittat, dicit notanter discedere, id est, longē abire: sine voluntate vxoris, quia sine consensu non licet ei peregrinationes nec continentiam vouere.

¶ De dignitate matrimonij: Et quā enormiter peccent, qui vel contra prescriptos ab eccl-siis gradus coniugia inueniunt, vel quotidianis contentiōibus, fortinisque complexibus coniugij dignitatem effuscant, fidēmq̄ dilacerant.

## ENARRATIO III.

Vocatus est Iesus ad nuptias & discipuli eius, Ioan. 2. Præter prædica de matrimonio adhuc duo sunt circa eum statum cō-

Consideranda. Primò attendēda est dignitas matrimonij, quia est status honorabilis. Heb. 13. Honorabile coniugium & thorus immaculatus. Propter quod dominus Deus in multis honorauit istum statum, vt habetur in his versibus: *Author postque locus, tempus, saluatio, virgo, Christus, discipuli signum factum quoque primum.* Primò honorauit hūc statū in institutione, quia Deus per se hūc ordinē instituit. Alij enim ordinēs instituti ab hominibus, vt Dominico, Augustino, Francisco: Sed ordo matrimonialis & sacerdotalis à domino Deo. Vnde iactāter aliquādo loquuntur religiosi de fundatoribus eorum vt ille vel ille sanctus instituit, tuum autem ordinē sanctus sanctorū primus fundauit. Secūdo honorauit in loci significatione, quia non in vili loco, nō in angulo vel stabulo, sed in paradiso loco amoenissimo. Tertiò in tēporis determinatione, quia tēpore innocentiae, & non post hominis lapsum, sed dū adhuc nullū fuit hominis peccatū. Quartò in conseruatione, s. in arca Noë, dum omnes perierūt in diluuiο virgines & viduæ, tunc conseruauit quatuor paria hominū in statu matrimonij existētū. Quintò in matris despoliatione, eò q̄ matrē desponsari voluit. Vnde dicit Aug. q̄ perfectū fuit matrimoniu inter Mariā & Ioseph mentis sanctitate, nō carnis corruptibilitate. Dicit enim Magister in 4. distin. 30. c. 2. Cōsensit Maria in maritalem societatem, sed nō in carnalē copulā, quia virginitatē seruare volebat. Aug. Proposuit se seruatūrā votum virginitatis in corde, sed ipsum votum nō expressit ore: subiecit se diuinā dispositioni & persecurātūrā virginem, nisi Deus aliter reuelaret: postea verò simul cū Ioseph labijs expressit, & vtraq; persona in virginitate permanfit, & sic fuit perfectū matrimoniu. Dicit enim Magister in 4. dist. 30. & habetur 27. q. c. institutū: Omne nuptiorū bonū impletum est in parētib; Christi, s. fides, proles, & sacramētū. Proles, cū cognoscimus Iesum Christum dominū nostrum: Fides, quia nullū adulteriu. Sacramētum, quia nullū diuortiu. Solus nuptialis cōcubitus ih̄i non fuit. Ideo Aug. Sanctiora sunt coniugia pari voto continentium restricta, & sic fuit in Ioseph & Maria. Sextò honorauit in associatione, in eo quòd *Iesus & mater eius & discipuli fuerunt in nuptiis*, contra errorem Tatianorum, qui nuptias dampnant, & creatori insultant qui eas instituit. Septimò operatione, eò quòd primum signum est in cōiuiui nuptiali operatus, de quo textus: *Hoc initium signorum fecit Iesus.* Ex quo patet, quòd ille liber est apochryphus, qui intitatur, *De infantia saluatoris.* Item in opere & eius perfectione,

eò quòd mutauit aquam in vinum bonum: vt patet in textu: *Seruaſti vinum bonum vsque adhuc.* Quia scribitur Deute. 32. Dei perfecta sunt opera, & Chry. Diuina semper meliora sunt, quā quæ potest facere natura. Octauò honoratū hunc ordinem in sanctificatione. Eph. 5. Sacramētū hoc magnū est, quia magnam habet sanctificationem, vt patet de bigamis. c. debitum, vbi dicit Ioan. And. in Glo. Triplex enim sacramētū designatur in matrimonio carnali copulā cōsummatā, secundū tria quæ in ipso contingunt. Primū est ipsa cōiunctio animorū in prima desponsatione; dum alter per mutū cōsensum cōsentit in alterū, & significat cōiunctiōē & vnionē animæ fidelis per dilectionē ad Deum. De qua 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo, s. per dilectionem, vnus spiritus est, i. efficitur adh eo. Secundū, s. cōsummatio matrimonij, quæ fit per cōiunctiōē corporū significat vnionem humanæ naturæ ad Deū; quæ est facta in vtero virginali per incarnationem verbi: De quo Matt. 22. Simile est regnū cælorū hominī regi; qui fecit nuptias filio suo. Pf. 18. Tanquā sp̄s dñus procedēs de thalamo suo: Tertiū s. quādo vnico matrimonio vnā vnico viro copulatur significat vnionem ecclesiæ ex omnibus gentibus vni viro, s. Christo. Ephes. 5. Sacramētū hoc magnū est. Ego autē dico in Christo & in ecclesia. ¶ Secūdo, notāda est malē cōtrahentiū vel in hoc statu viuētū dānabilitas. Licet enim status est dignus & honorabilis, tamē septē sunt genera cōiugū, quæ damnantur nisi egerint pœnitentiā, vt figuratur Tob. de filia Raguelis, quæ fuit tradita septē viris: intelligitur successiue, qui omnes à demōnio intersecti sunt. Primi sunt qui mala intētiōe nupserūt. Dicit enim Greg. 28. Mora. Intētiō præstat fundamentū operi nostro. Habetur enim in Cano. 50. dist. miramur: Vix bono peragitur exitu quæ malo inchoata sunt principio. Bern. Vitiosa intentio vitiosam facit animā. Ergo si aliquis esset in matrimonio cōstitutus, qui malā intētiōne cōtraxisset, confiteri de hoc deberet & pœnitere, vt Deū placaret & plagā iracundiæ ab eo auerteret. Et qualis debet esse intentio: scilicet causa prolis, causa vitandæ fornicationis, vel solarij habendi, licet non haberet intentionem commiscēdi. Dicit enim Magister in 2. Senten. distin. 40. ca. 7. Actus simpliciter mali sunt, qui peruersam intentionem habent. Et etiam Alexander papa, vt habetur in cano. 15. q. 6. c. si sacerdotibus, Non tantum sunt attendenda quæ sunt; quantum, quo animo fiant. Glossa ibidem: Potius est attendenda causa facti, quā ipsum factum in se. ¶ Secundi sunt, qui contra



ibidē. Quarta persona, omnes de quibus, 27. q. 1. vt lex quæ se obligauerunt ad continentiam, vt subdiaconi, diaconi & claustrales omnes, cuiuscunq; conditionis vel ordinis, approbati per sedē apostolicā vtriusq; sexus, si cōtraxerint, debent separari: alioquin damnabuntur, ex concilio Triburienſi, 27. q. 1. virginē quæ se deo cōsecrauit. Similiter omnes castitatē deo vouentes, siue sint virginēs: siue viduæ, vtriusque sexus, siue bequinz, siue inclusa, 27. q. 1. nuptiarū. Vuentibus non solum nubere, sed velle nubere dānabile est. Ideo Aug. 32. q. 1. c. nubēdi. Nubēdi licētia illis nō conceditur, qui cōtinentes vel virginēs esse decreuerūt. Et canone sequēti: Si nupserint, adulteris esse peiores manifestum est. Quod si tamen factum fuerit scierit aut negligenter, stabit matrimonium coram Ecclesia, si votum fuerit simplex? quia votum simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractū: ita & habitus sine professione acceptus, vt qui cle. vel vo. contrahere pos. c. consuluit, & c. cursus. Secus est autem de voto solemnī, quod impedit contrahendum & dirimit contractum, eodem quo supra, c. meminimus. Sed qualem pœnitentiam agere debeat, require à confessore tuo. Qui si prudens est te expediat sed debiti petendi potestatem perdidisti: exactus autem reddere debes, & semper cum dolore. Quinta persona, cū qua contrahere non licet, sunt omnes in matrimonio, quorū vel quarum viri vel vxores sunt viuæ quandiu non est certus vir de morte vxoris, vel vxor de morte viri, non debet alium ducere, vt habetur 23. q. 7. per totū. Et de secundis nup. c. dominus. Quarti qui damnātur nisi pœnituerint, sunt qui iurgiosē viuūt, sicut carus cum catulis edentes simul panem. Hi sunt vt sydera errantia, quæ nunquam cum cælo concordāt. De quibus in canonica Iudæ: Hi sunt sydera errantia quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Iaco. 3. Vbi zelus & cōtentio, ibi inconstantia & omne opus prauū. Quia ibi non est deus, vbi non est charitas & pax. Psal. 75. In pace factus est locus eius, 2. Corin. vlt. Pacē habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscū. Vbi cōiungit tria, s. deū, dilectionē & pacē. Mat. 5. Beati pacifici, quoniā filij dei vocabūtur. Litigiosi verō ac discordes sunt filij diaboli. Mat. 12. Qui nō est mecū, cōtra me est: & qui nō cōgregat mecū, spargit. Sed vā parti quæ est discordiæ causa. Ps. 13. Cōtritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerūt: Neq; etiam in futuro habebunt. Heb. 12. Pacē sequimini cū omnibus & sancti moniā, sine qua nemo videbit deum. Sed iam dicunt se excu-

sando:

sando: Non est culpa mea. Audi: Si alter coniugum est malus, iracundus, impatiens, venenosus vt serpens, discors, & cōrentiosus vt diabolus in inferno: tunc altera pars vel persona debet esse patiens, blanda, pia, & affabilis: & omnes molestias quas perpetitur, Deo offerre pro peccatis suis: & sic illa pars mala purgaret patientem à peccatis, & esset hic diabolus & tortor illius, vt in futuro alij diaboli atq; veri tortores nullā tyrannidem in eo exercerent. Naum 1. Non punit deus bis in idipsum. Affixi te, amplius non affligam. Et non consurget duplex tribulatio Iacobi 5. Patientes estote, & vos confirmate cōrda vestra, quia, Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sed quādo vna persona alteri maledicit est: graue peccatum, 1. Corin. 6. Neque maledici regnum dei possidebunt. Ad hanc concordiā valeret vt pares nuberēt, nobilis nobili, iuuenis iuueni. Arist. 1. de genera. & corrup. Similia se bene compatiuntur. Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile: sic & omnis homo proximum sibi. Sed quādo nobilis ducit ignobilē, pauper diuitē: tunc obiciunt sibi inuicē dissimilitudinem, dicendo: Non es me dignus. Ideo Gen. 2. dixit deus Faciamus ei adiutoriū simile sibi. Quinti qui dānātur, sunt, qui matrimoniū violant, 1. Corin. 6. Neque fornicarij, neque adulteri regnum Dei possidebunt, & Deute, 23. Non erit meretrix de filiabus Israël, nec scortator de filij Israël. Adulteris etiam tēporalis mors ex sententia domini inflicta est: Deute. 22. Si dormierit vir cum vxore alterius vterque morietur, id est: adulter & adultera. Detestabiliores itaque sunt & abominabiliores, qui accedunt ad vxores proximorum suorum, pura fratris vel patris. Nā tales sunt maledicti. Gen. 27. Maledictus qui dormit cum vxore patris sui. Et talibus nihil bene succedet. Vnde omnes leges dicunt adulterium puniendum. Primō lex Moſi, Deute. 22. Vterq; morte moriatur. Ideo Gen. 20. dominus cōminatus est Abimelech mortē propter vxorem Abrahæ. Et 2. Reg. 2. Dauid dictum est: Non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum. Secundō lex euangelica. Mat. 19. Dico autē vobis, quia quicunq; dimiserit vxorē suam nisi ob fornicationē, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Tertio lex apostolica. Hebr. 13. Fornicatores & adulteros iudicabit dominus. Et dicitur eis illud Apoca. vlt. Foris canes, venefici, & impudici. Dicit enim Richardus de me. vil. super 4. Sent. Quōd mulier adultera tripliciter peccat. Primō per furtum, in eo quōd falsos hæredes substituit & furatur viro & veris hæredibus

hæreditatem. Secundò peccat per mendacium: quia frangit fidem promissam. Tertio contra omnem legem dei. Vnde licet aliquando propter multiplicationem humani generis ad cultum dei ampliandum licitum fuit viro habere plures uxores, vt pater de Abraham & Iacob: nunquam tamen in lege diuina deicit omnem mulierem plures viros habere. Ideo Infocen. Papa, & habetur 23. q. 5. Christiana: Christiana religio adulterium in vtroque sexu pari ratione condemat, & quantum ad fractionem fidei: sed mulier vltra quantum ad bonum prolis. Idcirco adulteri magnam poenam habebunt. ¶ Sexti qui damnatur, sunt, qui partum necant. Et hoc dupliciter, scilicet corporaliter vel spiritualiter. Corporaliter quatuor modis. Primò, cum sterilitatem procurant propter poenam partus. De quibus Aug. de nuptiis & concupiscentiis, & habetur 30. q. 2. c. aliquando, & de homicid. c. si aliquis. Secundò, dum in vtero factus non dum viuificatus expellitur: non dico occiditur, quia dicit Aug. 32. q. 2. c. Moyses, & cap. quod vero. In forme puerperium animam non habet. Vnde primò oportet domum compaginari, & tunc habitatorem induci. Hiero. ad Alysiam, & habetur 32. q. 2. c. sicut semina paulatim formantur in vtero, & tandem non reputatur homicidium, donec elementa confecta suas imagines membræque recipiunt. Vnde versus.

Tres sunt in lacte dies, bis sunt in sanguine trini.

Bis seni carnem, ter seni membra figurant.

Tertio cum occiditur viuificatus vel delendo per abortum. De quibus 2. q. 4. c. audistis, & vide ibi Gloss. super verbo abortum, vel iam natum opprimendo & suffocando ex negligentia, c. quo supra, vel ex sororis malitia & ira. De quibus extra de his qui si. oc. qui totum præterquam in ultimo, vbi de oppressis per negligentiam habetur: Quarto, cum in loco deponitur vbi moritur de quibus extra de infan. & languid. expositis per totum. Vnde nulla bestia simile facit, imò nascitur alienas. Iere. 17. Perdix fouet quæ non peperit, imò legitur in historiis. Cyrum regem Persarum lupa lactauit. Ideo conqueritur Christus. Nulla in hoc mundo bestia peior muliere mala. Ecl. 25. Breuis omnis malitia super malitiam mulieris. Secundò aliqui occidunt partum spiritualiter & hoc multis modis. Primò eum in baptismo negligunt: & tunc non eis salus. Ioã. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Et habetur in c. de consec. dist. 4. nulla. Nulla præter baptismum salus promittitur infantibus, quia infantes si per sacramentum quod ad hoc diuinitus est institutum, in credendum numerum

numerum non transcunt, in tenebris manent, & possunt cõqueri illud Thren. vlt. Cecidit corona capitis nostri, propterea mortuum est in dolore cor nostrum. Ideo cõtenebrati sunt oculi nostri. Secundò cum filios & filias non corrigunt malefacientes, sed placent eis verba mendosa, scurrilia, deceptorie, quæ quando audiunt tacet, & vt habetur de præsum. c. nonne. Qui tacet cõsentire videtur. & faciens & cõsentiens eadẽ poena cõstringuntur, vt habetur de of. dele. c. 1. Et Ro. 1. Non solum qui agunt, scilicet male digni sunt morte, sed etiã qui cõsentunt faciẽtibus, vt parentes. Et posito quod pater & mater nunquam per se peccassent mortaliter, si sciant vel videant filium vel filiam peccare mortaliter, & non corrigant, æternaliter damnantur, nisi poenitentur. & habetur de hæretic. c. qui alios: Qui alios dum potest ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat. Tertio cum malum exemplum præbent per inhonestam conuersationem. Greg. Tot mortibus quis dignus est, quot mala exẽpla ad posteros transmittit, vt per superbiam, acediam, chorizationem, inebriationem & impietatem, quo ad pauperes. Hæc etenim cernentes filij à parentibus sequuntur plerumque; vestigia eorum in huiusmodi criminibus. Et sic implebitur illud Psal. 105. Immolauerunt filios & filias suas dæmoniis. Et Deut. 32. Immolauerunt dæmoniis, & non deo. Quarto occidunt pueros suos cum iniusta bona eis in hæreditatem relinquunt. Mar. 13. Tradet pater filium in mortem, scilicet cum filius sciens possidet bona à patre male acquisita. Aug. Si tenes obolum tenetis à diabolo. Psal. 36. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas, &c. Quia tales parentes damnant seipfos & pueros. Eccl. 41. De patre impio queruntur filij: quoniam propter illum sunt in opprobrio. ¶ Septimi qui in matrimonio constituti damnantur, sunt qui in timore dei non viuunt, Eccl. 1. Qui sine timore est, non poterit iustificari: vt aliqui viuentes bestialiter in matrimonio & actibus eius, sicut equus & mulus in impudicitia. Nam actus matrimonialis si fiat affectu fornicario, vt pote quod etiam cognoscere vellet si vxor eius non esset: tunc peccat mortaliter, quia tunc istius delectationis affectus præponitur ipsi Deo. vide 32. q. 4. ca. liberorum: sicut si fiat imperuolentia ex sola libidine proueniens, metas honestatis & rationis transgrediens, vt causa sarianda libidinis per meretricias blanditias, & cum vruntur calidis & incentiuis, vt potentiores sint actu. Et qui nititur facere, cum non appetit neque, exigitur, tunc peccat (credo) mortaliter. Similiter cum contra naturam vel usum naturalem cognoscit, tunc maximè mortale peccatum

peccatum committit. August. Valde detestabile est mulier accincta gladio, vir fuso. Istud peccatum clamitat in cœlum propter enormitatem. Et inter omnes species luxuriæ est pessima. ¶ Item non solum sine dei timore viuunt in opere, sed etiam tempore: Nam quinque sunt tempora, in quibus ab actu matrimoniali abstinendum est. Primum tempus quadragesimale. 33. q. 4. cap. non oportet, quia legitur in capite ieiunij illud Ioel. 2. Egredietur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo: Nam sicut quis ieiuniat à cibo corporali: sic etiam à delectatione carnali. Secundum est tempus quatuor temporum & dies rogationum. August. Tempore processionis & ieiuniorum non licet coniugibus conuiuere. 33. q. 4. Christiano, quia tunc abstinendum est ab illicitis, vt facilius impetretur, quod postulat. Tertium est tempus sacrorum dierum & sacrarum noctium, eadem quæ supra. cap. quotiescunque. Exemplum ponit in Dialog. Greg. quod quædam legitima à viro suo cognita sabbato in nocte, & cum die dominice processioni se iungeret, à diabolo coram omni populo multum vexabatur & torquebatur. Quartum est tempus infirmitatis feminarum, id est, tempore menstrui. Hiero. Quia tunc concipiuntur pueri leprosi. Ideo prohibetur d. 5. c. vlt. ad concubitu mulieris menstruatæ accedere. Hoc unum est tempus puerperij. cap. eo. quò supra. August. ex hoc officium mulieres steriles quia semen viri cum sanguine mortificatur. Et hoc maxime contingit infra decem dies, si conueniunt. Quod valde absurdum est, cum bestia irrationalis obseruent tempus. Similiter etiam tempore impregnationis & vicino partui. De illis scribitur Tobix 6. Hi namque qui coniugium ita suscipiunt, vt deum à se & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus in quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. ¶ Octauum verò sunt, qui matrimonium contrahunt recta intentione, & in dei amore & timore viuunt, vt docuit angelus Raphaël Tobiam iuniorem, Tobix 6. Tu autem accipias virginem cum timore domini, amore filiorum magis quam libidine ductus, vt in semine Abraham benedictionem in filiis consequaris. Sed illi qui malè contrahunt & malè viuunt sine dei timore & amore, non habebunt filios bonos. Psalm. 36. Iniusti punientur, & semen impiorum peribit. Sapien. 3. ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et c. 4. Ex iniquis omnes filij qui nascuntur, testes sunt nequitia aduersus parentes in interrogatione sua.

¶ Dominica 2. post Epiphaniam.

¶ De efficacia diuine potestatis. Et qua ratione peccator in loquendo adumbratus, à deo curetur.

## ENARRATIO I.

**D**omine si vis, potes me mundare. Mat. 8. Mar. 1. & Luc. 5. In summa euangelij tria innuuntur. Primum leprosi affectuosa oratio. Secundum eius gratiosa mundatio. Tertio subiungitur paralytici amorosa curatio. Primum ibi: *Domine si vis, &c.* Secundum ibi: *Extendens manum tetigit eum.* Tertium ibi: *Veniam & curabo eum.* ¶ De primo dicit: *In illo tempore, s. Cum Iesus prædicauit in monte Tabor octo beatitudines, anno, s. primo suæ prædicationis: vbi docuit omnem perfectionem. cum descenderet de monte, s. Tabor. Nam boni præceptoris mos est, doctrinam suam factis approbare. Hinc est, quod cum saluator compleuisset sermonem suum in monte, vt dicit Aug. mox descendit ad operationem signorum. Idcirco subditur: *Secuta sunt eum turba multe.* Orige. Aliqui propter charitatem, aliqui propter doctrinam, aliqui propter admirationem, aliqui propter infirmitatum curationem. Subdit: *Eccleprosus uenens, adorabat eum.* Iste leprosus non fuerat in monte, sed fuit de his qui expectabat Christi descensum in pede montis: audiebat enim solam doctrinam & credebat, quod talis sapientia absque omnipotentia non esset. Idcirco multum commendata est fides istius leprosi: quia adhuc nullo facto miraculo ex sola fama doctrinæ credidit. Quia dicit Magister in Historia, quod mundatio leprosi est primum signum, quod Christus operatus est, postquam apertè prædicare cœpit. Et dicit: *Venens adorabat eum.* Ecce infirmitas fuit causa adorationis & accessus ad Christum: sic & hodie Deus plagat aliquando hominem infirmitatibus & doloribus, vt accedat ad eum Psalm. 15. Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, s. ad confessionem. Aug. Felix necessitas, quæ ad meliora compellit. Eccl. 31. Infirmitas grauis sobriam facit animam. Et Hugo de S. Victor: Deus multos flagellat infirmitate, ne peccent. Vtilius enim est frangi doloribus ad salutem, quam vti sanitate & incolymitate ad damnationem. Et sic factum est beato Hiero, qui si non fuisset infirmitate flagellatus, non fuisset sacræ scripturæ ita attentus. Ideo Psalm. 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. Tunc ait: *Domine si vis, potes me mundare.* Quasi diceret, Voluntas tua est opus tuum. Ecce quam sapienter orauit. Non audiuit doctrinam in monte, vbi doctus fuisset orationem dominicam, scilicet Pater noster,*



ster, &c. Fiat voluntas tua, &c. & tamen dixit, si vis. Chryso-  
 Quasi diceret: Non dubito tuam voluntatem ad omne opus  
 bonum paratam, sed nescio an expediat mihi fanitas corpo-  
 ralis: ideo si vis, potes me mundare: quasi diceret. Tu es ille, de quo  
 Job 13. Quis potest facere mundum de immundo? nonne tu qui  
 solus es? Credo quod tu es qui mundasti Naamam per Hali-  
 seum. 4. Reg. 3. & sororem Mofi. Nume. 12. Potes ergo. Non di-  
 cit, si deum rogaueris, sed si vis potes: quasi diceret: Tuum posse  
 est valde efficax in multis. Vbi pro efficacia eius sciendum, quod  
 posse eius primum est principale, secundum singulare, tertio vir-  
 tuale, quarto vniuersale, quinto æternale, sexto laudabile,  
 septimum ineffabile. ¶ Dixi primum quod eius posse est principale  
 sic quod nullam habet antecessione, nullo indiget adiutorio.  
 Job. 41. Quis potest resistere vultui meo, & quis ante dedit mi-  
 hi, & reddam ei? quasi diceret: Nullus. Isa. 44. ego dominus fa-  
 ciens omnia, extendens cælos solus. Rom. 11. Quis prior dedit  
 illi, & retribuetur ei? quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso  
 sunt omnia. Ecce posse eius est principale. Secundum eius posse  
 est singulare, non habens adæquationem, Dan. 3. Neque enim  
 est alius deus, qui posset ita saluare. & Iac. 4. Vnus est legisla-  
 tor & iudex, qui potest perdere & saluare. Hanc singularita-  
 tem exprimit Psal. 88. Domine Deus virtutum quis similis ti-  
 bi? potens es domine. Glo. Tu ex te, alij de te, & veritas tua in  
 circuitu tuo. Et hoc est quod dicitur, Deu. 1. Neque enim est  
 alius Deus vel in cælo vel in terra, qui posset facere opera  
 tua, & comparari fortitudini tuæ. Sic ergo Deus in suo posse  
 nullum potest habere similem vel æqualem. ¶ Tertio eius  
 posse est virtuale, sic quod non habet contradictionem. Dani.  
 4. Juxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cæli,  
 quam in habitatoribus terræ, & non est qui resistat manui  
 eius, & dicat ei, Quare fecisti? Glo. Nihil inquit, medium in-  
 ter opus & præceptum: voluntas enim potestas est. Quia fi-  
 cut diuina voluntas non potest impediri neque cogi, sic nec  
 diuina potestas. Quarto eius posse est vniuersale, quod non  
 tum possit & non plus, sicut nostra, quia est infinita. Vnde si  
 queritur: Quare homo non potest suscitare mortuum? Re-  
 sponderetur, propter limitationem potentia, quia ad hoc fe non  
 extendit: sed Deus potest tam cælestia quæ terrestria, vt patet  
 Mat. vlt. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Hab-  
 et enim posse tam super spiritualia, quæ corporalia. Mart. 10.  
 Timete eum qui potest & animam & corpus perdere in geh-  
 ena

hennam. Luc. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum.  
 Ratio, quia cum virtus diuina maxime sit vniuersa: & quod ma-  
 xime est vniuersum, est infinitum, vt dicitur in libro de causis:  
 Omnis virtus vniuersa plus est infinita. hinc est, quod diuina po-  
 tentia vniuersaliter potest. Et propter hoc omnis scriptura  
 præconizat ipsum omnipotentem. Exod. 15. Omnipotens no-  
 men eius. Dicitur autem Omnipotens, quia ei non potest con-  
 venire coactio ab aliquo agente. Quia ipse est de quo 1. Ti-  
 mo. 6. Solus potes rex regum & dominantium. Quinto eius  
 posse est æternale, non habens interruptionem. Non sit po-  
 testas humana. Eccl. 10. Quid superbis terra & cinis? Et ite-  
 rum: Omnis potentatus brevis vita, rex hodie, cras morietur:  
 non est autem talis potestas diuina. Exo. 15. Dominus regnabit  
 in æternum & ultra. Et Dan. 7. potestas eius, potestas æterna,  
 quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Luc. 1.  
 Regni eius non erit finis. Sexto eius posse est laudabile, quia  
 non habet redargutionem. Quis enim deum arguere po-  
 test quod aliter potuit facere & non fecit? Job 11. Si subuerterit  
 omnia, vel in vno coarctauerit, quis contradicet ei? vel quis  
 dicere ei potest, Cur ita facis? Non ergo debet diuinum posse  
 argui, sed laudari & prædicari. Psal. 144. Generatio & gene-  
 ratio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronuntiabunt.  
 Septimo eius posse est ineffabile, quia non habet comprehensionem,  
 quia diuinum posse est infinitum, & infinitum est quod nec lo-  
 co, nec tempore nec intellectu circumscribitur. Et ita impossibile  
 est dei potentiam comprehendere. Basil. Plus potest Deus face-  
 re, quam possis cogitare. Pl. 105. Quis loquetur potentia dñi?  
 aut quis auditas faciet omnes laudes eius? quasi diceret: nul-  
 lus. Job 11. Excelsior cælo est, & quid facies? profundior in-  
 ferno, & vnde cognosces? forsitan vestigia eius comprehendes  
 & vsque ad perfectum omnipotentem reperies? Merito ergo ille  
 leprosus ad diuinum posse recurrit, dicens: Domine si vis, potes me  
 mundare: ¶ Dixi, secundum tagitur eius gratiofa mudatio, cum sub-  
 dit in textu: Et extendens Iesus manum, tetigit eum. Theophil. Humani-  
 tas Christi fuit instrumentum diuinitatis. Sed diceret: Nunquid  
 dominus fecit extra legem qua prohibetur tetigi lepra? L. 11. 12.  
 Respondet Chry. quod non, quia lex inhibuit tetigere leprosus,  
 ne tetigens inficeretur a lepra. Dominus autem a lepra non potuit  
 infici, sed manu eius sancta & tactu potuit mudare leprosus.  
 Secundum tetigit eum (dicit Orig.) vt ostenderet quod peccato alterius  
 nullus inquinatur qui non consentit, quia omnia munda mundis,  
 ad Tit. 1. Tertio, vt dicit Orig. tetigit eum, vt doceret nos neminem  
 spernere

spernere propter corporis infirmitatē: quod est contra quosdam qui leprosos abominantur. *Et dixit: Volo, mandare, i. sis mū datus.* Hiero. est verbum imperatiui modi. Subdit: *Et confestim mundatus est à lepra sua.* Orig. Ex eo quòd non tardauit credere, non tardauit Christus eum saluare. Et quia non distulit cōfessionem, nō differebat Christus saluationē. ¶ *Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris.* Inhibuit pluribus de causis, primò secundum Chry. quia Chry. quia non erat tempus opera Christi prædicare, quia hoc apostolis cōmittendum ab æterno præuidit & disposuit. Secundò nobis in exemplum, ne quæramus gloriam de bonis operibus. Mat. 6. Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Tertio, ne dicerent alij: Ecce sacerdotibus detrahit honorē, & ascribit sibi. ¶ *Et subdit: Vade & ostende te sacerdoti.* Plurib⁹ de causis. Primò ideo, quia licet ipse esset mū datus, tamē nō reputabatur mūdus, nec cū aliis habitare poterat sine iudicio sacerdotū. Secunda causa ( vt dicit Orig. ) vt sacerdotes cognoscerent, quòd non virtute & consuetudine legis, sed ex speciali gratia dei esset sanatus. Tertia causa propter præceptum. Leuit. 14. De quo in textu: *Et offer munus tuum, quod præcepit Moses in testimonium illis,* scilicet. in testimoniu mūditiæ. Chryl. Vt si postmodum vellent eum expellere, diceret eis: Munera à me quasi à mundato accepistis, quo modo me nunc quasi immundum expellitis? Sed diceret: Quæ fuerunt munera per leprosum offerenda? Respondetur, quòd mundatus à lepra bis offererat. Primò antequam castra ingrederetur offererat duos passeres viuo. cum ligno cedrino vermiculòque & hyssopo, & postea die octaua duos agnos, si erat diues: vel vnum si erat pauper. De quo ritu & modo oblationis habetur Leuit. 14. ¶ Moraliter, per hunc leprosum significatur quilibet in peccato mortali positus. De quo Haymo: Inuisibilis lepra est cōscientia vel anima peccatis inquinata. Et hoc varijs de causis. Prima: Quia sicut lepra est morbus contagiosus, ita quòd vnus inficit alium corporaliter: sic vnus peccator aliu spiritualiter inficit. Ecclesia stic. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et ibidem. Si cōmunicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto. Et sic periculosum est cōmanere talibus spiritualiter leprosis, quia non solum alios inficiūt operibus, sed etiam verbis. 1. Cor. 15. Corruptunt bonos mores colloquia praua. Ideo dominus dixit populo suo: Numc. 16. Recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent: ne inuoluamini in peccatis eorum. Prouer. 13. Qui cum sapientibus graditur,

fapiens

apiens erit, amicus autē stultorū similis efficietur. Secundò lepra est morbus nociuus, præ alijs morbis, quia ceteri morbi corrumpunt partē corporis tantum: lepra autē totum corpus inficit: sic & peccatum est valdè nociuū, quia corpus & animam corrumpit, ideo valdè timèdum. Eccl. 21. Quasi à facie colubri fuge peccatum, quia inducit mortem. Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et Roma. 6. Stipèdia peccati mors. Tertio est morbus sitibundus, quia ardor est interior. Sic & peccator in mortali ardet in concupiscentia praua. Prouer. 13. Venit impiorū insaturabilis. Nam sicut sancti vadunt de virtute in virtutem: sic prauis de vitio in vitium. Greg. Peccatum quod per pōnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahitur vt habetur de Cain, Gene. 4. qui lepra iræ erga fratrem suum Abel exarsit, & vsque ad homicidium peruenit. Quarto lepra est morbus foetidus & abominabilis, & ideo leprosi ab alijs separantur. Sic peccatores sunt abominabiles & foetentes, & separantur à bonis tripliciter. Primo quoad locum, quia Deus quatuor loca fecit, scilicet cælum, paradysum, terram, & infernum. In cælo tales leprosi stare non possunt, quia non intrabit ibi aliquid coinquinatum aut abominacionem faciens, Apoca. 21. Non in paradiso, quia quàm primū in Adam fuit inuenta lepra peccati, statim fuit eiectus. Genes. 3. Nec in terra. Psal. 17. Vt lutum platearum delebo eos. Et 2. Reg. 22. Delebo eos vt puluerē terræ, quasi lutum platearum comminam eos, atque confringā. Idcirco solum restat eis infernus, qui est locus foetidus. Ps. 10. Ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. Secundò separantur à bonis quātum ad meritum, qui nullā participationē habent meritorij in Ecclesia militante. 1. Corin. 6. Quæ societatis lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Be lial? quasi diceret? Nulla. Tertio separantur à bonis quantum ad cōfortiū. De his tribus habetur Mat. 13. Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum: ecce separatio quantum ad confortiū. Et mittent eos in caminū ignis: ecce separatio quantum ad locum. Ibi erit fletus & stridor dentium: ecce separatio quantum ad meritum & præmium. Ideo Psal. 13. Abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. Augu. Deus non abominatur foetidissimum canem, sicut vnum hominem peccatorem. Eccl. 12. Altissimus odio habet peccatores. Anselmus O quàm amara & mala, imò pessima res est peccatum. Faciles habet actus, sed valdè difficiles exitus, quia eternaliter à Deo separat. Marth. 7. & Psal. 6. Discedite à me omnes, qui ope-

Pars Hym.

P

ramini iniquitatem. ¶ Videamus igitur nunc de modo curationis, si fuerimus leprosi spirituales, quomodo tunc debeamus mundari: Respondetur, Primò per passionis Christi meditationem, nam omnes eramus leprosi & immundi. Prouer. 20. Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum à peccato: Et nullus poterat mundare nos, nisi filius Dei descendens de monte cœli per incarnationem, Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Idcirco omnes prophetae & electi expectabant eius descensum de monte cœli. Isaia 64. Vtinam dirumperes cœlos & descenderes. Et Psal. 147. Domine inclina cœlos tuos & descende. Bern. Oportebat Christum descendere, vt nos doceremur ascendere. Et sic eius descensus ad incarnationem & passionem ac sanguinis effusionem operatur nostram mudationem. Apoc. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. August. de vita Christiana: Si Christi passio abesset, nemo ad Deum spem habere posset. ¶ Secundò per appropinquationem, quia leprosus veniens appropinquauit ei, sic & nos Iaco. 4. Appropinquate Deo & appropinquabit vobis, scilicet per confirmationem voluntatis. Dicit enim Aug. Adiutor noster Deus dicitur, nec adiuuare vult, nisi homo sponte agere conetur. 1. Corin. 3. Dei enim sumus adiutores. ¶ Terriò per deuotam orationem, Iac. 1. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Isidorus: Oratio omnibus malis preualet. Hoc considerans iste leprosus orauit fideliter, humiliter, congruenter, & sapienter. Primò fideliter sine hæsitatione: Iac. 1. Postulet autem in fide nihil hæsitās. Nō vt Petrus, qui periit à Christo vt iuberet eum ire super aquas & hæsitauit, & cœpit mergi. Matt. 14. Cui dominus: Modicæ fidei, quare dubitasti? Ille verò orauit omni dubio semoto: Sic & nos, Hebr. 10. Nolite amittere cōfidentiam vestram, quæ magnā habet remunerationē. Bern. Quātū fiduciæ in domino posueris, tantū obtinebis. Secundo orauit humiliter sine elatione, quia scribitur Marc. 1. *Genus flexo adorauit eum.* Sic & nos, Iudith 8. Expectemus humiles consolationē eius. Amb. Qui in oratione exaudiri desiderat, necesse est vt pōpā à se remoueat: quia dicit Ps. Respexit in orationem humilium, &c. Aug. Oratio si humilis, & pura fuerit, vacua nō redibit. Terriò orauit congruenter sine errore: quia posuit voluntatem suam in voluntatē Dei, dicens: *Domine si vis.* Nobis in exemplum, quòd debemus petere secundum voluntatem Dei. 1. Ioan. 5. Hæc est fiducia quam habemus ad Deum: quia quæcunque petierimus, secundum

volun

voluntatem eius, audit, nos. Ideo Christus docuit nos hoc verbo & facto. Verbo, Matth. 6. Sic ergo vos orabitis: Pater noster, &c. ibi: Fiat voluntas tua. Similiter & facto in morte Oliueri. Mar. 16. Pater si possibile est, trāseat à me calix iste. Verū tamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et post, iterū eundem sermonē orans, subdit: Fiat voluntas tua. Nā medicus nō dat ægro omne quòd desiderat, sed quòd ei prodest: sic & Deus. Vnde dicit Ihd. de summo bono: Sæpe Deus non audit ad voluntatem, sed ad utilitatem, vt patet de S. Paulo. 2. Corin. 12. Datus est stimulus carnis meæ angelus Sarang, vt me colaphizet. Propter quod ter dominum rogauit vt discederet à me: & tamen non fui exauditus, quia tentatio carnis ad animæ salutem sibi fuerat utilis. *Idcirco dicit: si vis.* Quarta orauit sapienter cum infirmitatis confessione, quia confessus est immunditiā suā. Nobis in exemplū, vt prius confiteamur, deinde oremus, vt docemur Iac. 5. Cōfitemini alterutrū peccata vestra, & orate pro inuicē vt saluemini. Ecce docet primò cōfiteri: deinde orare, quia scribitur 1. Ioan. 3. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo. Ideo Castus. in lib. Collatio. Vt nostra oratio possit ad Deum ascendere, nullo vitiorum grauetur pōdere. Nam dicit Chrys. Qui peccat & orat, non orat, sed illudit: sicut milites geniculantes ante Iesum & ipsium colaphizantes. ¶ Quarta mundari debemus à lepra spiritali per sacerdotum offensionem, quia Iesus dixit ei: *Vade & ostende te sacerdotibus.* Licet enim iam fuerit mundatus, tamen iussit eum accedere sacerdotes. Ratio habetur de penitent. distinct. 1. cap. cx his. Mōsi quoque præcepit dominus, vt lepra sacerdoti ostenderetur, & iuxta eius arbitrium separata, eius iudicio contaminaretur vel mundaretur, quia peccata sacerdotibus debent releuari. Fuit enim figura, quòd licet mundatus sit per contritionem, tamen debet se ostendere sacerdotibus in confessione. de pen. distinct. 3. agite: Agite penitentiam, qualis agitur in Ecclesia, vt pro vobis oret Ecclesia. Nemo dicat sibi: Occulte ago, apud Deum ago, nouit Deus qui mihi ignoscit quæ in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Quæ solueritis in terra, erunt soluta & in cœlo. Ergo sine causa clauis data sunt Ecclesie Dei. Matth. 10. Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo. Frustramus igitur euangelium Dei. Frustramus verbum Christi, si promittimus verbis quòd ille negat, nōne nos decipimus: Idcirco Aug. Cur iussit Iesus discipulos Lazarū soluere, cum

P 2

potui eum solo verbo soluere, sicut & suscitare: nō alia ratio nē, quā q̄ ille qui resuscitatus est a morte animæ per contritionē, manēt ligatus ad æternam damnationem, si ex contemptu non fecerit oris confessionem, nec receperit à sacerdote absolutionē. Ideo Ambr. de pcc. diff. i. c. nō potest, dicit: Nō potest quisquam à peccato iustificari, nisi peccator fuerit ante confessus. ¶ Quinto mūdari debemus à lepra animæ per oblationem. De quo textus: *Offer munus tuum; quod præcepit Moses in lege.* Leuit. 12. f. duos passerēs & lignū cedriū, vermiculūque & hyssopum. Et vnum ex passerib. immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes, aliū autē viuū cū ligno cedriū & cocco & hyssopo tinget in sanguine passeris immolati, quo asperget illum qui mūdatus est septies. Spiritūaliter, passer dictus est à patiendo, duo passerēs sunt dolor cōtritionis & castigationis, f. quo anima compunctione, & corpus castigatione affligitur. Mich. 4. Dole & fatage filia Sion quasi parturiēs, quia sacrificium Deo spiritus cōtribularis, vt dicit Pl. 50. Lignū cedrinum quod est impurescibile, est firmū propositum nō peccādi. Ioan. 5. Sanus factus es, iam noli peccāre ne deterius tibi aliquid contingat. Vermiculus siue cōcercus rubei coloris est pudor confessionis, Rom. 6. Quē ergo fructum habuistis tūc in illis, in quibus nunc erubescitis? Hyssopus qui tollit tumorem pulmonis, est humilitas pœnitentis. Danielis 3. In animo cōtrito & spiritu humilitatis suscipiamus a te. Aquæ viuæ sunt dona spiritus sancti. De quibus Ioā. 7. Qui credit in me flumina de vētre eius fluēt aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Item Leuit. 11. dicitur, quod leprosus offerebat duos agnos immaculatos, & significant duplicē innocentiam. Prima est nullū opprimēdo Luc. 3. Neminem cōcutiatis, neque calumniam faciat. Prouer. 21. Non facies violentiam pauperi, quia dominus iudicabit causam eius. Secunda est miserum non deserendo. Eccle. 7. Ne desis plorantibus in consolatione. Lucæ 5. Omni petenti te tribue: Ambr. in cano. 86. dist. Palce fame morientem, quisquis enim pasceado hominem seruare poteris, si non paueris, occidisti.

¶ De benignitate ac moderando imperio dominorum in seruos, & de fidelitate officioque seruorum erga dominos. Item de fide ac humilitate Centurionis.

## ENARRATIO II.

**D**omine, puer meus iacet in domo paralyticus: & male torquetur. Mat. 8. ¶ In summa euangelij duo innuuntur. Primò humilis oratio

oratio ipsius Centurionis. Secundò liberalis exauditio Christi saluatoris. Primum patet in principio. Secundum, ibi: *Veniam, & curabo eum.* De primo dicit: *In illo tempore, cum descenderet Iesus de monte, & sanauit leprosum: tunc intravit in ciuitatem Capharnaum, quæ erat metropolis Galilææ: & accessit ad eum Centurio.* Vnde Centurio est nomen dignitatis eius, qui super centum milites habet potestatem. Aug. Hic accessit plus mente quā corpore rogās eū, scilicet per seniores, vt haberet, Luc. 7. dicentes *Quia dignus est, vt illi condescendat, & quod petit præstes, diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse edificauit nobis.* Nam per se ad Iesum non iuit, reputās se indignū qui loqueretur cū Christo. Quæ admodum Abraham Gen. 18. Loquar ad dominum Deū meū, cum sim pulvis & cinis. dicens: *Domine puer meus iacet in domo paralyticus.* Puer. i. seruus quem diligo sicut puerum meum. Eccl. 33. Si est tibi seruus bonus, sit tibi quasi anima tua. Et dicit, *Iacet in domo, non in hospicio, vel in platea, sicut faciunt mali domini, qui seruos reiciunt cum ceperint infirmari.* Contra quos inuehitur Seneca dicens: *Serui sunt humiles amici, ideo debent amicabiliter tractari.* Quod & ille fecit allegans defectum eius, dicens: *Male torquetur.* Vbi Orig. Attende, inquit, charitatem & bonitatem Centurionis; qui tam instanter rogat pro seruo ac si esset filius eius: q. d. Iste est seruus meus, ego seruus creatoris, iste habet me in terris dominum, ego dominum in cælis: si ei non misereor, quomodo mei dominus miserebitur? si ei non subuenero, quomodo subueniet mihi dominus? Et vt dicit Rabanus, Omnia ista cum dolore enarrauit, vt angustias demonstraret, & dominum commoueret, vt ei miseretur. ¶ Vnde notare hic debent domini, quid teneantur seruis, & econuerso serui, quid teneantur dominis. ¶ Primò serui tenentur dominis fidelitatis constantiam, secundò obedientiam, tertio reuerentiam, quarto intentionem rectam. Dixi primò, quod serui tenentur dominis suis fidelitatis constantiam: vt sint fideles, damna dominorum præcustodientes, & bona eorū augmentantes inquantū possunt, & fideliter laborātes in eorū absentia, sicut & in eorum præsentia. De quo Ephe. 6. Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placeatis: sed vt serui Christi, faciētes voluntatē domini ex animo, cū bona voluntate seruientes, sicut domino, & non hominibus. Et quando sic fideliter laborant, & in gratia sunt, tunc Christus per se erit præmium eorum Gene. 15. Ego ero merces tua magna nimis. Sed heu iam contra hoc faciunt, qui laborant in præsentia dominorum & quando de

deorsum vertunt, cessant, & colloquuntur simul iuutilia & oculis vagis circumquaq; respiciunt, & sic laborem negligunt. Contra quos dicit Saluator, Mat. 7. Omnia quæcūque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis: Non velles enim vt detraheretur tibi aliquid de mercede promissa, ergo nec tu detrahere debes de labore debito. Eccl. 31. Intellige quæ sunt proximi tui ex te ipso. Item contra hanc fidelitatem faciunt, qui bona dominorum comedunt clanculū & furātur, & aliis tribuunt, vt pro eis laborent. Quod si fecerint sine consensu dominorum, tenentur ad restitutionem, quia dicit Aug. Peccatū non dimittitur, nisi restituatur ablatū, vt habetur 12. q. 2. c. fraternitas, & 14. q. 6. Si res aliena, & 54. dist. c. generalis. Vnde sine consensu dominorum nihil notabile dare possunt, vt oua, carnes, caseos, nisi essent reliquæ quæ perirēt, vt panē & huiusmodi, quæ nō inferūt sensibile nocumētū. Luc. 11. Quod superest, dare elemosynā. Nā reliquæ si dātur pauperibus, & scirent domini, si nō est cōtrariū dominis, sed libenter vidēt: tūc peccāt familiæ, quod sinūt perire talia propter pigritiā, de quibus possit pauper cōtētari. Ioā. 6. Colligite quæ superauerūt framēta, ne pereant. Deberent enim pefare dictū Saluatoris, Mat. 25. Quādiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Et sic recipiendus est ab eis pauper, cæcus, claudus, ac si Christus staret in foribus. Et talibus famulis ac famulabus melius prosperabitur. Prouerb. 18. Qui dat pauperi: non indigebit. Qui autem despicit deprecātes, penuriam sustinebit, vt sæpius cōtingit in seruis & ancillis, qui pauperes despiciunt, & canibus tribuūt quod & ipsi post hoc in penuriā comederēt si haberēt, iuxta illud Luc. 6. Eadē mensura qua mensi fueritis: remerietur vobis. Ideo Hugo, Quid peius, quàm q̄ pauperes scilicet fratres superbo oculo despiciamus propter quod Petrus Rauēnen. Da pauperi vt det tibi Deus. Secundo serui & ancilla tenentur obedientiam dominis in licitis causis. De quo Ephes. 6. Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non recalcitrantes, & ad iracundiam provocantes: sed beneplacitam voluntatem quam cōgnoscitis facientes obedientes. Roma. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: nō est enim potestas nisi à deo. Itaq; qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Gala. 6. Per charitatem spiritus seruite inuicem, amore potius quàm timore. Ideo dixit angelus ad Agā ancillam Saræ, Gene. 16. Reuerte ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. ¶ Tertio

serui

serui & ancillæ teneatur dominis reuerentiā, Malac. 1. Si domus ego sum, vbi est timor meus? Nam reuerentialem timorem tenentur serui dominis, non obliquè detrahente dicendo: Ille dominus vel domina parcus est vel parca, talis vel talis, quia dicit Psal. 100. Detrahentem secretè proximo suo, hūc persequer. Habetur enim in canone 6. q. 1. Summa ini quitas est detrahere. Vnde scriptum est: Omnis qui detrahit fratri suo, homicida est, & omnis homicida non habet partem in regno Christi & dei. Ideo Ber. DetraCTOR & libens auditor vterq; portat diabolū: ille in lingua, hic in auribus. ¶ Quarto serui & ancillæ debent habere intentionem rectam, vt deum præ oculis habeant & seruitium ad deum referant, vt Ephes. 6. Cum bona voluntate seruientes, sicut domino, & non hominibus. Vnde Greg. omne bonum quod agimus semper, per intentionem ad cœlestia leuamus. Debent enim serui & ancillæ meditari quod dominus deus vocauit eos ad hūc statū: Ideo beneuolè debent sustinere propter deum, dicendo cum Apostolo, 2. Corint. 6. In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros. Et debent mane surgere & orare, & diebus festiuis missam audire, vel in domo orare, si non possunt missam audire, & se deo commendare: quia dicit Psal. 102. In omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino. Et si tunc debent seruire hominibus in ordine ad deum: tunc enim merentur in laboribus suis. Gala. 6. Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia. ¶ Nota, q̄ viceversa domini & domina tenentur famulis & famulabus etiam quatuor. Primò prouisionem, secundo dilectionem, tertio correctionem, quarto compassionem. ¶ Primò prouisionem s. necessariam in cibo & potu, quia eandem fidelitatem tenentur domini seruis, sicut serui dominis suis. Ephe. 6: Et vos domini eadem facite illis. Nam famulorum est esse sollicitos, quomodo bene & fideliter seruiāt: dominorū verò est, videns vt serui & ancillæ necessariā habeāt sustentationē: Similiter tenentur de pretio providere tempore suo Tob. 4. Et merces mercenarij tui apud te omnino nō remaneat, sed statim ei mercedem restitue, quasi diceret: eodē die quo operatus est tibi, redde illi: quia non reddere bene merito mercedē est vnū peccatū, de quatuor in cœlū clamantibus. Iacob. 5. Ecce merces operariorum quæ fraudata est à vobis clamat, & clamor eorū in aures domini Sabaoth introiuit. O quot sunt hodie tales qui violenter tenent mercedem seruitium eis! Talis violentia iudicabitur à deo. Prouerb. 32. Non facias violentiam pauperi,

quia pauper est, dominus enim iudicabit causam eius & con-  
fiet eos, qui confixerunt animam eius. Est enim defraudatio  
mercedis quodammodo similis homicidio, Eccle. 34. Qui ef-  
fundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres  
sunt. ¶ Secundò domini & dominæ tenentur famulis & famu-  
labus suis dilectionem, videlicet vt sint charitatiui, humiles  
& benigni ad eos. Vnde Ephe. 6. Remittentes minas, scientes  
quia & illorum dominus & vester in cælis est. Nam quilibet  
dominus debet pius esse suis seruis, sicut deū vult sibi clemē-  
tem & piū habere. Vnde Seneca: Sic cum inferiori viuas,  
quemadmodum superiorem tecum viuere velis. Contra hoc  
faciunt aliqui iracundi, raro amabilia verba loquentes fam-  
ulis. Contra quos scribitur, Eccles. 4. Noli esse sicut leo in  
domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos  
tibi. Ratio quia serui ac domini sunt similes ac æquales in  
quatuor. Primò, ratione principij, quia ab vno domino om-  
nes sumus creati. Iob. 33. Ecce me sicut & te facit Deus, & de  
eodem luto ego quoq; formatus sum. Gen. 1. Formauit Deus  
hominem de limo terræ. Sapien. 7. Nemò ex regibus aliud ha-  
buit natiuitatis initium. Habemus enim vnum spiritualem  
patrem, scilicet Deum. Psal. 29. Ipse fecit vos, & non ipsi nos.  
Et vnum patrem carnalem scilicet Adam. Propter quod dicit  
dominus, Mat. 23. Vnus est pater vester, qui in cælis est, om-  
nes vos fratres estis. Ergo non sunt despiciendi. Secundò do-  
mini & serui æquales sunt ex parte medij, quia omnes sumus  
mortales in hac vita miserabili. 2. Reg. 14. Omnes morimur, &  
quasi aquæ dilabimur quæ non reuertuntur. sicut dominus,  
sic & seruus. Hebr. 9. Statutum est hominibus semel mori. Itē  
omnes sumus breuis vitæ. Iob. 14. Breues dies hominis sunt,  
sicut diuitum, pauperum dominorum, & seruorum: & vnusquis-  
que potest dicere cum Iob. 7. Ventus est vita mea. Idcirco no-  
li extolli. Eccle. 32. Rectorē te posuerunt, noli extolli: sed esto  
in illis quasi vnus ex illis, ne dicatur tibi, sicut dictū est diui-  
ti, Luc. 12. Stulte hac nocte animam tuam repetet à te, quæ au-  
tem paraſiti, cuius erit? Idcirco nō superbias de domino tuo.  
Ecc. 10. Rex hodie est, & cras morietur. Vade igitur & respice  
ossa mortuorū, & vide quæ sit differentia inter dominū & ser-  
uū. Greg. Nescio quæ & qualis sit differentia, cum omnibus  
sit corruptio vna. Ideo Eccle. 10. Omnis potētatus breuis vita.  
Tertiò æquales sunt domini & serui ex parte finis, quia om-  
nes in terrā reuertētur: & incinerabūtur. Eccle. 41. Omnia quæ  
de terra sunt in terrā cōuertētur: sicut dominus, sic & seruus.

Vnusq

Vnusquisq; potest dicere illud Iob. 17. Putredini dixi, Pater  
meus es, mater mea & soror mea vermibus. Eccle. 10. Quid su-  
perbis terra & cinis? Ideo Aug. O homo agnosce te mortale,  
& frange elationē, Eccle. 7. In omnibus operibus tuis memo-  
rare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Quartò sunt  
humiles ex parte fori, quia omnes sumus hic forenses. In hoc  
enim mundo omnes possumus emerere vitam æternam nostris  
bonis operibus, seruis sicut dominus. Quia dicit Aug. in per-  
sona dei: Venale habeo quid? vitam æternā, quæ tantū valet  
quantum habes. Item sub eodem iudice omnes stabimus. 2.  
Corin. 10. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Chrī-  
sti, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue  
bonū, siue malū: quia scribitur Act. 10. Non est personarū ac-  
ceptor deus, sed in omni gēte qui timet deū & operatur iusti-  
tiā, acceptus est illi. De quo Ephe. 6. Vnusquisque quodcunq;  
fecerit bonū, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. Id  
circo dominus vel domina nō debet nōminare diabolū: nec  
dicere in nomine ipsius fac hoc vel illud quod dico tibi. Neq;  
familiaris persona est despicienda, quia tam bene est in via  
salutis, sicut & tu Eccle. 33. Si tibi sit seruus bonus, sit tibi  
quasi anima tua: quasi fratrem sic eum tracta. Tertiò domini te-  
nentur seruis correctionem, si delinquent. Debent enim cog-  
itare quòd tenentur reddere rationem pro ipsis, si grauiter  
peccāt in domibus ipsorum. Quia scribitur in canone de hæ-  
retic. c. qui alios. Qui alios ab errore nō reuocat dū potest sei-  
psum errare demonstrat. Ideò domini & dominæ famulos & fa-  
mulas tenentur instruere vt ieiunēt, missas audiāt, & confiteā-  
tur, & eucharistiā ad minus semel in anno recipiāt, & vt ver-  
bū dei audiāt: quod si nō fecerint, debēt eos arguere, aliās cul-  
pa redūbabit in eos, vt scribitur 23. q. 3. ca. qui potest. Qui po-  
test obuiare & perturbare peruersos; & non facit, nihil aliud  
est quam fauere impietati eorum, nec caret scrupulo societa-  
tis occulte, qui manifesto facinori desinit obuiare. Ber. Silere  
est cōsentire, quæ possis arguere. Et vā illis, qui cōsentiri in  
malū: nam scribitur Rom. 1. Non solum qui agunt, sed qui cō-  
sentiant, digni sunt morte. Cui consonat cano. 1. q. 3. qui con-  
sentit. Qui consentit peccantibus, erit apud Deum & homi-  
nes maledictus. Ideo 2. Timoth. 4. Insta oportune, importune  
argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Quia  
scribitur Iac. 5. Qui conuerti fecerit peccatorē ab errore viae  
suae, saluabit animam eius à morte. Quartò tenentur domini  
seruis suis compati, si sunt infirmi & defectuosi. 1. Cor. 11. Si

P f

quid patitur vnum membrum, comparatur omnia membra: quia si pes patitur, oculus respicit, manus tangit, sic & nos debemus condolare proximis, quia inuicē fratres sumus. Et cum gloriatur vñū membrum, cōgaudent omnia mēbra: sic & nos. Rom. 12. Gaudete cum gaudētibz, flete cum fientibus. Dicit enim Hiero. Hoc vult deus vt vnusquisque alterius angustias sentire debeamus vt proprias. 1. Ioā. 3. Qui viderit fratrem suum necessitatem habere. & clauerit viscera sua ab eoi: quomodo charitas dei manet in eo? q. d. nullo modo. Quia dicit idem, 1. Ioan. 4. Qui non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt, quomodo diligere potest? Ideo Greg. Minus proximū amare conuincitur, qui proximo in necessitate non cōparitur. Idcirco Centurio ille verā habuit charitatē ad seruū suū. Quod probatur ex cōpassione infirmitatis suæ. Dixi secundo innuitur liberalis exauditiō Christi saluatoris, cum subdit: *Veniam & curabo eum.* Sed dixeris: Quare voluit venire ad seruū Centurionis, & nō ad filiū reguli? de quo Ioan. 4. Responderetur: Nobis in exemplū, ne simus acceptores personarū. Iaco. 2. Nolite in personarū acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi. Etenim si introierit in conuentū vestrum vir anulum aureum habens in veste candida, introierit autem pauper in habitu sordido, & intendatis in eum qui indutus est præclara veste, & dixeritis: Tu sede hīc, pauperi autem dicatis, tu sta illic: nonne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? O quoties fit hoc, vt conqueritur Innocent. Clamat pauper, & nulus audit: loquitur diues, & quilibet applaudit. Iaco. 2. Si personas accipitis, peccatū operamini redarguti à lege quasi trāgressores. Idcirco Christus dedit nobis hīc exemplum, quod nō debemus spernere seruilem personam, in hoc autē ad filium reguli transire noluit etiam petitus: hic autē ad seruū seipsū transivit exhibuit. ¶ Respondit Cēturio: *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum.* Ecce humilitas. Orig. quia si d. nō sum dignus aspectu, nec accessu, nec introitu. q. d. Moses reputauit se indignum in alloquentia verborū & faciali apparentia coram terreno rege, dicēs: Quis ego sum, vt vadā ad Pharaonem? Exod. 3. Quomodo igitur ego sum dignus tua præsentia? Item Iere. in vtero matris sanctificatus dixit, c. 1. A, a, a, domine deus nescio loqui. Quomodo tunc ego in peccatis induratus te suscipiā? Ego non sum dignus quia alienigena ego sum & gentilis, idolatra, effusus sanguinis & accinctus gladio, *Sed tantum dis verbo, & sanabitur puer meus,* quasi di-

Tu es verbum patris, de quo Psal. 6. Misit verbum suum & sanauit eos: Ecce quanta fides. Credidit enim ipsum esse vbiq; præsentem. Talis fides non in regulo, Ioan. 4. qui ait: Domine descende, priusquam moriatur filius meus. Hic autem dixit, *tantum dic verbo.* Orig. O beate miles, vbi legisti quod dicit Ps. Verbo domini cæli firmati sunt? Sic igitur & tu, quando debes suscipere sacramentum, dic: *Domine non sum dignus,* quia tu humilis, ego superbus: tu filius virginis, ego luxuriosus: tu pius & mitis, ego rancorosus. 2. Corinth. 6. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial? Sic peccatoris ad Christum. Chryl. In eo, quod Centurio dixit se indignum regno cælorum, confirmauit dictum suum prudenti argumentatione, dicens: *Nam ego sum homo sub potestate constitutus,* scilicet imperatoris, *habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit: Alteri, Veni, & venit. Et seruo meo, Fac hoc, & facit.* Aug. Vt arguat per locum à maiori sic: Ego homo, tu Deus: & ego sub potestate constitutus habeo potestatem, quando magis tu potes, cui seruiunt omnes potestates, dicere infirmitati, *Vade & recede? Et sequentibus se dixit, Amen amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël.* Sed diceres: An fides istius fuit maior fide patriarcharum, prophetarum, aut apostolorum, & beate virginis? Responderetur secundum Aug. quod verbum Christi intelligendum est de præsentibus, & non de omnibus retrō: vt de patriarchis & prophetis, qui fuerunt fidei nostræ principium: nec tamen de omnibus præsentibus. Vel secundum Chry. intelligitur, quo ad statum suum. Sicut enim si rusticus loquitur sapienter, magis mirandum est quam de philosofo. Sic pro statu illius Centurionis non erat æquale consuetum suæ commune in Deum credere & Gentilem esse. Vel secundum eundē intelligendum est, quantum ad originē: quia alij visis pluribus signis crediderunt, iste verò nullo miraculo visō sed solo auditu credidit: ideo prædixit dominus futuram fidem & saluationem Gentium, quam Centurio iste præfigurauit, inquit: *Dico autem vobis quod multi (non omnes, quia non omnes obediunt euangelio, ad Rom. 10.) venient ab Oriente & Occidentibus, & ex omni parte mundi, scilicet, ad fidem & vnitatē Ecclesiæ: Et recumbent: & requiescent cum Abraham, Isaac, & Iacob,* quorū fidem imitati sunt in regno cælorū vbi est visio dei & abundantia omnium boni: *filij autem regni Iudæi in quibus dominus regnauit, eiciētur in tenebras exteriores* Sicut enim fidei priuatio est tenebræ interiores, sic & tenebræ infernales dicuntur exteriores: illius enim

enim est terra tenebrosa. Iob 10. & operta mortis caligine: terra miseria & tenebrarū, vbi umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Ibi erit fletus & stridos dentium. Glōs. Dentēs strident, qui hīc de edacitate gaudebant; Luc. 6. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Haymo: Fletus erit de ardore & fumo ignis inferni, stridor autem de frigore: Iob 26. Ad nimium calorem transiēt ab aquis niuium. Sapien. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. *Tunc Iesus dixit Centurioni: Vade, fiat tibi, s. gratia, sicut credidisti, s. solo verbo absque corporali præsentia, serui tui sanatio.* Subdit: *Et sanatus est puer in illa hora.* Profectò in illa hora qua Christus protulit hoc verbum, fiat: quo etiam verbo omnia creata sunt, Gen. 1. Fiat lux. Raba. Considera quātum vallet vnicuiq; fides propria, cum tantū valuit seruo fides aliena.

¶ *Dominica III. post Epiphaniam.*

¶ *De Ecclesie integritate per heresim aut schismata non violanda. Que causa persecutionū rēpēstas aduersus pios excitent. Ac cur quidā minus fidant diuine misericordie, & quot defectus eorundem.*

## ENARRATIO I.

**D**omine salua nos, perimus. Matt. 8. Et legitur in præsentis dominicæ euāgelio. ¶ In summa euāgelij tria innuuntur. Primò maris inundatio periculosa. Secundò discipulorum deprecatio affectuosa. Tertiò Christi operatio virtuosa. Primum ibi: *Ascendēte Iesu in nauiculam, ecce motus magnus, &c.* Secundum ibi: *Accesserunt discipuli dicentes: Domine salua nos, perimus.* Tertium ibi: *Surgens imperauit ventis.* De primo dicit: *In illa tempore, s. primo anno prædicationis Christi post descensum de monte, & postquam sanāsser leprosum & paralyticū, seruum Centurionis, & plures alios infirmos, vt refert Matt. Tunc videns turbas multas circa se, & volens declinare ab eis, insubit ire discipulos trans fretum: & ipse simul cum eis ascendit in nauim: nobis in exemplum, & dicit Chryl. Vt nihil debeamus facere ad ostentationem: sed semper declinare turbamur importunitatem.* *Ascendit igitur in nauiculam.* Orig. Cum magna miracula operatus esset in terra, transiit ad mare, vt & ibi miracula faceret, quatenus se non tantum dominū terræ, sed & maris demonstraret, Chry. Voluit vti ministerio nauis transfretando, cum famen posset siccis etiam pedibus pertransire, sed noluit, vt se verā naturam humanā demonstraret habere. Mystice, Nauicula est Ecclesia in principio & in fine arcta, in medio lata, ita arcta in fine quòd dicitur Luc. 18. Filius hominis veniens, putas inueniet fidem super terram? Sine hac naui nemo potest venire

venire de mari huius seculi ad portū salutis. De quo Aug. de fide ad Petriū: Firmiter crede, neminem posse saluari sine fide Ecclesiæ. Ideo subdit: *Secuti sunt eum discipuli eius.* sic & nos omnes debemus Christū sequi. Quia dicit Aug. de vita Christiana: Christiani nomen frustra sortitur, qui Christum minimè imitatur. Luc. 14. Qui non baiulat crucē suā & venit post me, non potest meus esse discipulus. Sed multo iam sequuntur Christū in nauicula fidei ore, non aut opere. Ideo ad Tit. 1. Confitentur se nosse deum, factis autē negant, cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobj. Vbi Greg. Quid prodest, quod deo fide iungimur, moribus autem disiungimur? Videmus enim, quod nauis periclitatur, quādo non est integrā: sic & homo est in periculo, quādo non habet integrā fidem in principio, medio, & fine. In principio debet esse integrā, id est, in corde non hæsitado. Iacob. 1. In fide nihil hæsitans, qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouētur & circumfertur. Scribitur enim de hæret. ca. dubius. Dubius in fide, infidelis est. Similiter debet esse integrā in medio, s. ore confitendo. Rom. 1. Corde creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutem, s. si interrogetur de fide vt cōfiteatur, vt dicit Glosa ordinari. Non perfectè credit, qui non cōfiteatur id quod credit. Peccatum enim fuit Petro ore negare, cum crederet corde. Cur enim lachrymis diluit quod ore negauerat, si saluti sufficiebat quod corde tenebat? Veritas enim & credenda est & loquēda, ideo dicitur Mat. 10. Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor, & ego eum coram patre meo: qui autē negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum corā patre meo, qui in cælis est. Ideò scribitur de sum. tri. & si. catho. c. firmiter, Firmiter credimus, s. corde, & simpliciter confitemur, s. ore. Hæc etiam nauicula debet esse integrā in fine, s. opere implendo. Isido. Beatus vir qui rectè credit, & rectè credendo bene viuit. De hac igitur nauicula dicit Athanasius: Quam nisi quisq; integram inuiolatamq; seruauerit, absq; dubio in æternū peribit. Ideo ita firmè deberemus esse in hac nauicula, quòd per nullam perturbationem ab ea recederemus, vt habetur in canone 24. q. 1. à recta. Dicit Lucius Papa, A recta fide & Apostolico tramite propter vllam perturbationem nolite recedere. ¶ Deinde subdit Euangelista: *Ecce motus magnus factus est in mari.* non naturaliter, sed diuina dispositione, ac providentia: ad ostendendum, quòd ipse esset, de quo Psal. 44. Qui conturbat profundum maris sonum fluctuum eius. Commotio autem maris



tribus modis solet euenire. Primò à causa superiori, hoc est à stellis & motu planetarum. Secundò à causa inferiori, hoc est, à profundo maris, quando mare nimis feruet. Tertio à causa media, hoc est à vento mare concutiente. Spiritualiter mare est seculum: Nam sicut in mari pisces maiores deuorant minores: sic in hoc mundo diuites & potentes opprimunt pauperes, Iacob. 2. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos? Item sicut in mari raro tranquillitas est: sic in præfenti seculo. Eccle. 2. Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt. Et dominus in Euangelium Ioan. 26. In mundo pressuram habebitis. Nam & inundationes tribulationum in mundo rectè eisdem modis causantur, quibus motiones in mari. Et primò à causa superiore, id est, Deo permittente: sicut Paulus à deo percussus est. Act. 9. Secundò ab inferiori, id est, tyranno persequente, vt dixit saluator, Matth. 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occiditis & crucifigitis: & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem. Tertio à causa media. id est, à dæmonum scruitia quia habitant in tenebrosis nubibus, qui nonnunquam descendunt infestare nos: sicut diabolus percussit Iob, vt habetur c. 1. vlcere pessimo. De his tribus dicitur Matt. 7. Descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Vnde per pluiam quæ de cælo descendit, significatur aduersitas à deo: per flumina quæ per terram fluunt, intelligitur persecutio tyrannica: per ventum qui ab ære uenit, tentatio diabolica. Per huiusmodi tentationes licet iustus patiarur & infestetur. non tamen ad nocumentum, sed ad salutem. 1. Corin. 10. Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, id est, moderamen ad utilitatem, vt possitis sustinere. ¶ Nota. has inundationes tentationum discipuli Christi sustinent aliquando ab extra in corpore & in rebus, sicut martyres, & adhuc plures in infirmitate, paupertate, persecutione. 2. Tim. 3. Omnes qui piè uolunt uiuere in Christo, persecutionem patientur: Aliqui uerò patiuntur ab intra. Et hoc diuersi modè, vt dicitur Psal. 33. Multæ tribulationes iustorum. Nam primò cõtingit, q̄ homo quando incidit in indiscretam tristiciam, vt si interrogaretur, nesciret quid sibi obesset. Hanc tristiciam Dauid expertes dixit, Ps. 41. Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? Hæc tristitia est valde nociua, quando hominem superat, nam trahit hominem ab inchoato bono &

facit

facit ei tædium. Tali enim tristitia deberet homo uiriliter resistere. Psal. 30. Viriliter agite, & confortetur cor uestrum. Et lectam mentem deberet homo suscipere ex beneficio passionis, resurrectionis, ascensionis, & aliis meritis Christi. De quibus Bernar. Vbi deficiunt merita mea, ibi supplet tua: nã talis tristitia nocet corpori & animæ. Prou. 17. Spiritus tristis exicit ossa. Secunda tentatio ab intra est habitatio fidei catholice, & desperatio de dei misericordia, & spiritus blasphemix contra Deum & sanctos, & tentatio occidendi seipsum, & quadam perplexitas querulosa cõscientiæ. ¶ Sed dices, Vnde oritur quod incipit quis dubitare de dei misericordia, quod nunquam debeat saluari? Responderetur ex tribus. Primò quia non ponderant quid Deus est in seipos. Secundò, quid peccatū. Tertio quid cõtritiō. De primo sciendū, quod Deus est summū bonum, & ita misericors, quod paratus est peccatorē suscipere, sicut fidelis mater uenicū filium si uideret illum in igne cecidisse parata esset celeriter eripere: multo amplius paratus est Deus peccatores eripere, & ad gratiā suscipere. Et si possibile esset, quod vnus peccator omnium hominum peccata haberet, adhuc dei misericordia in infinitum maior est. Bern. Sicut scintilla in medio maris: sic omnis malitia hominum ad dei miseridiam comparata: sed dices. Vnde hoc quod Deus tã magnis & multis peccatoribus est misericors? Respon. nō ex eorum merito, sed ex sua essentiali bonitate. Psal. 117. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Et quando sic peccatores incipiunt cogitare bonitatem dei, & quod Deus non indiget nostri, sed ex infinita bonitate miseretur nostri, tunc cor peccatoris liquescit, & cognoscit, quod deo nunquam ad plenū regratiari poterit: tunc peccator incipit diligere deū, & magis quandoq̄ erit acceptus deo, quàm qui nunquã mortaliter peccauit, sed semper segniter uixit. Et tales sic erunt sæpius feruentiores cæteris. Et sic tunc implebitur illud Ro. 5. Vbi autē abundauit delictum, superabundauit & gratia. Grego. Fit plerunque deo amore grator ardens post culpam quàm securitate torpens per inobediētiam, vt pater de Maria Magdalena & Paulo. ¶ Secundò prouenit talis tristitia ex eo, quod nō ponderat quid sit peccatū: Nã peccatū stat in hoc, quod homo præmeditatè & uoluntariè præter cõuadiationē rationis se euerit à deo ex deliberato proposito. eocuerso si homo haberet tot occurrentes cogitationes quot sunt arenæ maris, quæ & tã mala esset q̄ etiam uixor imaginari posset, huc de deo, huc de sanctis,

huc

siue de hominibus, siue de alijs creaturis: etiam si homo haberet per longum tempus vt per annum & citra, si reluctaretur, & non staret super illas voluntariè cū deliberato animo: tūc non esset peccatum mortale. De quo Greg. Nō est cogitatio tam immunda, quæ mentem polluat, si ratio nō cōsenserit. Sed adhuc eis de hoc forsitan scrupulus restat: an, si tunc sagitta malæ cogitationis à diabolo vel aliūde intentata vulneret, quando huiusmodi subito præoccupatus homo cū aliquali delectatione cadit super illud, quod incidit, & sic suis ipsius obliuiscitur quod nō immediatè se auerit: tūc enim pleriq; timent q̄ cū voluntate & ratione hoc factū sit, & quod sic, siimer obliiti peccatum mortale commiserint. Quibus respondetur: Non sic, sed ratio hominis præuenitur cū talibus sagittis cogitationum antequam ratio ritè seipsam aduertit. Cū autè aduertit cum deliberatione, tunc primū potest recipere vel respicere, & per consequens peccare. De quō Bern. Po test inimicus excitare tentationis motum, in te est velis dare consensum. Ergo boni homines non debent nimium turbari de talibus cogitationibus incidentibus, quia secundum Aug. Nihil peccatum nisi voluntariū, nam inobediētia vel concupiscētia nō habet culpā in corpore nō cōsentiētis, 15. q. 1. c. De concupiscētia. Peccatum mortale nō potest committi sine grandi tētatione sui, sine graui læsione proximi, & sine contēptu dei. Nam sensualitas non peccat mortaliter, nisi cū consensu rationis: sicut nec Eua peccatūm nocuisset sine cōsensu Adæ. Tertio prouenit ex eo q̄ nō pensant quid sit contritio & pœnitētia. Nā contritio est yirtus, quæ delet homini peccata cū est vera. Psa. 50. Cor contritum & humiliatū Deus nō despicias. Chryf. peccata præterita non cōdēnāt, si nō placent. ¶ Attamē sciendū, quod tales homines habent sex defectus: Primus est quod nō capiunt informationem, & vix credūt quibus credere tenātur: & hoc prouenit ex nimia impressione cordiali, in qua semper sine intermissione stant: & quanto plus de illis loquūtur, tantū plus defectus illi crescūt. Illi deberent eligere cōfessorem doctum & discretū, qui hoc haberet ex ratione & scriptura, cui crederent sine omni dubio. Heb. 11. Credere operter accedentē ad deū. Tales etiā accepta informatione cōsiliū cōfessorū & instructorū suorū sequi oportet. Nā Deus hoc requirit ab eis in extremo iudicio, si, s. nolūt sequi. Et si innitatur propriis cōceptib⁹, hoc enim est signū elatę mētis. Isa. 12. Si nō credideritis, permancebitis, s. in salute. ¶ Secundus defectus est q̄ habēt indiscretum

timorem

timorem. Timent enim & apparet eis quod nunquam recte confiteantur, quantūcūque etiam diligenter cōfessionem fecerint: & sic nūquam habent cor quietū, & hoc oritur ex illo, quia nesciunt quid teneantur cōsiteri: quia mortalia ex præcepto, venialia in generali, & incidentales cogitationes ex cōsilio. Ideo Aug. Peccator debet duo facere. Primò debet studiū adhibere vt recorderetur omnium peccatorum quę fecit cogitatione, locutione, & operatione, in quātum potest. Secūdo debet exorare Deum, vt det sibi cognoscere sua peccata, quia libenter vellet ea cōsiteri si sciret, tunc Deus ex sua misericordia dat illi cognoscere peccata aut indulget illi omnia, quæ scit, & quæ nescit. Et sic quādo peccator suam diligentiam adhibuit sic accedēs ad cōfessionē, omnino debet sperare plenam omnium remissionē, aliās nō consequitur misericordiam. Ambro. Nō potest agere verā pœnitentiam, qui nō sperauerit indulgentiam, etiā si centies cōsiteretur. Aug. Pœnitentia, quæ non procedit ex fiducia, est sterilis & sine misericordia. ¶ Tertius defectus est, q̄ tales volūt habere status sui certitudinē, an sint sine peccato mortali, vel non, quod nullus certo scire potest, nisi ex speciali diuina reuelatione. Eccl. 9. Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit. Ergo suācere deberet eis examen propriæ conscientię, si nō inueniret scrupulum. Nam Deus vult vnumquēque nostrū incertū esse, vt humiliemus nos & stemus quotidie in timore Dei. Eccl. 27. Si nō in timore domini tenueris te iustāter, citò subuerteretur domus tua. Ber. Cōnexa sunt timor & religio, nec potest stare vnum sine reliquo. Propter quod dicitur Prouer. 28. Beatus homo qui semper est pauidus. Nam si homo sciret se certum esse de gratia, tunc posset se extollere, & ex elatione mentis grauius cadere. Eccl. 9. Omnia in futurum reseruantur incerta, eō q̄ vniuersa æquē cūeniāt iusto & impio, s. fortunium & diffortunū. ¶ Quartus defectus est, quod aliqui faciūt aliquādo contra Deum murmurationem: & hoc prouenit ex magna tentatione, in qua semper stant, & tūc recalcitrant & contradicunt Deo murmurando cur Deus permittat hoc super eos, nescientes diuū Augu. in Enchirid. Deus summè bonus nullū permittit malū, quin velit elicere bonū. Sed tales cū non sint multum exercitati in alijs tribulationibus: idcirco habent se sicut iuuenis equus, qui ligatur ad currum. Primò currit cū impetu putās se per hoc euadere posse, sed post quā fatigatus fuerit, videns quod aliter esse non potest, tunc passim & quietè vadit: Sic fit & illis. Quādiu enim sunt in pu-

Pars Hyem.

gna cōtra huiusmodi tentationes, amarè valdè ferūt illas & nimium turbantur: quas tamen perpeti eos oportet vsque dū misericors Deus sic respiciat eorū laborē & patientiā, quia ipse scit quando eis expediat, vt liberētur, atque vt eos alleuiet. Ergo nil melius, quā q̄ patiētē & humiliter flagellū sustineāt, & se dignos iudicē qui sic pro excessibus flagellentur, sperātes eis esse bonū: & sic de necessitate virtutē faciant Aug. Intellige Deū esse medicum, tribulationē verò medicamentū. Scit enim cœlestis medicus quid daturus & quid subtracturus sit: daturus ad cōsolationē, & subtracturus ad excitationem. Idcirco cōmitte Deo. Eccl. 2. Fili prepara animā tuā ad tentationē, & omne quod tibi applicitū fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiā habe. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quintus de festis eorū est, q̄ stant super tētatione per ratiocinationē, & semper disputando quasi sua industria atq; viribus propriis velint & possint resistere. Et tamē nihil est, quod amplius nocēat eis, quia sic ratiocinādo augetur tētatio. Potius autē fertoros inde auertere debent, & aliquid boni cogitare de passione Christi, gaudiis cœli, & pœnis inferni, & nihil cogitare de aggravatione: quia nō est illis nociuū, sed magis proficuū, si est rationi eorū & volūtati cōtrariū: & potius vellēt carere si possent, ea tentationis molestia: & per consequens non est peccatū. 1. q. c. 1. Ex volūtate peccata procedūt, quæ libero mētis arbitrio & delinquendi proposito cōmittūtur. Vnde & nō nisi ex cōsensu cōsuetūta sit rea. Cū igitur nō sit cōsensus in illis, ob id etiā nulla vel modica est culpa, nec aliqua cōsequitur pœna. Aug. Non sentit qui nō cōsentit, i. nō sentit pœnā qui nō cōsentit ad culpam. Ideo fatuē agit, qui per rationem desuper stat & cōscientiam suam grauat. ¶ Sextus defectus, quod impeditur deuotio in illis. Quia quātō tēpus est sacratius, & libentius deuotionem habent vt se ad Deū deuorē darent: tantominus deuotionem habēt, & illa tribulatio tunc maior est quā alio tempore: & sic accidit quod vnū Pater noster non possunt orare, sine tali incidentalī cogitatione. Et exinde turbati & amaricati, dicunt cū importunitate, Quid me iuuat oratio talis, sine deuotione? & sic tunc totaliter omitunt. Et in hoc malefaciunt, quia consentiūt diabolo, qui hoc quarit, vt possit hominem in spiritali opere impedire. Nam homo ex eo non debet dimittere orationes & alia bona opera. Isidor. Omnibus malis præualet oratio: Quoties igitur homo tangitur vitio, debet subsequi oratio. Nam quod deficit homini

homini in deuotione, hoc implet labor pugnæ, cō quod tunc orationis labor ex tædio plus afficiat & durior ingrauescat vbi tamen si orando & sic pugnando perstiteris, magis merberis. Greg. Maius meritum est, bene pati, quā bene agere. Et sic licet non habeas deuotionem, tamē habes desiderū, in quo clamas ad Deum: quod vt exaudiaris, sufficit. Ps. 9. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Greg. Desideria sunt animæ verba ad Deū clamantia. Cui consonat Aug. super Ps. Et si lingua taceat, qui desiderat corde clamat: sicut Moses Exod. 1. cui dixit dominus: Quid clamas ad me? cū tamen non ore clamaret, sed corde desideraret, sicut etiam nonnumquam infirmus in agone iacens nesciens loqui, attamen ex desiderij intentione exauditur.

¶ *Cur præsens seculum sit per mare designatum: At cur Deus finas hic vestros quassari calamitatibus.*

## ENARRATIO II.

**E**cce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Matth. 8. In summa Euangelij duō innuuntur. Primo commotio maris periculosa. Secundō sedatio eius miraculosa. Primum patet in principio. Secundum ibi: Surgens imperauit ventis. De primo dicit: Ecce motus magnus factus est in mari. Greg. Gesta in sacra scriptura significat nobis aliqua faciēda. Omnia quæ de saluatore legimus, sunt animarum medicamina. Et sic hic legitur de motu maris & eius inundatione: & significat hominum tentationes, quas patiuntur in mari huius seculi. Ps. 76. In mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis. Et bene præsens seculum significatur per mare sex de causis. Primum in mari non est mansionis localitas: sic & in hoc mundo non est diurna habitatio habēda. Heb. 12. Non habemus hic manētē ciuitatem, sed futuram inquirimus. Iob 22. Nescio quandiu subsistam, & si post medicum tollat me factor meus. August. Homo in præsentī vita est sicut hospes in domo aliena: vbi cum paterfamilias præcipit, oportet vt exeat, sic & nōs in hoc mundo. Greg. In hac via sumus qua ad patriā pergitur, nescimus horā exitus. Eccl. 9. Nescit homo finē suū. Sed dixeris: Cur Deus finē nostrū nos ignorare voluit? Respondet Aug. Later vltimus dies, vt obseruentur omnes dies. ¶ Secundō in mari est fluxus velocitas, & sic in hoc seculo vitæ breuitas. Iob 14. Breues dies hominis sunt. Reuera breues, nam vita nostra comparatur his rebus, quæ medicum durant. Primum vmbra. Ps. 143. Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt. Sap. 5. Quid nobis profuit superbia

vita? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis: transferat omnia illa velut umbra, & tanquam nuntius præcurrens. Secundò comparatur fœno. Ps. 102. Homo sicut fœnum dies eius, tanquam flos agri, sic efflorescit. Matt. 16. Fœnum quod hodie est, cras in clibanum mittitur, Isa. 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Sic & homo, hodie viuus, cras moritur sicut flos, vt dicit Psal. 89. Mane floreat & transeat, vespere decidat, induret & arefcat: sic & homo. Tertiò comparatur fluuio seu aquæ fluenti. 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertuntur. Quarto comparatur vento. Job 7. Memero, quia vêtus est vita mea. Quinto comparatur vapor. Iac. 4. Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicū parens, & deinceps exterminabitur. Ideo Job. 7. Nihil enim sunt dies mei. Et Psal. 89. Quæ pro nihilo habentur, eorū anni erunt. Ideo scribitur Eccle. 18. Ne oblecteris in modicis, vt fecit diues. Luc. 52. qui dixit: Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare, nesciebat enim responsum à Deo sibi dandum: Stulte hæc nocte animā tuam reperent à te: quæ autē parasti cuius erunt? Ecce velocitas cursus vitæ. Augu. Vita nostra nihil aliud est, nisi cursus ad mortem. Greg. Quot horas peragimus, tot passus ad mortē appropinquamus. Eccle. 5. Ne dixeris: Est mihi sufficiens vita. Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diē; subito enim veniet ira domini, & in tēpore vindictæ disperdet te. ¶ Tertiò in mari est multiplicitas aquarum. Eccl. 1. Omnia flumina intrant in mare, & mare nō redundat: Et sic in mūdo est miseriarum diuersitas. Thren. 2. Magna enim velut mare cōtritio tua: i. miseria. Ecc. 2. Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni. Et sicut aquæ maris sunt amaræ: sic & amaritudo tribulationū est omni homini. Job 3. Homo natus de muliere breui viuens tēpore repletur multis miserijs: & maxime infidelibus & peccatoribus. Eccle. 41. Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legē domini altissimi. Et si nati fueritis, in maledictione nascemini: & si mortui, in maledictione erit pars vestra. Ecce miseria. ¶ Quarto in mari est auræ instabilitas. Psal. Qui descendunt mare in nauibus, faciētes operationē in aquis multis: Ipsi viderūt opera domini & mirabilia eius in profundo. Dixit & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius: Sic & in hoc mundo magna est instabilitas. Nam qui modò sanus, tunc in firmus: nunc diues, tunc pauper: iā lætus, citò tristis erit: & qui modò viuus, post hoc statim morte perit. Eccle. 10. Rex ho-

die

die est & cras morietur, vt patet. 1. Mach. 1. Rex Prolomæus imposuit sibi duo diademata, & tertiā die mortuus est. Ideo scribitur Isa. 52. Ego dominus Deus tuus, qui cōtorbo mare, & intumescit fluctus eius. Nam tunc conturbat mare, quando statū hominis mutabile facit. Et fluctus intumescit, quando homo ab vno statu in aliū mutatur: Job 13. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodē statu permānet, donec perueniat ad lit' cœlestis patriæ. Ioan. 16. In me pacem, in mūdo autem præsurā habebitis. Figuratur hoc Ioan. 16. Christo stare in littore discipuli laborauerūt in mari, donec vocati à Christo venerūt ad littus, & ibi discubuerūt cū ipso. Sic modo Christus in littore est, i. securitate cœlestis patriæ, nos verò in instabilitate huius mundi & labore. Augu. Domine fecisti nos ad te, inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Et sic nauicula est vita nostra, quæ in mari huius seculi laboriosa est, donec perueniamus ad littus gloriæ. Greg. Vita nostra nauiganti similis est, stat, iacet, ad littus tendit: sic & nos. ¶ Quintò maris nauigatio est periculosa: sicut conqueritur Apoit.: Cor. 11. Noctē & diē in profundo maris fui, in periculis fluminū. Sic nos in hoc mundo nescimus, an vnquam ad portum veniamus cū diuitijs virtutum: Eccl. 9. Nescit homo virtū amore an odio Dei dignus sit. Ibidem: Sunt iusti: & opera eorū in manu Dei. Ideo 1. Cor. 9. Qui existimat stare, videat ne cadat. Idcirco nauta nō intantum cōfidit de temporis & auræ tranquillitate, quin in portum se recipiat, dum potest: Sic nec aliquis fidelis debet consistere in virtuositate, iuuetute, & fortitudine: sed dum tēpus habemus, operemur bonum. Gal. 6. Quia dicit August. Nemo securus in hac peregrinatione, quæ totā tentatio nominatur. Vtrūq; enim fieri potest, ex malo melior, & ex bono deterior. ¶ Sextò in mari est horribilis tempestas. Ps. 68. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me: sic & in mūdo est tempestas tentationum. De quo Vincē. In hac peregrinatione nemo potest viuere sine tentatione. Nam si tentatus est Christus, nunquid non etiam Christianus? Ioan. 15. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Non est seruus maior domino suo. Ps. 33. Multæ tribulationes iustorum. Si iustorum, quid tunc peccatorū? Sed quærat aliquis. Cur permittit Deus tentationes super virtuosos, fideles ac iustos? Responderetur. Primò vt à peccatis purgentur. Tob. 1. In tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Nam contraria contrariis curantur, vt peccata per carnalem dulcedinē & dele-

rationem perpetrata, per tribulationem & amaritudinem expricetur. De quo Bern. Vult, vt flagellemur, vt à peccatis mūd demur. Et sic flagellata fuit Maria soror Moſi lepra, Num. 12. vt à peccato murmuris mundaretur. Ideo Ber. Quod flagellū grāno, lima ferro, fornax auro, hoc facit tribulatio iuſto. Idē, Sicut per amarum poculum confectionis peruenitur ad gaudium ſanitatē: ſic Deus qui ſummē bonus eſt & ſummē nōs diligit, tribulationē ſuper nos ad purgationem & ſanitatē animæ permittit. Ideo Auguſt. Memento deum eſſe medicū, & tribulationem medicamentum. ¶ Secundō vt virtutibus dirētur, ſine quibus nemo adultus videbit deum. Non enim ei ſit rex gloriæ in cōlo, niſi ſit ei rex virtutum in hac vita. Plus enim meretur virtuoſus in vno die, quā vitioſus in mille annis. Nam plus valet vnus lapis precioſus, vt pote ſaphyruſ vel ſmaragdus, quā centū plauſtra ſilicū: Vnde nulla anima adulti hominis placet deo, niſi ſit virtutibus ornata. Caſſio. Anima virtutibus plena, eſt trinitatis cathedra. ¶ Sed quōd virtutes ex tribulationibus generentur, patet ex præcipuis virtutibus, vt charitate, humilitate & paciētia ſine quibus nulli homini erit ſalus, quōd per ſingula trāſcūtrenti patet. Primō ſine charitate nō eſt ſalus. Ambr. Sicut ſine via nemo peruenit, quōd tendit: ſic nec ſine charitate. 1. Corin. 13. Si charitatem non habuero, nihil ſum. Et illā naſcitur ex tribulatione, de quo Auguſt. Sicut panis in camino decoctus & ſubito extractus calore ignis adhuc in ſe continet, ſic charitatis de camino tribulationis. Idem, Quātō pro deo affligimur arctius, tāto deum efficacius amamus. Ideo Greg. Sicut ignis à ſtatu premitur vt creſcat, ita ſtatu tribulationis charitas creſcit. Huius assignat rationem Bern. Vult conditor noſter alto quidem conſilio, ſed ſalubri omnem fidelem tribulationibus exerceri vt cūm defecerit homo, ſubueniat deus, & vt deus ſicut dignū eſt ab homine veneretur, & per conſequens admetur. Secundō ſine humilitate non eſt ſalus. Mat. 8. Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum. Sed tribulatio efficit humilitatē, quia qui flagellatur vt malē operans, neceſſariō humiliatur. 2. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ aſnigelus Satanæ, vt me colaphizet. Vbi Greg. Diuina diſpenſatione agitur: ne mens ſplendens virtutibus extollatur, flagellationibus traditur vt humilietur. Tertio ſine paciētia non eſt ſalus, Heb. 10. Paciētia vobis neceſſaria eſt, vt voluntatē dei faciētes reportetis promiſſionem. Et illā efficit tribulatio,

Rom

Roman. 5. Tribulatio paciētiā operatur, paciētia autem probationem, probatio verō ſpem, ſpes autem non cōfundit. Quia inquit Greg. Tantō ſpes ſolidior ſurgit, quātō maiora quis pro illo pertulit: ¶ Tertio vt boni manifeſtentur, multi enim creduntur boni, humiles, paciētes tempore paciē & proſperitatis: ſed quādo tanguntur & mouentur tribulationibus tunc noti ſunt ſibi & etiam aliis. Deu. 13. Tentat vos dominus deus veſter, vt palam fiat vtrū diligatis eum; an non. Et in figura illius dixit Iſaac ad Iacob, Gene. 27. Accede ad me huc; vt tangam te fili mi, & probē vtrū ſis filius meus Eſau, an non. Et hac cauſam allegauit diabolus de Iob, dicens ca. 1. Nunquid fruſtra timet Iob Deum? nonne tu vaſtaſti eū ac domum eius vniuerſamq; ſubſtantiā per circuitū: operibus manuum eius benedixiſti. Sed extende paululum manum tuā & tange cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi. Et ca. 2. Mitte manū tuā, & range os eius & carnē eius: tūc videbis quōd in faciem benedicat tibi. Et ideo affligūtur boni, vt aliis innotescant: ſimiliter mali vt aliis noti ſiant: quia mali ex tribulationibus efficiūtur peiores, & boni meliores, qui ſe ipſos malos æſtimauerunt & timuerūt. Vnde Pſ. Filij & fremittentes & mittentes arcum conuerſi ſunt in die belli. Et ſunt hi de quibus, Luc. 8. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Et Grego. de talibus inquit: Pœna interrogat; an quis veraciter Deum amet. Qualis vnūſquiſque apud ſe lateat, illata contumelia probat. ¶ Quātō, vt amici Dei probentur. Eccle. 30. Qui diligit filium, affiduat illi flagella. Et Prouerb. 3. Quem diligit dominus corripit, & quaſi pater in filio complaceat ſibi, vt patet in Tobia cap. 13. cui dicit angelus Raphaël, Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tētatio probaret reſporteret enim dilectos dei tentari. Iudith. Omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes tranſierunt fideles. Et Apoc. 3. Ego quos amo, arguo & caſtigo. Nō dic igitur: Dominus dereliquit me: nec ſemper æſtima aduerſitates immitti ex ira Dei, ſed etiā ex paterna dilectione: præſertim iuſtis, qui non grauiter exceſſerunt. Heb. 12. Quem diligit dominus caſtigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In diſciplina perſeuerate, tanquam filius offert ſe vobis Deus. Quis enim filius quem non corripit pater? quōd ſi extra diſciplinam eſtis, ergo adulteri & non filij eſtis. Bernard. Nullum teſtimonium credibilius in hac vita, quā correctio. Quam conſiderauit propheta, dicens: Corripiet me iuſtus in miſericordia, Pſalm. 140. ¶ Quintō, vt à pœnis

purgatorij soluantur: quia non est tam iustus aliquis, quin faciat aliquando aliqua mala, vt habetur, Eccl. 7. Non est homo iustus in terra qui faciat bonum & nō peccet. Ideo vult deus aliquando hominem hūc punire, ne in futuro puniatur: vt impleatur illud Nahum 1. Affixi te, & non affligam te vltra. Nō confurget duplex tribulatio. Et est signum magnæ misericordiæ, vt per breuissimas pœnas & paruas absoluat nos à magnis & longis purgatorij. Ber. Licet innumerabilia martyres passi sunt tormēta, tamen talis pœna nunquā est inuētā sicut pœna purgatorij. Ideo 2. Corin. 4. Id quod in præsentī est momentaneū & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æterni gloriæ pōdus operatur in nobis. Ecce Apost. de præsentī pœna dicit duo. Primò q̄ sit breuis, secundò q̄ sit leuis. Primò breuis, quia momentanea respectu pœnæ purgatorij, quia de illa pœna de qua posset homo se infrac vita expedire in spatio vnius diei, erit forrē in purgatorio pro spatium vnus anni. Ezech. 4. Fili hominis die in quā pro anno dedi tibi. Vt factū est filiis Israēl qui abusi beneficiis Dei in deserto, viam quā potuissent perfecisse per quadraginta dies, perfecērūt per quadraginta annos. Numer. 14. Annus pro die imputabitur & quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam. Ecce quā longa pœna purgatorij. Secundò dicit, quod præfens pœnæ sit leuis, sed purgatorij valde grauis. De quo Aug. Grauius est esse in purgatorio, quādiu oculus potest claudi & aperiri, quā omnis pœna quam sustinuit Laurentius in craticula. Et Hiero. Leuissima pœna purgatorij est acerbius, quā omniū martyriū tormenta. Propter hoc patiēter deberemus pati tribulationes, dicendo cum Aug. Hic seca, hic vire, vt parcas in futuro: quia tribulatio est purgatorium iustorum: De quo Bern. Ad hoc est tribulatio electorum, vt purgati securius transeant ad regnū cœlorum. ¶ Sexto, vt ostendat quā discretē malī in futuro puniātur. Greg. Si flagellat quos amat, quō modo feriet quos æternaliter damnat? Et quia sicut dicit propheta. Multæ tribulationes iustorum. Ps. 33. Quantæ tunc erūt impiorum qui hūc nihil pati volunt pro Christo: quorum via in hoc mundo prosperatur? vt scribitur Iob 21. Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non est virga Dei super illos. Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitū organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Ibi tunc impletur illud Isa. vlti. Vermis eorum non morietur, ignis eorum non extinguetur. Hoc ergo hūc debent contemplari boni, & patienter

enter tribulationes pati. ¶ Septimò, vt præmia eorum augmententur, quia dicit Ambro. Quantò maior tribulatio, rārò vberior erit consolatio: vt impleatur illud Psa. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. 2. Corin. 1. Sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra. Nam duo sunt principia merendi, scilicet agere & pati, agere bona, & pati mala illata. Sed actio nostra breuis & exilis. Propter quod dicit Greg. Magis meritorium est bene pati, quā bene agere. Ideo Iaco. 1. habetur: Beatus vir qui sufferit tentationem: quia cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromisit deus diligētibus se. Ad, quam, &c.

¶ Dominica IIII. post Epiphaniā.

¶ De triplici agro, in quo Deus bonū semen seminavit, & diabolus dormientibus hominibus zizania superseminat. Et cur Deus permittat perniciose vitæ ac doctrinæ homines sanctis permixtos viuere.

ENARRATIO I.

**D**omine nōme bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Mat. 13. In summa euangelij duō innuuntur. Primò creatoris bonitas & electiuita in seminando. Secundò eius longanimitas & patientia in expectando. Primum patet in principio: Secundum ibi: *Sinite vtraque crescere.* ¶ De primo dicit: *In illo tempore, s. cum Iesus sederet secus mare, & congregata sunt ad eum turbae multæ: tunc ascendit Iesus in nauiculam, & omnis turba stabat in littore, & locutus est eis multa in parabolis.* Inter quæ dixit: *Simile est regnum cœlorum homini seminanti bonum semen in agro suo, quasi diceret: Simile est de statu præsentis Ecclesiæ, sicut de homine seminante bonum semen in agrum suum: ita quod sit similitudo non personæ ad personam, sed rei factæ ad statum Ecclesiæ.* Spiritualiter homo est Christus dominus deus noster, qui seminavit bonum semen in triplici agro. Primò in paradiso, secundò in mundo, tertio in anima cuiuslibet hominis. Primus ager est paradysus, vbi seminavit bonum semen, s. genus humanū purum & innocens absque culpa. Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem, rectum scilicet, & reliquit illum in manu consilij sui. Ruperrus: Deus dedit homini originale innocentiam, qua semper se & suos custodire potuit, quod nunquam sustinisset infirmitatem ab intrinseco, nec læsionem ab extrinseco. Fuit enim sine pœnalitatibus, vt dicit Isidorus: Si homo innocenter viuere, ignis eum non vreret, nec aqua submergeret, nec spinarum aculei nocerēt, nec om-

nia quæ nocent mortalibus, impedirent. Aug. Homo quædium non peccaret, immortalitate vigeret. Cui consonat Greg. Homo fuerat sic creatus & in paradiso positus, vt si se ad conditoris sui obedientiam vinculo charitatis astringeret, ad cœlestem patriam & angelosum societatem sine morte carnis trāsiret. Sed quid factū est? cum dormirent homines, id est Adā & Eua negligentes existerent & improvidi de salute sua nō attendentes ad præceptum Dei venit inimicus, id est, diabolus. Augu. Diabolus vidit & inuidit. Vidit hominem ad possidēdū regnum cœlorum creatum, inuidit ei bonū quod ipse perdidit. Et superseminauit zizania in medio tritici, id est, peccatum suavitati homini innocenti. Et sic habetur duæ causæ seminationis zizaniæ, id est culpa, s. hominis negligentia, & dæmonis malitia. De quo Gen. 3. Serpens erat callidior cūctis animātibus terræ, qui dixit ad mulierē: Cur præcepit vobis Deus ne comederitis ex omni ligno paradisi? Cui respondit Eua: Ne forte moriamur. Ecce quomodo dormiuit intellectus eius. Magister in 2. d. 21. Quod deus affirmavit, mulier quasi ambigēdo illud dixit, Ne forte diabolus negavit, dicens: Nequaquam moriemini. Vnde quia mulier hoc quod dñs affirmavit ipsa in dubium vertit, in hoc dedit occasionē serpenti vltterius tentādi & dolositati suæ. Quæ ergo dubitavit, ab affirmante recessit, & neganti appropinquavit: Ideo subiunxit: Nequaquam moriemini. Bern. O nequam, nequam, vbi est tuum nequaquam? Nonne impletur illud 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur: Ideo Aug. Per hoc nequam, innocentiam deo gratam conuertit in culpam: humilem debitam seruitutem vertit in superbiam, dicendo: Eritis sicut dii. Non poterat aliud dicere, nisi quod in seipso expertus fuit. Nam ipse dixit illud Isaia 14. In cœlum conscendā, supra astræ dei exaltabo solium meum, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Ipse inuenit superbiam, ex quā prima porta est filia, scilicet inuidia, Sapient. 2. Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Secundo deus hominem sapientem seminauit & creauit, quia Adam notitiam Dei habuit, cuius præsentia quasi interiori aspiratione contemplabatur: non tamen ita excellenter, sicut illis in patria, nec ita in ænigmate sicut modo nos in via. Ergo beatus Thomas dicit, quod Adam medium tenuit in cognitione dei quo ad nos qui sumus in hoc mundo, & quo ad illos qui iam sunt in patria. Item Adam cognouit res factas & creatas, quia eis nomina imposuit. Et nomina quidem

debeant

debeant naturis rerum congruere. Et sic: Adam sciuit naturas omnium animalium, herbarum, lapidum, arborum, & omnium rerum visibilibus. Tunc venit inimicus diabolus, dicens: Eritis sicut dii scientes bonum & malum. Et per hoc seminauit zizania ignorantia, vt impleretur illud. Psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, Bern. Si iumenta loqui possent dicerent: Adam quasi vnus ex nobis factus est. Themistius: Ea quæ scimus, minima sunt respectu eorum quæ ignoramus. Tertio creauit hominem potentem. Gen. 1. Dominamini piscibus maris & volatilibus cœli. Psal. 8. Omnia subieciit sub pedibus eius. Sed nunc minima animalia, vt cynifes & pulices, nos lædunt & mordent. Cur hæc? Dicit Thom: Inobedientia corū oritur ex inobediētia hominis ad Deum. Ideo subditur in textu: Cum creauisset herba, id est, genus humanum, & fructum fecisset, s. per multiplicationem personarum tunc: apparuerunt zizania, i. inobedientia carnis ad spiritum, & inclinatio ad malum ac boni trādium. Ro. 7. Scio enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Et Gene. 8. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malū ab adolescentia sua. Ratio: Tale inuenit homo inferus suum, qualem se exhibuit superiori suo. Ideoque non obediunt nobis creaturæ, quia non fuimus obediētes. ¶ Secundus ager est mundus. in hoc agro seminauit Deus bonum semen, scilicet verbum veritatis. Luc. 8. Semē est verbum. Isa. 1. Nisi reliquisset nobis dominus semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorra similes essemus: quia vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia dei. Sap. 13. Ideo venit filius dei in carne docens viam veritatis. Ioan. 18. Ego in hoc natus sum, & in hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Sed cum dormirent homines. August. hoc est cum negligenter agerent præpositi Ecclesiæ, non attendentes, nec vigilantes super gregem suum. O quam periculosus est somnus negligentia prælatorum, & habetur in canone 40. distinct. si prop. Negligentia prælatorum cedit in discrimen subditorum. Propter quod Petrus fuit singulariter reprehensus de somno. Matthæi 14. Simoni dormis? Sic, non potuisti vna hora vigilare mecum? Et licet alij etiam dormierunt, tamen nominatim alloquitur Petrum, quia caput aliorum est & pastor ouium, cui non competit dormire. Psal. 120. Non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israël, &c. Ratio Bernard. Qui non dormitabit neque dormiet, qui impugnat

pugnat Israel. Ideo Iacob qui erat pastor ouium, dixit ad Laban, Gen. 31. Fugit somnus ab oculis meis. Dicit enim Gregorius. Non potest esse excusatio pastoris, si lupo rapit oves, & pastor nescit. Luc. 1. Erant pastores vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Sequitur: *Venit inimicus eius*, id est diabolus, & *superseminauit zizania in medio tritici*. Augustinus. Quia inter doctrinam veritatis immiscuit fallaciam erroris, quia mendax est & pater eius. Ioan. 8. Sicut enim veritatis est à spiritu sancto: sic semen falsitatis à diabolo. Ioan. 8. Quia ab initio in veritate non stetit, quia non est veritas in eo: & cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur. Ideo dicit Ambrosius & habetur in canone 22. q. 5. caute: Caute fratres mendacium: omnes enim qui amant mendacium, filii sunt diaboli, sicut hæretici & mali Christiani. Mendacium enim est esse Christianum dicere, & opera Christi non facere. ¶ Tertius ager est anima, quæ est ager proprius dei. Eze. 18. Omnes animæ meæ sunt. Ut anima patris, ita & anima filii mea est. In hoc agro seminat Deus semen virtutum. Osee 2. Semina mihi eam in terram per infusionem, scilicet gratiæ & virtutum, & miserebor eius quæ fuit absque misericordia. Et 10. Seminate vobis veritatem & iustitiam, in obseruatione, scilicet præceptorum: metite in ore misericordiam præmium æternæ retributionis promittentis: & innouate nobis nouale, id est nouum cor facite. Propterea Deute. 10. Ponite hæc verba in cordibus & animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus & inter oculos vestros, colloca te, docete filios vestros vt illa meditentur & non pereant per peccata. Scribitur enim 1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit: quoniam ipse semen manet in eo. *Sed cum dormiunt homines*, id est otio vacant quasi dormientes, & non exercent opera virtutum: *Tunc venit inimicus*, id est, diabolus, qui non dormit. Iob. 33. Qui me comedunt, non dormiunt, id est, demones qui nos tentant: Gregorius. Diabolus continuè tentat, vt saltem tædio vincat. est enim diaboli seminatio, vitiorum suggestio, quæ tum maxime subrepat, quando mens hominis dormit & otiat. Eccle. 33. Multam malitiam docuit otiositas. Hieronymus. Semper aliquid operis facito, ne te diabolus inueniat otiosum. Ideo subdit: Et cum creuisset herba, id est, cum anima ex semine virtutum herbam bonæ affectionis & fructum rectæ operationis producit: *tunc apparent zizania*, id est, diuersitas vitiorum in medio tritici, id est, virtutum. Eccle. 7. Non est homo super terram qui sciat bonum, & non peccet. Nam hostis noster fraudulenter est,

est, 2. Corin. 11. ipse Sathanas transfiguratur se in angelum lucis: & inter semina virtutum occultat vitia: nam nullum est vitium quin possit se occultare sub prætextu virtutis, vt dicit Gregorius in 32. Moral. c. 44. Hostis noster talis est fallaciæ, vt culpas virtutes fingat: vt aliquando vnde quis expectat præmia, inueniat æterna tormenta, vt patebit in sequenti sermone. ¶ Dixi: Secundò subiungitur eius longanimitas & patientia in expectando ibi: *Accedentes autem sui patris familias dixerunt ei*. Et hoc non dicunt interrogando per modum dubitationis, sed per modum admirationis & doloris. *Domine vobis bonum semen seminasti in agro tuo: vnde ergo*, id est, qua autoritate habet zizania? *Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit*, id est, diabolus. Et hoc ratione inimicitie, quam habet ad hominem, quasi per Antiphrasim. Vnde non dicitur simpliciter homo, sed inimicus homo: quia possumus ista duo nomina, scilicet inimicus & homo per copulam distinguere, vt dicatur inimicus, & homo. Et tunc per inimicum intelligitur diabolus, & per hominem homo consentiens. Vnde Christus exponendo hanc parabolam, non dicit inimicus homo est diabolus, sed ait *inimicus homo superseminauit zizania*, id est, inimicus qui est diabolus, & ipse homo hoc faciunt. Diabolus enim suggerit falsitatem & vitia, sed homo per liberum arbitrium his consentit. Et sic oriuntur zizania falsitatis & malitiæ. Subdit: *Dixerunt ergo serui eius. Vis imus & colligamus ea? Et ait, Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticum*. Ecce quantum paterfamilias amat triticum, quia permisit malum semen inimici esse in agro suo solum propter hoc, ne triticum eradicetur. Et subditur vtriusque seminis clementi opportuna expectatio. *Sinite utraque crescere vsque ad messem*, id est, vsque ad diem iudicij. Tunc exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum. Ecce dei pietas, quod dominus permittit malos cum bonis viuere in Ecclesia. De quo Gregorius. 20. Moral. c. 119. Sicut in area sunt paleæ, & triticum: sic in Ecclesia sunt boni & mali. Sed dixeris, Tamen dicit Apostolus. 1. Corin. 5. Auferte malum ex vobis. Et Exod. 22. Maleficos ne patiaris viuere. Ad hoc respondit Gregorius. 23. q. 4. Vbi discerni possunt boni à malis & fieri potest sine scandalo & læsione bonorum, & vbi periculum schismatis non timetur, faciendâ est sequestratio, ita vt mali de medio tollantur & à bonis auferantur. Secus autem vbi zizania non plene discernuntur à tritico. Quia docet hic dominus non citò sententiâ proferendâ esse, sed deo iudici referendâ. ¶ Sed diceris: Cur permittit Deus in Ecclesia sancta malos viuere cum bonis permixtos? Respon-



det Aug. q. multis de causis. ¶ Primò propter exercitationē, videlicet vt boni exercitētur & purgētur per malos. 2. Timo. 3. Omnes qui piē volunt viuere in Christo Iesu, persecutionē patientur. Psa. 33. Multæ tribulationes iustorū. Vbi dicit Glo. Qui non patitur, iustus non probatur. Dixit enim Iesus Ioā. 5. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Et hæc persequutio fit aliquando verbo, irridendo, derahendo, maledicendo. Aliquando fit in rebus & personis bonorū hominū, spoliando illos & percutiēdo: & sic tunc boni per patientiā beatificantur. Matth. 5. Beati estis, cū maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint & dixerint omne malū aduersum vos, mentientes propter me. Ergo mali homines sunt viles, etiā si non saluantur: qui purgant bonos à rubigine vitiōrū, & præparant eos ad percipiendum coronas martyrij. Greg. Ad hoc est tribulatio electorum, vt purgati securē transeant ad regna cælorum. Quomodo enim essent tot martyres, si nō fuissent tot persecutores? Dicit enim apo st. 2. Timo. 2. Nemo coronatur, nisi legitimē certauerit. Quomodo enim Stephanus fuisset coronatus, nisi fuisset à prauis Iudæis lapidatus? sic nec Petrus, si non fuisset à Nerone crucifixus. Sic nec Laurentius, si non fuisset à Decio assatus. Idcirco mali sunt tolerandi, 23. q. 4. Tu bonus tolera malum. Nam & Christus Iudæ cū sciret furem esse, tolerauit, & ad prædicandum misit, eiq; cum aliis Eucharistiam dedit. Dicit enim Greg. 10. Moral. & habetur 13. q. 4. c. Hæc autē: Abel esse renuit, quē Cain malitia non exercet. Secundò propter bonorum glorificationem: nam magna erit gloria bonis, quòd inter malos bene vixerūt. Vnde Loth commendatur, quòd inter malos innocenter vixit. Similiter Noë, Gen. 6. Cū omnis caro corruerat viam suā, tunc Noë vir fuit perfectus & iustus. Hoc etiam docet Apost. Philip. 2. Sitis sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ. Nam sicut vituperabile est inter bonos malē viuere: sic conuerso inter malos bene viuere, laudabile est. Et erit eis gratia magna in futuro, qui inter iracūdos, mites inter luxuriosos, mundi vixerūt. Vnde Eccl. 31. Beatus vir qui potuit transgredi, & non est transgressus. Quis est hic, & laudabimus eū? Ideò Greg. 20. Moral. Hi veraciter boni sunt, qui in bonitate inter malos persistunt. Nā Petrus Aposto. laudat Loth 2. canon. sup. 2. A spectu & auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animā in tam iniquis operibus cruciabant. Et de talibus bonis potest dici illud Can. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. ¶ Tertio Deus finit malos cū bonis vi-

uere

uere propter eorū correctionem & meliorationem. De quo Aug. omnis malus ideo viuere, vt aut corrigatur & emendetur aut vt bonus exerceatur. Ideo Deus tolerat eos aliquādiu propter eorum conuersionē, vt ostendat eis suā miserationē. Isa. 10. Propterea expectat vos dominus, vt misereatur vestri. Nā si statim eos dederet, tunc appareret eius iustitia, & non misericordia. Ideo. Psa. 102. longanimitis & multum misericors. Sap. 11. Dissimulatio peccata hominū propter pœnitentiā. De qua dissimulatione loquitur Bern. O quam magna est misericordia tua domine. Ego peccabam, tu dissimulabas: ego non continebā à sceleribus, tu continebas à verberibus: ego prolongabam iniquitatem, tu verò pietatem. Et hoc propter pœnitentiā. Rom. 2. Ignoras, quoniā benignitas dei ad pœnitentiā te adducit? Quarto, vt non habeant mali excusationem si non conuertantur, quia per visum & auditū habent exemplū à bonis, vt dicit Isid. Ad conuersionem malorum multum prodest conuersatio exempli bonorum. Et si non sequuntur bona exempla bonorum, maiorem inde habebunt damnationem. Ideo Greg. Nemo longanimitatem eius contemnat, quia quanto diutius expectat, tanto durius feriet. Idem: Crecente contumacia merito crescere debet & pœna. Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dominum, nec differas de die in diē: subitò enim veniet ira domini, & in tempore vindictæ disperdet te, scilicet dānatione inferni. Tunc incipiēt dicere illud Sapient. 5. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorū æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo cōputati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorū est? ergo errauimus à via veritatis & lumē iustitiæ nō luxit nobis. Quid nobis profuit superbia vitæ, aut diuitiarū iactantia quid conulit nobis? transierūt omnia illa velut vmbra, & tanquā nuntius præcurrens. ¶ Quinto mali viuunt cū bonis propter hoc, vt eis diutius parcat propter associationē bonorū. Nā si dominus percussisset Sodomæ & Gomorræ & aliis ciuitatibus propter decem iustos, si in illis quinque ciuitatibus & in omni regione circuniacenti fuissent (vt habetur Gene. 19.) multò magis parcat malis propter sanctitatem multorū bonorum. Vnde quilibet malus debet regratiari deo & bonis hominibus, propter quorum associationem Deus vitam ipsi tandiū prolongat De quo subdit in textu dicens, *Ne forte cælli gentes zizania, eradicetis simul & triticum.* Multi enim qui sunt hodie zizania, cras fortassè erunt triticum. Vnde Leo, & habetur

habetur de peccatis. dist. 7. c. nemo: Nemo est desperandus, dum in hoc corpore est constitutus: quia nonnunquam quod diffidētia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur. Ideo scribitur in canone 14. q. 1. quisquis: Propter malos boni non sunt deserendi. Nam inquit Aug. ibidem: Nonnullos toleramus, quos corrigere vel punire non possumus, neque propter peccatum relinquimus aream domini, neque propter pisces malos rūpimus tercia domini, nec propter hædos in sine segre gados, deserimus gregē domini. Ideo ab initio dominus permisit habitare & viuere malos inter bonos. Nam inquit Gre. in 20. Moral. c. 119. Adā duos filios habuit, Abel & Cain, Gen. 4. Vnus bonus, alter malus. Noë cū tribus filiis in arca erat, s. Cam, Sem & Iaphet: duo boni & disciplinati, tertius reprobus & irrisor patris. Gene. 9. Deinde Abrahā habuit duos filios, s. Isaac & Ismaēl. Isaac bonus, & Ismaēl malus, Gene. 11. Deinde Isaac duos filios habuit, Iacob & Esau. Vnus electus à Deo, alter reprobatus. Gene. 25. De quibus etiam Malach. 1. Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Deinde etiā Christus duodecim discipulos elegit. Vnus ex his, s. Iudas malus. De quo Ioā. 6. Nōnne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Sic hodie permittentur boni malis: sicut vetrica cum rosā in horto, aurum cum cupro, stannum cum argento in agro, fex cum vino in dolio, palea cum grano in horreo, sic & mali cum bonis in hoc mundo ad exercitium virtutum & patientiæ. Nam inquit Greg. 20. Moral. cap. 119. Patiens non est, qui aliena mala æquanimiter nō tolerat. Ipse sibi per impatientiam testis est, quia à boni plenitudine longē distat. Ezech. 2. Fili hominis ne timeas, quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & cū scorpionibus habitas. ¶ Sed dixeris: Quare permittit Deus hæreticos oriri inter catholicos. Dicitur Apосто. 1. Corin. 11. Oportet hæreses esse. & hoc duplici vtilitate. Primā assignat Aposto. ibidem: Vt qui probati sunt, scilicet Christiani & fideles apud Deū, manifesti fiant, scilicet apud homines. Secūda vtilitas allegatur per Aug. & habetur in canone 24. q. 3. ca. 50. Ideo diuina prouidentia multos hæreticos diuersi erroris esse permittit, vt cū nos interrogant ea quæ nescimus: sic discutiamus pigritiam & diuinas scripturas cupiamus. Deus enim adeo bonus est, quod nullum malum permittit, quin bonum elicere velit. Et sic tanquam paterfamilias permisit zizania Hussitarum & Vicleffitarum ad inquisitionem veritatis sacrarū scripturarum. Nam si de agro animæ euelleretur omnes tentationes diabolicæ, eradicaretur

caretur triticum, i. multa virtus. 2. Corin. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Vnde propter hanc causam stimulus carnis non fuit ablatas ab Apосто. sed responsum accepit à Christo: Sufficit tibi gratia mea. Item si de agro Ecclesiæ auterentur omnes mali homines, multū tritici eradicaretur, s. meritū bonorum qui à malis persequuntur, & per patientiā mererūt vitā æternā. Item si de agro mundi colligerentur omnia zizania, i. errores & falsæ intelligentiæ scripturæ sacræ, eradicaretur studiū & investigatio veritatis. Ideo bene dicit: *Sinite vtraque crescere vsque ad messem.* ¶ Vnde duplices sunt hæretici, s. occulti & manifesti. Occulti ex sola suspitione, illi non sunt statim interficiendi. Ratio prima, quia Ecclesia iudicat de manifestis. Secunda ratio, quia si sic, tunc quandoque viri fideles possent suspicari tales & interfici. Tertia, quia tales possunt adhuc conuertere & boni fieri. Alij sunt manifesti pertinaces & incorrigibiles & conuicti: si sunt interficiendi. Deut. 13. præcepit dominus per Moysen: Si tibi voluerit persuadere frater tuus dicens: Eamus & seruiamus diis alienis, quos ignoras tu & patres tui, non acquiescas ei, nec audias eum, neque parcat ei oculus tuus vt miserearis & occultes eum: sed statim interficias eū. Exod. 22. Maleficos ne patiaris viuere. Vnde Hiero. & habetur 24. q. 3. refecandæ, dicit: Refecandæ sunt carnes putridæ & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, & corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Airius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem flamma eius populara est. Ideo sicut lupi non sunt permittendi in medio ouium sub spe vt in oues conuertantur, nec faces ardentes in medio arborū vt in arbores fructiferas conuertantur, nec leprosi in medio sanorū vt sani efficiantur: sic nec hæretici manifesti in Ecclesia & cœtu fidelium. Tertius autem hic loquitur de occultis. Quid ergo de ipsis futurum sit post mortē subdit: *In tempore messis dicam messoribus, id est angelis: Colligite primum zizania, & alligato ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.* ¶ Ex quo colligitur triplex malum. Primum est à bonis separatio. Mart. 13. Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dētium. Matth. 25. Separabunt eos ab inuicem, sicut pastor segregat ouēs ab hædis: præsertim à facie domini. Isaia. 6. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. O quanta pœna: nam omnes pœnæ non possunt comparari huic pœnæ, quod mali non possunt faciem Dei videre. Secundum

malum est omnium malorum colligatio. Matt. 21. Ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores. Et tangitur in textu, cum dicitur: *Alligate in fasciculos, s. v. furarios, cum v. furariis, adulteros cum adulteris.* Deute, 25. Pro mensura peccati erit plagarum modus. O quam infelix confortiū, & miserimi fasciculi: Vbi implebitur illud Isa. 1. Vae genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Qui enim fuerunt similes in culpa, similes erunt & in poena. Zach. 12. Plangent terra, s. infernalis, familiae & familiae seorsum: & mulieres eorū seorsum. Vnde tunc erit familia hereticorum seorsum, familia luxuriosorum seorsum. Tertiū malum est crudelis tormentorū afflictio, cum inquit: Ibi erit fletus & stridor dentium. Fletus propter nimium calorem: stridor propter nimium frigus. Iob Ad nimium calorem transiunt ab aquis niuium. Nā ipsorum balneū erit fluuius igneus, in quo iuxta quantitatem delictorū erit diuersitas tormentorum. Quod figurarum est Ezech. 47. Mensus est cubitus mille, & traduxit me per aquā vsque ad talos. Rursusque mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad genua. Et rursus mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad renes. Et mensus est mille, torrentem, quem non potui pertransire. Ecce hic propheta ponit diuersam mensurationem. Vnde quidam sunt qui nouiter inceperunt peccare & sine poenitentia decesserunt, & isti ponuntur in hoc fluuiū vsque ad talos. Alij qui continuē vsque ad peius processerunt, hi vsque ad genua. Alij autem qui omnibus peccatis tam spiritualibus, vt superbia, inuidia: quam carnalibus, vt luxuria, se immisceuerunt & delectati sunt, hi vsque ad renes. Alij verō qui super peccata propria alios per heresim & errores à Deo recedere fecerunt, imō compulerunt: hi vsque ad caput & supra caput. Quia sicut se nostro capiti Christo opposuerunt: ita iustum est, vt poena eorum super caput eorum ascēdat: Et tangitur ibi: *Alligate fasciculos ad comburendum, non ad consumendum, quia illa vita poenalis est perpetua.* Isaia vlt. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Tunc econuerso fideles habebunt triplex bonum. Primō sanctorum communitatē, & tangitur ibi: *Triticum congregate,* id est, electos qui triturati sunt flagellis & tribulationibus, ita vt in eis nulla sit palea macula. Secundō habebunt à tempestate securitatem, & tangitur ibi: *In horream:* vbi ventus nocere non potest. Tertiō habebunt Dei praesentiam, & tangitur ibi: *Mum.* q. d. semper praesentem me habebunt, contemplantes meam diuinitatem & humanitatem

tatem. Iuxta illud Ioan. 10. Ingredietur, & egredietur, & paesca inueniet. Quod praestare dignetur, &c.

¶ De vitiorum zizanis, quae incautis hominum mentibus, sub fallaci virtutis specie diabolus superis spargit.

## ENARRATIO III.

**D**omine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Matt. 13. In summa verborū duo innuuntur. Primō seruatorum querulosa interrogatio. Secundō subiungitur patrisfamilias lachrymosa responsio. Primū patet in principio. Secundum ibi. *At ille: Inimicus homo hoc fecit.* ¶ De primo dicit: *Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo?* Serui sunt angeli. Non quaerunt per modum dubitationis, sed per modū doloris, & admirationis: non erat enim dubium, quin bonū semē ipse seminasset. Dicit namque Magister in 2. dist. 3. *Torum bonum est quod ex ipso est. Ideo miratur.* Vnde Aug. 3. *quo autore habet zizania?* nā nihil est malum creatum. Aug. in Enchirid. Deus cum sit summē bonus, nihil malū sinit esse in suis operibus. Isid. de summo bono, lib. 1. ca. 2. Malū nō est, à Deo creatū, sed à diabolo inuentū. ¶ Dixi, secundō subiungitur patrisfamilias dolorosa responsio, ibi: *At illis: Inimicus homo hoc fecit,* hoc est, diabolus. Chryl. dicit: *Inimicus homo propter iacturā, quā infert hominibus. Vexatio autem diaboli aduersus nos est principium mali seminis. Vocatur autem diabolus homo per Ps. 10. Exurge domine, nō confortetur homo.* Et dictus est inimicus homo, propter inimicitiam quā habet aduersus hominē. Ille superseminauit zizania vitiorum cōtraria virtutibus: sub specie virtutis. De quo Greg. 32. Moral. c. 64. *Hostis nostri malitia tanta arte se palliat, vt plerūque ante decepta mentis oculos culpas, virtutes fingat: vt inde quisque quasi expectet praemia, vnde dignus est aeterna inuenire tormenta.* ¶ Et vt discurramus per singulas virtutes & vitia, Primō zizania superbiae semini triplicis virtutis se interfert. Quia, vt dicit Aug. Quaecunque iniquitas in malis operibus exeserit, vt fiat superbia verō etiā bonis operibus insidiatur, vt percant. Primō inserit specie virtutis humilitatis, dum quis contemptu vanae gloriae vt de sorde gloriatur, & in seipso extollitur. De quo August. Saepe homo de contemptu gloriae in seipso vanius gloriatur. Et est illa eius occultatio tantō periculosior, quantō magis sub specie sanctitatis & religionis latens plus decipit, vt dicit Aug. Tales licet aliis placere non quaerāt, tamen de seipsis sibi iplacere affectant. Vnde tales sibi,

ipſis placentes Deo multum diſplicēt. De quibus dicitur Eccl. 19. Eſt qui nequiter humiliat ſe, interiora autem eius plena ſunt dolo. Et eſt hypocriſis & ſimulatio deceptoria. Matth. 7. Attendite à falſis prophetis, qui ad vos veniunt in veſtimentis ouiū, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Secundo zizania ſuperbiæ interſerit ſe ſub ſpecie iuſtitie, dū quis ſub zelo iuſtitie aliorū dicta vel facta reprehendit, more phariſai, qui facta publicani redarguit, & ſeipſum, falſe iuſtificauit. Luc. 18. Et ſic aliorū facta cōſiderantes vitam illorum maculant, ſeipſos purificant, alios accuſant, ſeipſos excuſant. Et ſic ſub ſpecie zeli reprehendunt alios, in ſe confidentes tāquam iuſti cōfundunt alios, vt dicit Grego. 32. Moral. Credeutes ſe hoc agere ex amore veritatis, cum tamē agitur ex tumore ſuperbiæ, & præſumptionis, aut odij vel latentis inuidiæ. Propter quod neceſſariū eſt iſtā occultationem diligenter cōſiderare. Tertiō zizania ſuperbiæ interſerit ſe ſub ſpecie profectus proximi, ſiue tēporalis, ſiue ſpiritualis. Grego. 24. Moral. c. 54. Elatio alios ex rebus ſecularibus, alios verō ex ſpiritualibus poſſidet. Temporalis, cum quis dicit ſe præeſſe velle vt valeat prodeſſe. Vnde dicit Grego. 31. Moral. capit. 99. Inanis enim gloria deuietum cor quaſi ex ratione ſolet exhortari: di. Debes maiora appetere, vt quō poteſtate valueris multos excedere, eō etiam valeas multis prodeſſe. Spiritualis etiam, dum in actibus ſpiritualibus quos quis pro ſalute aliorum exercet: vt gratia prædicationis & doctrinæ vel alicuius boni operis, quod quis in publico pro exemplo aliorum facit, appetitus laudis humanæ vel elatio propriæ complacētie ſe admiſcet. Sicut Greg. de ſeipſo refert in ſine Mora. dicens: Ad me intrinſecus rediens, dum ipſam ſubtiliter radicē meæ intentionis inſpicio, Deo quidē ex eo ſummopere placere voluiſſe, cognoſco: ſed eidem intentioni qua Deo placere ſtudeo, furtim ſe (neſcio quomodo) intentio humanæ laudis interſerit. Sic enim ſæpe intentionem noſtram dum ante oculos Dei rectē incipitur, occultē ſubiuncta, & eam velut in itinere comprehendens intentio humanæ laudis aſſequitur: ſicut neceſſitate quidē cibus ſumitur, ſed in ipſo eſu dum furtim gula ſurripit, delectatio permisceetur. Vnde plerunq; contingit, vt refectionem corporis quam ſalutis cauſa cepimus, cauſa voluptatis expleamus. Sed talem elationem incidentē ſtatim milites Chriſti expellunt dicentes: Propter te non incepti, nec propter te dimittam. ¶ Secundo dicendum eſt de zizania auaritiæ, quam diabolus interſerit ſub ſemine triplacis virtutis

virtutis. Primò ſub ſpecie prouidentie, cum fingit ſe quis congregare ſolum vt neceſſitati ſuæ & aliorū prouideat. Vnde Grego. 31. Moral. cap. 99. Auaritia deuietum animum quaſi ex ratione ſolet exhortari. Valde ſine culpa eſt, quod quædā habenda, cōcupiſcis quæ non multiplicari appetit, ſed egere pertimeſcis. Secundo zizania auaritiæ ſe interſerit ſub ſpecie pietatis: cū quis fingit ſe non aliter appetere vel retinere tēporalia, niſi vt habeat vnde pauperib. vel ſuis cōgnatis erogat. Hoc vitii eſt repellēdū: quia dicit Grē. Nemo poteſt quieto corde & feruido Deo ſeruire, niſi cupiditate auaritiæ (quæ eſt radix omniū malorū) ſtudeat funditus à corde extirpare. Tertiō ſub ſpecie liberalitatis, & etiā paupertatis: Vnde aliquis ſub ſpecie liberalitatis ſictæ dat aliis propter retributionem, vt ſibi maiora redonentur. Et etiā apparet in illis, qui intrat religionem, & dimittunt pauca tēporalia, vt maiora in religione vel prælatura aſſequatur. De talibus dici poteſt illud Matt. 23. Væ vobis Scribis & phariſeis, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorū & omni ſpūrcitia. Et ſic tales foris prætendunt paupertatem, intus autē auaritiæ ſtudet. Et tales ſecūdū Hier. ſunt ditiores in paupertate, quā fuerunt ſub locupletatione diaboli. Plerunque etiam ſe interſerit auaritia ſub ſpecie abſtinētiæ; dum quis malē comedit propter parcitatem. Vnde Greg. 31. Moral. c. 64. Nonnunquā tenacitas parſimonia putatur, cū grauē ſit vitium nō tribuere, virtus creditur acceptā retinere. ¶ Tertiō vidēdū eſt de zizania luxuriæ; quæ ſe etiā interſerit ſub ſpecie triplacis virtutis. Primò ſub ſpecie charitatis & amicitie, dum quis prætendit ſe affici ex charitate & verā amicitia ad aliquā perſonā, quam tamē carnali cōcupiſcētia, diligit: ſicut Aug. in 2. lib. Cōfeſſio. cōfiteretur ſe feciſſe, dicens: Et quid erat quod me delectabat niſi amare & amari? Sed nō tenebatur modus ab animo vſq; ad animū, quatenus limoſus eſt limes amicitie: ſed exhalabatur nebula de limoſa concupiſcētia carnis & ſcaterbra pubertatis, & obnubilabatur atq; obfuſcabatur cor meum, vt nō diſcerneretur ſerenitas dilectionis à caligine libidinis. Secundo ſub ſpecie affabilitatis vel familiaritatis: dū quis ſe affabile exhibet alicui perſonæ. Nā & nimia familiaritas inſicitur ſæpe veneno carnalis voluptatis. Eccl. 9. Colloquū illius quā ſi ignis ardeſcit, vt conqueritur Aug. dicens: Exhalabatur nebula de limoſa cōcupiſcētia carnis, & obnubilabatur atq; obfuſcabatur cor meū. Tertiō luxuria interſerit ſe ſub ſpecie ſan-

ſtiratis. Dum quis præterit ad aliquam personam plus aliis  
 inclinari propter eius sanctitatem & virtuositatem relucens.  
 Sed sub hoc colore sæpe surrepit viscus libidinis. Vnde Aug.  
 Non minus formiæ timendæ sunt, quia religiosæ existunt,  
 quia quanto religiosiores, tanto citius alliciunt. Plerunque  
 enim sub prætextu sanctitatis latet viscus libidinis. Quomo-  
 do autè prædictis tribus modis ista zizania subtiliter surre-  
 pat. idem Aug. ostendit dicens: Amor spiritualis per latentem  
 surreptionem, scilicet instinctum diabolicum, quoadq. generat  
 amorè affectuosum, & affectuosus obsequiosum, obsequio-  
 sus autè generat familiare, qui consistit in hoc quòd homo  
 cum persona deuota desiderat habere priuata colloquia & cõ-  
 uictus familiares. Et iste amor familiaritatis contaminat di-  
 uinum amorem, & disponit mentem ad amorem carnalem:  
 quod etiam sæpe contingit in uiris perfectis: ut ibidem Aug.  
 dicit in lib. de singul. cleri. Crede mihi, expertus loquor, mul-  
 tos de peste nimis familiaritatis mulierum cecidisse reperi,  
 qui erant quasi cedrus Libani: de quorum casu nihil magis  
 suspicabar, quam Hiero. & Amb. de impudica turpitudine.  
 ¶ Quartò videndum est de zizania inuidiæ & odij quæ etiã  
 à diabolo inseritur sub triplici virtutis specie. Primò sub spe-  
 cie charitatis, dum quis inuidet alteri de bonis sibi diuinius  
 collatis: asserens quòd hoc ideo faciat, quia timeat quòd talia  
 bona saluti eius non expediant: sicut illi qui prohibent deuo-  
 tos, ne nimis se in meditationibus sanctis vel contemplatio-  
 ne exercent, & tamen non mouentur ad hoc nisi ex fomite  
 inuidiæ, Secondò occultat se sub specie falsa fraternæ chari-  
 tatis. Quod maximè apparet in istis, qui ex speciali affectu sic  
 sunt ad aliquas personas vel ad aliquem ordinem inclinati,  
 quòd moleste ferunt si aliis personis aut ordinibus aliquid  
 commodi aut honoris conferatur. Et isti frequenter extenuant  
 bonum aliorum ordinum vel personarum, quod relucet vel  
 in conuersatione exemplari vel in doctrina salutari. Quod  
 inde contingit, quia timent, quòd ex hac utilitate statui illo-  
 rum aliquid depercat, ad quos magis inclinantur ex affectio-  
 ne singulari. Tertio se occultat inuidia sub specie zeli & re-  
 ctitudinis, dum quilibet acriter reprehendit alios, vel etiam  
 seiscitur vitia illorum: pretendens hoc se facere ex zelo ius-  
 titiæ & ex detestatione vitij, cum tamen plerunque hoc pro-  
 ueniat ex fomite odij, quòd inuidet aliis in hoc quòd sibi  
 pacificantur, vel quòd ipsos excellunt. Ideo per reprehensio-  
 nes arduas aliorum in contemptum adducunt, ut ipsi singulares

appa

appateant: Et est hæc occultatio nimis periculosa, quia est  
 difficilis ad cognoscendum vel repellendum. Vnde Gregor.  
 In viciendis vitiis crudelitas plerunque ex odio agit &  
 iustitia putatur. ¶ Quintò videndum est de zizania gula, quã  
 diabolus etiam seminat sub triplici virtutum specie. Primò  
 sub specie gratitudinis donorum dei, dū quis gulòsitati ser-  
 uit, dicens cibaria esse à deo creata, allegans dictum Grego-  
 21. Moral. ca. 99. Deus ad esum omnia munda condidit: & qui  
 satiari cibo respuit, quid aliud quàm muneri cõcesso contra-  
 dicit? Secundò sub specie necessitatis. quia secundum Aug.  
 in 10. Confessio. Sæpe fit incertum homini an ad necessitatem  
 corporis eibum petat, an voluptuaria, & falsa fallacia cupidita-  
 tatis ministerium suum expectat. Et sic secundum Gregor.  
 in 30. Moral. cap. 61. Sic voluptas sub necessitate se palliat, ut  
 vix eam perfectus quisque discernat. Facile autem est depre-  
 hendere cum voluptas eius necessitatem præuenit. Sed valde  
 est difficile discernere, cum in ipso esu necessario se occulta  
 subiungit: Tertio adhuc periculosius se occultat sub specie  
 abstinentiæ vel moderationis. Primò, ut quando quis ieiunat  
 ut postea delectabilis comedat. Secundò cum quis sub spe-  
 cie abstinentiæ vel temperantiæ à delectabilibus cibis abstin-  
 net, ut grossis ac vilibus immoderatus se inhurgit. Quia se-  
 cundum Gre. in 30. ca. 59. Neque enim eibus sed appetitus in  
 vitio est. Vnde lauioreis eibus plerunque sine culpa sumi-  
 mus, & abiectiones non sine reatu conscientiæ degustamus.  
 Hinc est quòd Esau primatum per lenticulã perdidit, & Elias  
 in eremo virtutem spiritus carnes edendo seruauit. Vnde Ber-  
 Melius est exiguo sagmine ad vsum vesci quàm vêtoso legu-  
 mine ad rectum satiari. Sextò videndum est de zizania iræ,  
 quæ à diabolo inseritur sub specie triplicis virtutis. Primò  
 sub specie zeli & iustitiæ. Vnde Greg. Plerunque mentem sub  
 obtentu iustitiæ iræ immanitas vastat, & dū quasi scruat zelo  
 rectitudinis, rabiem explet furoris: iustitiam facere æstimat,  
 quicquid ira nequiter dicitur: Cui consonat quòd dicit, 32. e.  
 74. Plerunque in vltiscedis vitiis crudelitas agit & iustitia  
 putatur, atque immoderata ira iusti zeli meritum creditur:  
 & cum à distortis moribus peccantes cautè dirigi debeant vio-  
 lenta inflexione franguntur. Secundò sub specie charitatis  
 & vtilitatis, cum quis præterit se próximo irasci pro suo bo-  
 no: sed plerunq. decipitur. Quia dicit Gre. 5. Moral. c. 126. Ira  
 cum delinquenti culpas insequitur, nõ debet menti quasi do-  
 mitorum prætere, sed velut ancilla ad obsequium parata à rationis

¶ *Dominica Septuagesima.*¶ *De cultura ac fructu spiritualis vineæ. Et quos ad hanc excolendum distinguat horarum interuallis Deus conducat.*

## ENARRATIO I.

tergo nunquam recedat. Quia alia est ira quam impatientiæ excitat, & alia quæ zelus format: illa ex vitio, hæc ex virtute generatur, illa per vitiū mētis oculū excæcat, hæc autem per zelū turbat: vt altiora in commotione non videat, quæ bene prius trāquilla cernebat. Si ergo nobis & proximis peccanti bus irascimur, nō peccamus, sed beneficimus. Ber. Nō irasci vbi irascēdū est, est nolle emēdare peccatū: plus æquē irasci quam irascēdū est, est peccatū peccato addere. Tertio oscultatur sub specie māfuetudinis & paciētiæ: & cōtingit, cām quidam vt se grauius vlciscātur, tacēdo & nihil loquēdo affa bilitatē & familiaritatem proximo subtrahunt: & in hoc vel ipsum magis cōmouere moliūtur, vel intendunt sibi vtilem veritatem subtrahere, vt ex hoc proximus maius incurrat nocentum. Vnde Greg. in Moral. 5. c. 121. Aliquādo ira perturbato animo quasi ex iudicio silentium indicit: & quo se foras per linguā nō exprimit, inus deterius ignescit: vt iratus quis que collocutionē suā proximo subtrahat, & nil dicēdo quam sit aduersus dicat. Et sic iratus quādoq; per taciturnitatē proximo subtrahit, quod ad salutē eius pertinet. Septimō videndum est de zizania acediæ, quæ similiter infertur à diabolo sub specie triplis virtutis. Primō sub specie discretionis, dum quis quasi ex ratione se fingit cessare à bono opere, ne vltra vires fatigetur, & vt salus corporis ad diuinum seruitiū conseruetur. Vnde Gre. 32. Moral. c. 64. Plerūq; pigritia quasi continentia quietis attenditur, & cum grauis culpa sit recta studiosē non agere, magnæ virtutis meritum creditur tātū à praua actione cessare. Aug. Acedia & ignauia dicunt, si lectio ni continuato studio insitis, oculorum caliginem incurris. Si indefinenter lachrymas fuderis, ipsos etiam oculos amittis. Si quotidiano labore te afficis ad opus spirituale, quando surges? Secundō sub specie humilitatis & vitæ hypocritis, dū quis à bonis operibus abstinet, ne de hoc vana gloria sibi subrepat: ne vel ab aliis laudetur, vel ab aliis hypocrita reputetur: & sic sub specie humilitatis latet acedia. Tertio sub specie perfectionis aliorum operum, dū quis à virtutum exercitio & operibus pietatis se subtrahit: vt melius vacare possit contēplationi. Sed tales plerūq; decipiuntur, cum perfectio vitæ cōtemplatiuæ per virtutū exercitia nō impediatur, sed potius promoueat: quia dicit Prosper de vita cōtēplatiua: Sicut otium corporale infert multiplicatam vitiōrum, iuxta illud Ecc. 13. Multā malitiam docuit otiositas: sic virtuosa occupatio multiplices fert fructus spiritualis suauitatis.

¶ *Dominica*

**S**imile est regnum colorum hominis patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Matt. 20. In summa Evangelij præsentis duo tanguntur. Primō diuinæ pietatis fastigium, quod probat generalis vocatio, ibi: *Simile est regnum colorum.* Secundō subiungitur supernæ largitatis prælagiū, quod probat liberalis præmiatio, ibi: *Voca operarios.* ¶ De primo dicit: *In illo tempore, s. cum Christus dixit discipulis suis, quod diuites difficile intrarent in regnum colorum.* Et Petrus interrogauit de primo dicens: *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Respondit: *Vos qui sequuti estis me, sedebitis super sedes, &c.* Et omnis qui reliquerit patrem, & centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Sed hoc valde difficile est & solum perfectorum; neque ex eo sua ineffabilis benignitas & misericordia lucidè cognoscetur. Idcirco in præsentis euangelio ostendit, quomodo quilibet indifferenter possit possidere regnum Dei: & hoc declarat in præsentis euangelij parabola, dicens: *Simile est regnum colorum,* id est, militans Ecclesia & congregatio fidelium. Et bene Ecclesia sancta regnum colorum dicitur, quia in ea & non alibi ad regnum colorum peruenitur, vt haberet in Cano. 24. q. 1. alienus. Alienus est, prophanus est, hostis est, & nō potest habere Deum patrē, qui vniuersalis Ecclesiæ non tenet vnitate. Et infra, ca. quicumque: *Quicumque ab vnitate fidei vel societatis Apostoli Petri quolibet modo seipso fegregauerit, tales nec à vinculis peccatorum absolui, nec ianuam possunt regni cælestis ingredi.* *Homini patrifamilias,* id est, Deo patri qui dicitur homo ratione pietatis, & paterfamilias ratione gubernationis. De quo Boë. de Consola. Tu pater prouidentia tuacuncta gubernas, *Qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.* Mane id est, à principio creationis & in prima ætate, quæ est ab Adam vsque ad Noë, ibi: *primo exiit conducere operarios.* &c. Grego. Exitus ille non est per loci mutationem, sed per pietatis diffusionem in creatura rationali. *Conducere operarios in vineam suam.* ¶ Nota, per vineam hic primō intelligitur pœnitentia, & meritō. Nam sicut omni ætate mundi operarij ad vineam vocantur sicut dicit Apostol. ad Rom. 7. Omnes peccauerunt, & egent gloria dei: sic & omnes debent intrare vi-

neam poenitentiae. Matt. 3. Facite fructum dignum poenitentiae. Ista vinea continet in se agrum cordis, de quo Aug. Cor. strum est ager Christi quem excolimus cum caelestibus doctrinis ac disciplinis ut floreat virtutibus. Haec ergo vinea, i. poenitentia ad modum vineae primo foditur. Nam multi sunt fossores huius vineae. Primus est pudor. Rom. 6. Quae fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis? Sed duplex est erubescencia siue pudor, ut dicitur Eccl. 4. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Et subdit: Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. De qua ad propositum. Secundus fossor est dolor Ioel. 2. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Tertius fossor est amor, quia quantum diligis, tantum operaris. Secundum vinea electa pastinatur & occiditur tempore hyemis: sic & vinea poenitentialis per humilem confessionem. Et bene per confessionem pastinatio vel occatio intelligitur, quia per eam diabolo omnia peccata nostra celantur. Tertio eriguntur palmites, s. tempore veris. Et spiritualiter quantum ad propositum. hoc fit per spem remissionis peccatorum, quam quilibet confitens atque poenitens habere debet. Aug. Poenitentia quae non procedit ex fiducia, sterilis est & infructuosa, & sine misericordia. Quarto ligatur per timorem. Eccl. 27. Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Quinto sepitur per diligentem & firmam custodiam. Eccl. 21. Fili peccasti, non adicias iterum sed de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. Et quasi ad faciem colubri fuge peccatum. Quia dicitur Eccl. 34. Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit eum, quid prodest lautio eius? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, iterum ea faciens, quid proficit humiliando se, orationem eius quis exaudiet? Sexto torcular in eo foditur, s. per passionis Christi meditationem, cum homo cogitat quod deus proprio filio suo non pepercit, sed eum pro peccatis alienis tandiu cruciare voluit. Quid de miseris peccatoribus erit, qui non pro alienis, sed propriis excessibus ad poenam obligatur? In tali ergo torculari ad visionem via premitur & vinum formatur lachrymarum, de quo Bern. Lachrymae poenitentium sunt vinum angelorum. Etiam per vineam hic potest intelligi anima siue spiritualis vita. Et merito anima per vineam intelligitur. Primo propter preciositatem. Vineae enim multo pretio comparatur. Et sic anima rationalis est magni precij. Et quanti precij sit dicit Ber. Tanto precio deus pater aestimavit vineam animae, ut pro ea suum vnigenitum daret & diabolus pro ea totum orbem offerret.

Matth.

Mat. 4. Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Voluit enim ibi emere, vineam animae. Et de hac preciositate dicit etiam Hugo: O anima, deus tuus elegit te ex omnibus, amauit te praeter omnibus, & ad imaginem suam creauit, ut memoriale sumerem semper esset apud te. Ideo dicitur Iere. 2. Ego plantavi te vineam meam electam. Reuera electa, quia alias eam non redemisset, 1. Cor. 6. Empti estis precio magno, 1. Petri 1. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati. Ber. in Medit. Totus siquidem ille mundus ad vniam animae precium aestimari non potest. Secundum animam comparatur vineae, nam vinea constat ex multis vitibus: & sic anima ex multis potentibus, quibus eam deus adornauit, s. intellectu, memoria, & voluntate, potentia rationali irascibili, & concupiscibili. Tertio anima dicitur vinea propter facilem lesionem, nam vinea facillime laeditur: sic & anima. Job. 15. Laeditur quasi vinea in primo flore botrus eius. Nam dicitur Eccl. 9. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Et Iaco. 2. Quicumque totam legem seruauerit, offendet autem in vno, factus est omnium reus. Quarto vinea dicitur anima siue spiritus estis vita, propter laboriositatem: requirit namque magnum laborem: sic & vita spiritualis, ut infra patebit. Haec ergo vinea s. anima ad modum vineae primo sepitur, ne bruta intraret, hoc est, sacra scriptura. De qua Hugo: Nihil est quod sic hominem contra tentationes roboret, & ad omne bonum inducat sicut continuu studium sacrae scripturae. Vnde Gre. super Ezech. Homi. 3. Vniuersa nostra munitio consistit in sacro eloquio. Propter quod dicitur Matt. 21. Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepe circumdedit eam. Eccl. 31. Vbi non est spes, diripietur possessio: sic & vbi doctrina spernitur, nihil boni custoditur. Sapient. 13. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia dei, Secundum haec vinea foditur, s. per confessionem & dei timorem, per quem omnes lapides, s. duritia peccatorum & spinarum diuitiarum male acquisitarum, similiter vepres vitiorum extirpantur. De quo Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Tertio putatur, sic & anima ab omni opere prauo, ab omni verbo otioso, ab omni peruerfa cogitatione, & voluntate. Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet, & omnem qui fert fructum purgabit, ut fructum plus afferat. Nam vinea neglecta quae suo tempore non putatur, id est, praescinditur, syluestris efficitur: sic & anima, 1. Corin. 3. Animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei. Quarto

Quartò appodiatur, s. per exempla sanctorum. Sicut enim vires siue palmites super palos infixos inuitantur: sic incipientes super perfectos. Et ligatur per continuacionem boni propositi. De quo Psal. 79. Respice de cælo & vide, & visita vineam istam, & perfice eam, quam plantauit dextera tua, i. perfice quicquid inspirasti, & quicquid sancti exemplificant. Quintò propaginatur. Et hoc fit in ædificatione proximorum, de quo Psal. 79. Extendit palmites suos vsq; ad mare, & vsq; ad flumen propagines eius. Palmites primi fuerunt Apostoli. Ioan. 5. Ego sum vitis, & vos palmites: Et hi in omnem terram se extendèrunt per doctrinam, & per sanctam vitam conuersationem: Sic & quilibet fidelis per conuersationem suam bonam, quantum sibi est possibile. De quo 1. Petr. 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam. Sextò reflectitur, ne palmites erecti nimium crescant: sic & anima debet reflecti per humilitatem. Luc. 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicitè, inutiles serui sumus. Et meritò, qui nescimus vtrum tantam diligentiam fecimus, quantum facere debuimus: nec scimus vtrum deo accepta sunt vel non. Bene ergo requiritur humilitas, quia dicit Greg. Perit omne quod agitur: nisi humilitate custodiatur. Septimò in ista vinea debet esse torcular, hoc est, recordatio dominicæ passionis: De quo Isa. 63. Torcular calcaui solus. Et meritò passio Christi dicitur torcular, quia sicut torcular ex lignis construitur, sic passio Christi ex ligno crucis perfecta est. De quo Greg. Salus humani generis prouenit ex ligno crucis. Etiam operarij vineæ nonnunquam propter inudationes imbrium ad torcular confugiunt: sic homines angustiati & perturbati procellis aduersitatum, ad lignum crucis. De quo Idid. de sum. bo. Quicunq; procellis mundi inuolueris, lignum ascende crucis, & liberaberis. Et Raba. Crux Christi est peccatorum remissio, pietatis exhibitio, infirmorum sanatio, & mortuorum consolatio. ¶ Vineam ergo talis sic ordinata primò producit bonas gemmas, hæ sunt cogitationes bonæ. Nam sicut gemmæ sunt origo omnium fructuum, sic cogitationes bonæ bonorum operum. Et sicut vitis non producit gemmas sine rore cælesti, sic nec vir iustus cogitationes bonas & salubres sine irroratione gratiæ, sicut dicitur Sap. 5. Cogitatio eorum, s. bona apud altissimum: quia dicit Apost. 2. Cor. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Secundò producit flores, i. bonas voluntates. Vnde sicut ex gemmis nascuntur flores, sic ex cogitationibus bonis, bonæ voluntates. Et sicut

fiores

fiores non possunt procedere nisi præcedant gemmæ, sic nec possumus habere bonam voluntatem sine præuia bona cogitatione. Et sicut dicit Chrys. sicut flores apud homines sunt odoriferi, sic bonæ voluntates apud Deum sunt suauis. Terriò producit vvas bonas, i. fructus bonorum operum. Nam sicut vug bonæ procedit ex bonis floribus, sic bona operatio ex bonis voluntatibus. De quo Eccle. 24. Flores mei fructus honoris & honestatis. Etiam sicut vva intrinsecus sunt plenæ humore, sic opera nostra debent esse plena humore deuotionis & charitatis. Ex talibus ergo fructibus sequitur vinum spirituales gaudij & consolationis. Nam sicut vinum naturaliter cor hominis lætificat: sic bona operatio in charitate & deuotione facta, hic lætificat per gratiam, & deinde per æternam consolationem. Hoc vinum vindemiatur, premitur & colligitur, scilicet post mortem, & in cællis cælestis patriæ collocatur. Cant. 2. Introduxit me rex in cellam vinariam. Et tunc perfecte istud gustabitur. Sed certe si ad maturitatem venire debet, oportet quod in ea, s. vinea, ponantur custodes, s. angeli, prelati, & prædicatores: qui clamant, id est clamare debent contra vulpeculas paruas, i. demonum tentationes, qui demoliuntur vineas, cum sunt in flore & prægnantes in maturitate. De quibus Can. 2. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Nam vinea nostra floruit. Et de isto clamore dicitur Isa. 58. Clamare cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Et meritò clamare debet, quia dicit Greg. Tot mortib; prelati digni sunt, quot animas perire vident & corrigere negligunt, quia de omnibus oportet eos reddere rationem. ¶ Ad propositum: Sic ergo pater fambas: hoc est Deus pater, exiit primo mane. hoc est in prima mundi ætate hominis, hoc est in pueritia: quæ incipit quando homo primò est doli capax, & illius ætatis certus terminus poni non potest. Et meritò significatur per mane: nam sicut tunc sol primò oriri incipit, sic intellectus & discretio rationis in talibus hominibus. Mane ergo conducit operatio in vineam suam, i. hortatur ad penitentiam siue ad spiritualem vitam. In hac prima ætate intravit B. Nicolaus, & B. Ioan. Baptista, de quo canit Ecclesia: Antra deserti, teneris sub antris, &c. Sequitur: Et conuentione facta ex denario durzo misu operarios in vineam suam. Chrys. Conuentionio siue conductio est vite æternæ promissio, quæ, s. vita æterna per denarium diurnum significatur. Subdit: Et egressas circa horam tertiam. hoc est, in secunda mundi ætate, quæ fuit à Noë vsque ad Abraham. Vel potest hora tertia dici & intelligi secunda ætas hominis. hoc est



est iuuentus, siue adolescentia: & incipit à 13. anno, & durat vsq; ad 24. secundum alios vsq; ad 30. annum. Et significatur illa ætas per tertiam horam, quia tali hora sol est calidior & altior: sic & homo fortior est viribus & altior in cognitione sua. Sequitur: *Vidit & alios, soperarios, stantes in foro otiosos*, Chryso. Per forum mundus significatur, nanq; sicut in foro causantur & exoriuntur inuidiæ & contentiones & diuersæ res venales inueniuntur: sic in foro mundi, animæ hominum venales exponuntur. Aliqui enim vendunt eã pro modica delectatione, sicut carnales & gulosi: aliqui pro fallacibus diuitiis, vt auari: aliqui pro honoribus transitoriis, vt superbi & sic de aliis. Et inquit, *otiosos*, i. sine honorũ operum exercitio & profectu, vt maximè hominibus in hac ætate constitutis contingit, in qua magis sunt dissoluti, salutem animæ non aduertentes. *Et illis dixit: Ite & vos in vineam meam*, quasi diceret: Ite liberi & non coacti: vt etiam sitis de numero pœnitentium, aut de numero spirituales vitam ducentium: *Et quod iustum fuerit dabo vobis*. Non conuenit cum illis de pretio, sed tantum promittit eis quod iustum fuerit, quia retribuet vniciuique iuxta opera sua. Matt. 16. Subdit: *Illi autem abierunt & liberũ arbitrium voluntati diuinæ cõformauerunt*. Et hoc valdè laudabile est, Thre. 3. Bonũ est viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Nam quancunq; viam tunc apprehendit, in illa viã plurimum manet: iuxta illud Prover. 12. Adolescens iuxta viã suã etiam cum senexerit, nõ recedet ab ea. Hac hora intravit beatus Ioan. Euangelista, quem volentẽ nubere vocauit dominus à nuptiis, vt dicit Hiero. ¶ Sequitur: *Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam, & fecit similiter*, sc. vocando ad pœnitentiam siue ad spirituale vitam. Per sextam horam intelligitur tertia ætas mundi, quæ fuit ab Abraham vsque ad Moysen, cui circũcisio data est. Vel dicitur, Tertia ætas hominis, quæ incipit à 24. vel secundum alios 30. anno, & durat vsq; ad 50. annum. Hæc ætas dicitur virilis: & merito significatur per sextam horam, quia tunc sol est calidissimus & lucidissimus: Et sic homines in tali ætate lucidissimi sunt in cognitione rationis & calidissimi deberent esse in dei seruitio. Sed iam hodie oppositum experitur, vt qui deberent esse lucidiores, sunt obscurores peccatorũ vitiiis obtæbrati, ita vt verificetur de eis illud Matt. 27. A sexta autè hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam: quia sol, sc. ratio nis, obscuratus est, quia dicit Aug. de ciuitate dei, paucissimi sunt, qui tantæ felicitatis sint, vt ab ineunte ætate sua adole-

scenz

scẽtia, nulla dãabilia cõmiserint. Et si hoc de adolescentia, quid tunc de his qui supra adolescentiam ad maiorem statũ ætatis venerunt? cum dicatur 1. Ioan. 5. Totus mundus in malo ligno positus est. ¶ Per nonam verò horam, quarta ætas mundi intelligitur, cui lex 10. præceptorum data est, & durauit à Moysè vsque ad Christum. Vel significatur quarta ætas hominis, quæ dicitur senectus: & incipit à 50. anno, & durat vsque ad 70. Et bene hæc ætas nonæ horæ cõparatur, quia tunc sol incipit declinare ad occasum & calorem suum mitigare: sic tempore senectutis mors appropinquat, & sensus hominis debilitantur. Attamen licet tunc multum sol descendit, tamen adhuc est calidus: sic tales antiqui licet prope mortem sint, tamen possunt adhuc per calidam pœnitentiam recuperare, quicquid in iuuentute deliquerunt: & sic adhuc possunt ducere spirituale vitã. Greg. Tantò quis curator debet esse in suo regimine, quãtò proejectior est ætate. Sed iam rarò in ea ætate constituti faciunt, quia tunc videntur sibi ipsi sapientes & corrigi nolũt, nec correctiones aduertunt: sed inueterati sunt in sua malitia, siue mala consuetudine. Gregor. Difficile valdè surgit, quem moles prauæ consuetudinis premit. Dicit nanq; Aristo. Difficile est consueta relinquere. Ideo Ier. 13. Si mutare potest Actiops pellem suam, & pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didicertis malum. Et sic periculofum est expectare ad id tempus & pœnitentiam, quia tunc rarò vsu venit, vt homines in vineam intrent, & in ea fideliter laborent. Et hoc dat intelligere in littera, quia non dicitur quòd abierunt, sicut de his qui ad tertiam horam vocati erant: sed tantum dicitur, & fecit similiter. sc. eis suam bonitatem ostendendo in vocatione & premij promissione. ¶ Sequitur *Circa 11. verò horam iterum exiit, & inuenit alios stantes*. Per hanc horam vltima ætas mundi intelligitur, quæ incipit à tempore prædicationis Christi, & durabit vsque ad finem mundi: vbi continuatur lex euangelica & apostolica. Vel etiam intelligitur vltima ætas hominis, quæ dicitur decrepita, & durat vsque ad obitũ hominis. Vel etiam per vltimam ætatem potest hic intelligi extremitas vitæ cuiuslibet hominis. Ecce mira dei bonitas, quia in quacunque ætate quis ad eum cõuertitur, & in quacunque hora paratus est eum suscipere, iuxta illud Ezech. 18. In quacunque hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum non recordabor. Et bene tales per vndecimam horam significantur, quia tunc sol citò descendit, & sic huiusmodi homines in tali ætate citò per

per mortem terminantur. modicum enim tempus illis super est, vt libero arbitrio ad bonum vtantur, vt, scilicet luceant per bona opera: quia dicit Bern. Mors iuuenibus est in insidiis, senibus autem & decrepitis est in ianuis: & sic valdè periculofum est expectare ad id vsque tempus. Vnde licet Deus per gratiam talium hominum preces acceptet, tamen valdè periculofum est & incertum, quia vt communiter ralis est finis, qualia fuerunt principium & medium, vt dicit Aristot. in Ethic. Vnde Aug. & habetur de pœnit. d. 7. Si quis postus. & etiam Magister. d. 20. 4. sent. Si quis in vltima necessitate postus voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliabitur & hinc vadit. Fateor vobis, non illi negamus, quod petit: sed non præsolumus, quod bene hinc exeat: sed si securus hinc exierit, ego nescio: pœnitentiã dare possumus, securitatem autè dare nō possumus. Nunquid dico, damnabitur? sed nec dico, liberabitur. Vis à dubio liberari, vis quod incertum est euadere, age pœnitentiã dū sanus es: si sic agis, dico tibi quia securus es, quia pœnitentiã egisti eo tempore quo peccare potuisti: si autè vis agere pœnitentiã quãdò iam peccare non potes, peccata dimiserunt te, non tu peccata. Nam plerumq; tales ex necessitate pœnitētē, & timore pœnæ: & non ex libera voluntate & amore dei & iustitiæ, ideo periculofum est cum talibus. ¶ Et hoc satis dat intelligere saluator in textu. Vnde cum omnibus conuentionem facit, promittens eis dare quod iustum est. Illos verò increpat otiosos, dicens, *Quid hic statis tota die otiosi?* Greg. Qui vsque ad vltimam aetatem vitæ suæ deo seruire neglexerit, vsque ad 11. horam otiosus fuerit. Chryf. Otiosi stant, qui mundo, carni, & diabolo seruiunt, & nō deo. Ideo dicit: *Quid statis?* quasi di. in statu periculo fo estis, in quo saluari nequitis. Hic, s. in loco transitorio. I. Ioh. 2. Mundus trāsit & concupiscētia eius: *Et hic, i. in loco in cauro.* Eccl. 9. Nescit homo finē suū, *tota die, i. per omne tēpus vitæ vestre.* 1. Para. 29. Dies nostri quasi ymbra super terrā, & nulla est mōra. Et dicit: *Tota die ot est,* quia inquit Greg. Omne tēpus vitæ hominis est dies laboris. Ioh. 9. Me oportet operari opēra eius qui me misit, donec dies, i. tēpus merendi. Et sic merito increpando dicit talibus, *Quid statis hic tota die otiosi?* Quia dicitur Prouer. 12. Qui sectatur otium, stultissimus est. & meritis quia vt dicitur Prouer. 20. Propter frigus, s. charitatis, piger, otiosus torpens, arare noluit vineam; s. pœnitentiæ vitæ. Mendicabit ergo egestate infernalis incēdij, & nō dabitur ei. Habebit quidē partem cū diuine epulone, qui nec

vnam

vna stillā aquæ impetrare poterat. Sed quid homines otiosi respondeāt, dicit in textu: *Nemo nos conduxit.* O quàm periculofum est otium, imò periculofissimū ad tale tēpus expectare, quia tunc homines pterūque ad tantā cordis miseriā, perueniūt quod omnino à dei seruitio se excusant, dicentes: *Nemo nos conduxit,* id est gratiam spiritualis vitæ tribuit, siue pœnitēdi. Quod tamen falsum est. Apoc. 3. Accumulare ergo, & pœnitentiã age. Ecce sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meā & aperuerit mihi ianuā, intrabo ad illum, & cœnabo cū illo, & ipse mecum. Aug. Deus quod suū est semper inspirat. Et S. Thom. contra gentiles lib. 3. ca. 154. Deus quantum in se est, paratus est dare omnibus gratiam. 1. Tim. 2. Vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Aug. Pronior est ad dandum quàm nos ad accipiendum, dicit namque S. Thomas vbi supra, Illi soli gratia dei priuantur, qui in seipsis gratiæ impedimentum præstant & operantur. De quo Iob 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini, id est, gratiæ diuinæ: Habent se enim huiusmodi sicut illi, qui claudunt oculos ad lumen solis, & sic inexcusabiles sunt. Tales etiam raro, sero vel nunquam conuertentur, vt pœnitentiã agant, nunquā vel raro merentur præmium æternæ retributionis. Nam in tota sacra scriptura tantum de vno manifestè legimus, sicut de latrone, Lucæ 13. Non debent tamen tales desperare, quādiu tenentur in hac vitā, quia adhuc saluator vult eos habere in vinea, quia & hic eis dixit: *Ite & vos in vinea meā.* Et quia illos vocat ad vineam, nulli dubium quin etiam his, & si sero conuersis veli dare mercedem. Sed vnde hoc, nisi ex eius sola bonitate & ineffabili misericordia prouenit? Et tantum de primo principali.

¶ *Quamobrem tanta industria atque conatu pro æternæ vitæ mercede (per denariū diuinū significat) laborandum. Et cur Deus reprehensio quorūdam operatorum murmure, nouissimos aequalis primis faciat.*

## ENARRATIO II.

**Q**uid statis hic tota die otiosi? Matt. 20. introductio: Hodie sancta mater Ecclesia repræsentat tria tempora, id est, tempus creationis, deniatiōnis, & peregrinatiōnis. ¶ Primò tempus creationis: propter hoc ergo hodie in matutinis incipit legere librum Gen. vbi notatur magna dignitas humanæ creaturæ, quia ad imaginē & similitudinem dei facta est, Gen. 1. Et dicitur ibidem, quod dominus constituit hominem dominum omnis creaturæ, dicens: Dominamini piscibus maris & volatilibus cœli, &c. Et quoniam posuit eum in paradiso vo-

Pars Hyem.

f

Iupratis. ¶ Secundo representat tempus deuiationis siue preuaticationis primorum parentum, per quos omnes nos venimus in tribulationes & miserias: quia primo perdidimus bonum naturam: natura enim nostra corrupta est per eos & vitata & dominium creaturarum diminutum. Ex quo oportet nos timere creaturas: & nunc etiam varias in natura habemus tribulationes. Idcirco in huiusmodi rei signum Ecclesia deponit canticum naturam: Te deum laudamus. Sed quod veniat tanta tribulationes a peccatis, testatur Gre. dicens, Si non adesset iniquitas, nulla noceret aduersitas. Secundo perdidimus bona gratiam. Nam omnes fuissimus in gratia nati, nunc autem in ira nascimur. Eph. 2. Erasmus natura filij iram. Ideo deponit hodie canticum gratiam, scilicet Gloria in excelsis, per quod per angelos dei pax hominibus est nuntiata. Luc. 1. quia dicitur Isa. 48. Non est pax impiis dicit dominus. Tercio perdidimus bona gloriam, quia secuti fuissimus de gloria aeterna felicitatis. De quo Gre. Siste homo ad obedientiam vinculis charitatis astrinxisset, ad caelestem patriam & ad angelorum societatem sine morte carnis transisset: sed per primorum parentum nostrorum excessum priuati sumus. Idcirco Ecclesia deponit canticum gloria, scilicet Alleluia, quod ab angelis in caelo primo est cantatum. Idcirco Ecclesia in anniuersario totius humanae naturae in officio Misere incipit a cantico, quod pro mortuis per annum cantari solet. videlicet: Circumderunt me gemitus mortis, &c. ¶ Tercio hodie Ecclesia representat tempus exilij & peregrinationis totius humani generis, quod incepit ab Adam, & durabit usque in finem mundi. Omnes enim sumus in hac valle lacrymarum, qui debueramus esse in paradiso & in caelo: & sumus hic constituti tanquam viatores tendentes ad patriam caelestis vitae: & hoc per viam poenitentiae. In signum cuius cantatus est heri in vespertis secundum aliquos episcopatus hymnus: Dies absoluti praeteriit, &c. Et adhuc in signum illius etiam tres poenitentes continuat hodie diuinum officium, scilicet. Dauid introitum, Paulus epistolam, Mathaeus euangelium. Propter hoc etiam Ecclesia sancta, ut dictum est, hodie deponit omnia cantica laetitiae, & legit collectam pro peccatis: ad designandum, quod vana laetitia est postponenda, & salubris tristitia assumenda, scilicet dolor pro peccatis. Ideo etiam prohibetur solennitas nuptiarum, in quibus multa dissolutiones exercentur. Et hoc ea de causa, ut homo facilius inclinetur ad poenitentiam. Ea etiam de causa praesens euangelium ad legendum ordinatur. Quid enim magis ad poenitentiam allicit quam dei

dei benignitas: teste Apostolo, Rom. 2. An ignoras quoniam benignitas dei ad poenitentiam te adducit? Modo haec benignitas manifeste ostenditur in praesenti euangelio, ubi dominus non tantum vocat ad poenitentiam, quae per vineam significatur, ut supra audiuitis, sed etiam intrare compellit, quasi ob iurgando, dicens: *Quid statis hic tota die otiosi?* ¶ Audiuitis charissimi, qualiter in praesenti euangelio innuitur iudicium diuinae miserationis: quod patet ex benigna vocatione, de qua dixi, ubi supra. Secundo innuitur praesagium diuinae siue supernae largitatis: quod probatur ex liberali praemiatione, de qua subdit: *Cum sero factum esset.* Per sero intellige mortem cuiuslibet hominis, vel consummationem mundi, quae erit in futuro iudicio. Et dicitur sero, primo ideo, quia sicut homines tempore serotino cessant operari, sic & in morte siue in iudicio. Ioan. 9. Oportet operari, donec dies est: venit nox, quando nemo operari potest. Secundo dicitur sero ideo, quia tunc vadunt homines ad domum, aues ad nidum, vulpes ad foueas suas: sic in iudicio quilibet vadit ad hospitium suum secundum meritum suum. De quo Athana. Qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam, qui vero mala, in ignem aeternum. Tercio dicitur sero quia tunc datur merces operario, qui vasa mercede obuiuscitur laboris sui: sic & electi cum viderint mercedem aeternae retributionis quia dicitur Apoc. 21. Absterget deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, &c. Sequitur: *Dicit dominus vinca.* id est, deus pater procuratorum suorum, id est, filio suo qui nostram procurauit salutem, *Voca operarios, & redde illis mercedem* quia dicit Leo papa Non otiantibus nec torpentibus, sed laborantibus, promittitur praemium. Vnde Gre. Fratres charissimi mihi mores vestros inspice: & si iam dei operarij estis, attendi te, penset vnusquisque quid egit, & consideret si in vinca domini labore, cum solum Dei operarij accepturi sint mercedem vitae aeternae. ¶ Sed dicit Magister in 2. di. i. asserit, quod principalis causa creationis creaturae rationalis est beatitudo caelestis, quam dominus caelestis postulat homini dare gratis & sine meritis. Attamen aliter non vult nisi ut operemur, dicens, *Voca operarios, &c.* Et sic vult mercedem vitae aeternae labore mereamur. Et hoc propter multa. Primo propter felicitatis sublimitatem & excellentiam. Si enim gratis daretur, tunc non cum tanta gratiarum actione possideretur. Quanto enim plura fideles patiuntur, tanto cum maiori gaudio & gratiarum actione suscipiunt liberationem. Quod enim faciliter daretur, etiam facile ponderatur, & minus reputatur. Secundo

propter angelorum dignitatem, quia Deus angelis gratis non  
 luit dare beatitudinē, sed pro meritis: multo magis homini-  
 bus. Sed quaereres, quare fuerunt merita angelorum? Respon-  
 det S. Thom. super 2. Sentē. Meritū angelorū bonorū est du-  
 plex, s. resistentia mali & adhaesio boni per dilectionem. Et sic  
 meruerūt confirmari in aeterna felicitate, q̄ vltra cadere non  
 possunt. Idcirco qui cum angelis vult possidere vitā aeternā,  
 oportet operibus iustitiā illud promeretur. De quo Aug.  
 Quilibet homo nō potest promereri diuitias huius seculi si-  
 nē labore: & si tu vis sine laboribus peruenire ad aeterna gau-  
 dia, o homo, erras. Idcirco laborare debes: quia dicit Mag. in  
 2. d. 1. Rationalis creatura ad hoc creata est, vt deum qui est  
 summū bonū: intelligeret, intelligendo amaret, amādo bene  
 viueret, bene viuēdo possideret, possidēdo aeternaliter fruere-  
 tur. Et sic laborare debemus, Deū per intellectu cognoscēdo,  
 per voluntatē eū amando, & per memoriā ei aeternaliter inha-  
 rende. Terriō propter honoris augmentū, quia maior honor  
 erit electis propriis meritis gloriā acquisisse, quā gratis acce-  
 pisse. Et ideo pueri post baptismū decedētes in minimo pra-  
 mio erūt, eō q̄ de propriis nihil habēt, quā q̄ habēt de meritis  
 Christi. Propter quod dicitur Apoc. 14. Opera enim illorū  
 sequuntur illos. Matt. 16. Redde vnicuique secundū opera sua.  
 Grego. Ad magna praemia nō peruenitur, nisi per magnos la-  
 bores, quia scribitur Iob 5. Homo ad laborē nascitur, & auis  
 ad volatū. Quarto propter dei iustitiā & aequitatem. Nā retri-  
 butio vitae aeternae est effectus iustitiā, quia datur pro opere  
 iustitiā, ideo ad diuinā iustitiā pertinet vt prius opera perfici-  
 ciatur, deinde datur praemium. Quinto propter Christi aequi-  
 ualentiam. s. assimilēmur Christo qui laborauit. De quo Isā.  
 43. Praebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Ps. 87. In la-  
 boribus a iuuentute mea. Ideo Isā. 47. Reduc me in memoriā  
 & iudicemur simul, quasi diceret, vtrum sit aliqua similitudo  
 mei & tui laboris? Si enim graue tibi fuerit manē surgere &  
 vigilare: cogita quomodo Christus pro te sepius pernoctauit  
 in oratione: Si tibi displicuerit cibus exilis, cogita quomodo  
 pro te cibatus est felle in cruce, Psal. 68. Dederūt in escā meā  
 fel. Si tibi sit graue durē iacere, cogita lectum crucis, quomo-  
 do expansus fuit: vbi etiam quō caput suum reclinaret non  
 habuit. Mat. 8. Vulpes foueas habent, & volucres caeli nidos,  
 filius autem hominis nō habet vbi caput suum reclinet. Di-  
 cit enim Matth. 10. Non est discipulus supra magistrum, nec  
 seruus supra dominum. Si tibi sit grauis fatigatio laboris, ca-

pitis,

pitis, pedū, & manuū: cogita capitis sui coronationē, manuū  
 & pedū perforationē, & eius in eisdē dolorē. Bern. Torū tibi  
 suauē erit, quicquid agis vel pateris, si actiones & passiones  
 Christi collegeris. Idem: Ideo Christus manus suas ostendit  
 post resurrectionē impropereādo, si nō feceris quae ipse fecit.  
 Dicitur enim Iudicū 19. Quod me vidistis facere, cito facite.  
 De quo Phil. 2. Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.  
 Et 1. Ioā. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille am-  
 bulare, & ipse ambulare. Sexto propter otiositatis malitiā.  
 Ecc. 33. Multā malitiā docuit otiositas. Nā quē diabolus otio-  
 sum inuenit, hūc in opere suo ponit. Prout figuratur Exod. 5.  
 Pharaō vidēs filios Israel otiosos, imposuit eis onus, palcas  
 colligere ad elaborandū laceres. Ideo Hic. Sēper aliquid boni  
 operis facito, ne te diabolus inueniat otiosum. Nā dicit Ber.  
 Otiiū est sentina vitiorū, vt patet in Salomōe & Dina. Matt.  
 12. Diabolus inuenit domū vacatē, assumpsit septē spiritus ne-  
 quiores se, & habitauit in ea: Ideo dicit Hier. Quantū auferes  
 ei de otio, tantū de loco. Ideo Eccle. 14. Ante obitum operare  
 iustitiā, quoniam non est apud inferos inuenire cibum.  
 Et Eccle. 9. Quodcunq; potest facere manus tua instanter ope-  
 rare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec sciētia erit  
 apud inferos quo tu properas. Ideo de otiosis dicit Psal. 72.  
 In laboribus hominū non sunt, & cū hominibus nō flagella-  
 buntur, sed cū dæmonibus. Ps. 48. Laborabit in aeternū, & uiuet  
 adhuc in finē. Nā ficulnea infructuosa Mat. 21. fuit maledicta,  
 Et Matth. 15. Seruū inutilem eiecit in tenebras exteriores. Et  
 Matt. 7. Omnis arbor quae nō facit fructū bonū, excidētur &  
 in ignē mittetur. Et ideo Aug. dicit: Audite desides & negligē-  
 tes, qui speratis in hoc saluari, quod Christiani appellamini:  
 nō verba, sed opera saluant hominē. Ps. 127. Labores manuū  
 tuarū quia māducabis, &c. Septimo propter mercedis magni-  
 ficentiā. De quo Aug. Si te terreat labor, respice mercedē. Gre-  
 Consideratio praemij minuit vim flagelli. Chryl. Si te pestas  
 nautis, si vulnera militibus, si frigora agricultoribus, pro-  
 pter temporale praemij leuia sunt, quanto magis propter pra-  
 mium aeternum? Grego. Si consideremus quae promittuntur in  
 caelis, vilescunt omnia quae sunt in terris. Idcirco dicit, *Voca  
 operarios, & redde illis mercedem.* Sequitur: *Incipiens a nouissimis vsque  
 ad primos.* i. omnibus redde mercedem, tam his qui nouissimē  
 laborauerunt, quā illis qui primo manē veniam pōnitent-  
 tiae siue spiritualis vite ingressi sunt. Subdit: *Cum venissent ergo,  
 scilicet ad recipiendam mercedem, qui circa horam undecimam tra-*

nerant; id est; circa finem vitæ suæ: acceperunt singulos denarios, id est, vitæ æternæ retributionem: quæ significatur per denariū. Primò propter bonitatis cōparationē: nā denarius potest homo sibi cōparare quæcumq; vitæ sunt suæ necessaria: Propter quod dicit Philoso. in Ethi. Numismata sunt inuenta communicationis gratia, nam numis cōparātur omnia. Eccle. 10. Pecuniæ obediunt omnia. Sic & in deo omnia habemus, vt dicit Aug. Qui deum habet omnia habet. Et Tob. 10. Omnia in te vno habentes. Ber. O ciuitas cælestis, cōtinēs totū quod delectat. Dicit nāque Aug. In æterna vita est possessio omnium bonorū, exclusio omnium malorū. Ibi implebitur illud Psal. 102. Replet in bonis desideriu tuū. Ideo dicit Orosius: replebit omnes sensus interiores & exteriores cælestibus deliciis. Primò replebit visum. Ber. Pleau erit omni dulcedine videre hominem; & hominis conditorem: Auditum cælestibus melodiis. Apoc. 14. Vocē quā audiui sicut cytharædorum cytharizatiū in cytharis suis, & cātabāt quasi canticū nouū. Et c. 4. Requie nō habebāt die ac nocte dicētia: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotēs, &c. Ideo Tob. 13. Per vicōs eius alleluia cātabitur, Gustū, suauitate fruitionis diuinitatis & humanitatis. Sic etiā tactū & olfactū. de quo Cantic. 4. Olor vā guētorū tuorū super omnia aromata. Itē omnes vires animæ, quæ replebitur lumine, voluntas dilectione, memoria fruitione. Secūdo cōparatur denario propter subtilitatis superscriptionem, vel propter decoris speciositatem, quia vitæ æternæ est subtilis in cognitione omnium rerum. Greg. Quid est quod nō vident, qui te vident? omnia vident? Iere. 31. Non docebit vir vltra proximū suum, & vir fratrem suum, dicent; Agnosce dominum: omnes enim cognoscent me, a minimo vsque ad maximum, Ber. Ibi magistrum semel vidisse, est omnia didicisse. Vel dicitur subtilis, quo ad decorem, sic & vitæ æternæ. Ibi enim erit pulchritudo sempiternæ sine omni deformitate, sanitas sine omni infirmitate, vitæ sine morte, gaudium sine tristitia. Ibi pulchritudinem omnes à fonte pulchritudinis accipient. Nam septem dores accipient, quatuor corporis, & tres animæ: sibi sicut sol fulgebunt & auro rutilantiores erunt. Tertiò cōparatur vitæ æternæ denario in circulari transfiguratione, quæ significat æternitatem, quæ non habet finem. Eccle. 18. Merces domini manet in æternū. & Psal. 87. Beati qui habitant in domo tua domine, &c. Et iterū Psal. 144. Regnum eius regnum omnium seculorum. Et Dan. 3. Regnum eius regnum sempiternum. Ideo Isa. 31. Lætitia semp

sempiterna super capita ipsorum. Quarto propter imaginis regis retentionem: sic & vitæ æternæ retinet imaginem Dei. Ioan. 17. Hæc est vitæ æternæ, vt cognoscant te solum verum Deum, & quē misisti Iesum Christū. Coriint. 3. Nos reuelata facie gloriam domini specularites in eandem imaginē transformamur: A claritate in claritatem. ¶ Iste denarius & vitæ æternæ erit æqualis nobis omnibus, & etiam in æqualis: Primo æqualis, quo ad durationē. De quo dicit Au. & Magister in 4. d. 49. Vna æternitas concludit omnes electos: quia nūllus altero diutius viuet, sed simul in æternum: Sap. 5. Iusti in perpetuū viuunt. Secundo erit æqualis quo ad obiectionem, quia Deus est obiectū animæ, humanitas vero obiectū corporis. De quo dicitur Isa. 33. Regē in decore suo videbit. Et hæc erit merces. Gene. 15. Noli timere, ego ero merces tua magna nimis. Aug. Hæc est plena beatitudo, videte illū qui te fecit, saluauit, & glorificauit. Videbis cognoscēdo, amabis fruēdo, laudabis æternaliter possidendo. Tertiò erit æqualis quo ad appetitus satietatē. De quo propheta Psal. 16. Satiabor, cū apparuerit gloria tua. Dicit nāq; Magister in 4. d. 49. Beatū esse, est omnia habere quæ homo vult. Et in hoc non est vnus magis beatus quā alter, quia quilibet de hoc summo bono fruatur ad plenam sufficientiam, & vltra nihil appetit, nec appetere potest. Et sic erit æqualis, quo ad saturationem. Quia dicit Boët. de Cons. Beatitudo est status omnium bonorū aggregatione perfectus. Quarto erit æqualis, quo ad rerū vniuersitatem, de quibus gaudebunt. Nā de his rebus maiores & minores gaudebūt, s. de clarissima visione diuinitatis & humanitatis, & de delectabili societate angelorum & beatorum & de euasione omnium periculorum huius mundi, & de æterna damnatione. De potentia patris, in qua erunt potentes. De sapientia filij, in qua lucebunt sapientes. De bonitate spiritūs sancti in qua affluent dulcedine diuinæ fruitionis. Ita, quod etiam posset oriri murmur admirationis de bonitate & largitate dulcedinis Dei quod scilicet pro paruis meritis in æstimabilia bona tribuit. De quo dicit textus: *Primi autem arbitrati sunt, quod essent plus accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios, id est, vitæ æternæ retributionem.* ¶ Subdit: *Et accipientes murmurabant aduersus patrem familias, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, id est, laborauerunt: & pares nobis illos fecisti? scilicet in præmio: qui portauimus pondus diei, id est, sustinimus ponderosum laborem totius vitæ in operibus iustitiæ: & istus, id est, concupiscentiæ vel tentationum. Porro duplicem hi vt*

dentur causam murmurationis habere, videlicet quod in remuneratione erant vltimi, cum tamen fuissent priores in opere, & quod æquale præmium non æquè laborantibus erat datum. Sed omiſſa prima cauſa, ſolum murmurant propter ſecundam, dicentes: *Hi nouiſſimi &c.* Et iſta poſſet eſſe vox eorū, qui à pueritia vſque in ſenectute Deo ſeruiert, id eſt, ad finem vitæ: & ſuſtinerent pondus laboris diei, id eſt, pœnitentiæ: & æſtus, id eſt, tentationum: ſi non plus præmij conſequuntur, quàm hi qui in ſenectute deſiciente calore ætatis incœperunt. Similiter etiam cõqueri poſſent antiqui patres, videlicet Noë, Abraham, Iſaac & Iacob, ſi non reciperēt plus præmij, quàm homines præſentis temporis. Ipi enim ſuſtinerunt magnos labores & æſtus tentationū: nunc verò mundus quaſi antiquus eſt, & deſciunt delectamenta ipſius: & ideo præſenti tempore non vritur tantis æſtibus. Et licet ita ſit, non tamen habent iuſtam cauſam murmurandi, vt ſtatim infra dicitur. ¶ Sed diceres: Quomodo ſancti dicuntur murmurare, cum dicat Gregor. Nemo murmurans regnum Dei accipit? Ad hoc reſpondet Chryſ. quod non oportet ea que in parabolis dicuntur, ſecundum totum quod dicitur inueſtigare: ſed intentionem propter quam poſita eſt intelligere. Vnde iſta ſimilitudo murmuris non eſt transferenda ad eos, qui beati ſunt, nec intelliguntur murmurare ex inuidia: ſed vt oſtēdatur & intelligatur hos tanto potius eſſe honore & inuidia exinde aliis generari poſſet, ſi poſſibile eſſet. Secundo reſpondet Greg. quod antiqui patres licet fuerunt magni meriti, tamen morientes conducti ad regnū non ſunt, ſed expectauerūt vſque ad Chriſtū, & hoc eſt eos murmuſſe. Nā dilatio talis quæ occaſio quodammodo murmurationis eſſe potuit, quæ & nobis tāquā nouiſſimis per Chriſtū ablata eſt, pro ipſa murmuracione reputatur. Nunc, verò qui fideliter laborant in vinea domini, mox vt exeunt à corpore, ducuntur ad regnū. Et inde eis occaſio quodammodo murmuris oblata videretur, niſi ex ſumma perfectione fraternæ charitatis in Deū ordinatæ, qua quis de bono alterius tanquā de ſuo gaudet, tolleretur. Tertiò poeſt dici, quod duplex eſt murmuratio, ſcilicet conqueſtionis & admirationis. Vnde beati non murmurant conqueſtando: ſed admirando murmurare dicuntur. Poſſet etiam quarto dici, illa murmuratio intelligēda eſt per ſynecdochē. Primis enim accipientibus quoſdā, non omnes murmuſſe intelligendum eſt. Colligitur enim per illud quod ſequitur: *Amice nō facio tibi iniuriam.* Poſſet etiā illud accipi de malis, qui

In principio quidē boni fuerunt, ſed nō ſic vſque ad finē perſtiterunt. Tales enim præmio priuati murmurāt, ſed non illi qui denariū acceperūt, tales enim nō murmurant, neq; murmurare dicuntur. Si tamen aliquis putaret ibi eſſe murmur, atredat quomodo murmur toleretur cõuenientibus reſponſionibus. ¶ Sed diceres, Vnde prouenit quod Deus nouiſſimos æquales facit primis? Reſpōdetur primò ex absoluta Dei autoritate, quā nemo audet arguere. neque poeſt, quia nemo maior Deo. Heſt. 13. In ditione tua cuncta ſunt poſita. Et tangitur cum ſubdit: *At ille, ſ. paterfamilias, reſpondens vni illorum, ei, ſ. qui forte magis ſe ingerebat, diſmit, Amice nō facio tibi iniuriā q. d. Ideo aduerſum me murmurare nō debes. Gl. Nō facit iniuriā alteri, qui dat ei quod promiſerat: ſic & paterfamilias in præſenti. Vnde dicit: Nōne ex denario diurno conueniſti mech? & Ideo nō teneor tibi plus dare. Tolle quod tuū eſt & vade; ſ. contentus, quia recepiſti mercedem tuam. Volo autē huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.* Vnde ſicut ſola volūtas Dei eſt cauſa in productione rerū, ſic etiā in remuneratione: & ſic nō poeſt locū habere murmuratio. Secūdo, peruenit ex ſapientiæ Dei profunditate, quā nemo arguere poeſt. Vnde Gre. Deus in prouidentia ſua nō fallitur, ipſe enim ſcit iuſtè remunerare electos, & nō errat eorū quando nouiſſimos primis. De quo Rom. 11. O altitudo diuinarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quā incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, &c. Quis enim vult ſe introumittere de profunditate ſapientiæ eius? Iob 11. Excelsior cælo, quid facies? profundior inferno, & vnde cognofceſ? Iſa. 40. Nec eſt inueſtigatio ſapientiæ eius. Et tangitur ibi, vbi dicitur: *Tolle quod tuum eſt:* ipſe enim ſcit quantum quiſque meruit. Tertiò prouenit ex beneplacita eius voluntate. Mat. 11. Ita patet, quoniā ſic placitum fuit ante te. Et tangitur ibi: *An non licet mihi facere quod volo?* q. d. vti que. Heſt. 13. Nō eſt qui poſſit reſiſtere tuæ voluntati. Iſa. 46. Ego ſum Deus, & non eſt vltra me Deus, nec eſt qui ſimilis ſit mei: conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet, ſcilicet in remunerando. Quarto prouenit ex inexplicabili ſua bonitate, quæ ſe largiter effundit ſuper omnē creaturam, maximè ſuper electos ſine omni merito. Et tangitur ibi, *Si oculus tuus nequā eſt quia ego bonus ſum?* q. d. Si hæc murmuratio ex inuidia procederet, vitioſa eſſet. Greg. Nequam dicitur in litera. non propter culpam, ſed propter conſiderationis inæqualitatem: quia omnis noſtra iuſtitia ex conſideratione diuinæ iuſtitie nullius eſt meriti: quia omnis remuneratio quantumlibet iuſti non ex merito cõdignai, ſed de

congruo ex infinitate suæ misericordiæ procedit. Et hoc est quod dicitur: *quia ego bonus*, id est, illa remuneratio ex mea voluntate & bonitate procedit. De quo Aug. Deus cum immortalitate tribuit, dona sua coronat, non merita nostra. Quare ex ratione contra ipsum murmurare non possumus. Dicit namque Isido. Omnis iustitia beatorum respectu iustitiæ Dei iniustitia videtur, Et Iob. 15. Quid est homo, quod immaculatus sit vt iustus appareat natus de muliere? Ideo dicit in littera, *Si oculus tuus requam fuerit ego bonus sum.* Iob 4. Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur? Scribitur enim Iob 15. Cæli non sunt mundi in conspectu eius. & Marc. 10. Nemo bonus nisi vnus Deus. ¶ Subdit: *Sic erunt nouissimi primi & primi nouissimi.* Chryso: Hoc addidit vt eos audaciosiores faceret, qui in vltima senectute conuertuntur, ne existimarent se minus habituros: omnes enim cælestis regni mercedem accipient, id est, abundantem remunerationem, qui in vinea spiritualis vitæ inuenti fuerint, nam & tantam remunerationem habebunt, quod dicit Augustin. Maius est sanctorum præmium quam eorum desiderium. Fide non capitur, spe non attingitur, charitate non apprehenditur, desiderio non transgreditur, acquiri potest, æstimari non potest. Ideo Chryso. Nihil boni quantuncunque exiguum fuerit, despicietur apud iustum iudicem. Et Mat. 10. Quicumque porum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam. Ecce quanta largitas remunerationis. Et hoc valde debet inducere & trahere hominem ad laborem. ¶ *Quamuis autem ita sit quod præmium erit æquale primorum & nouissimorum, vt supra audistis: erit tamen inæquale quo ad capacitatem, & fulgorem.* Vnde quantum magis capaciores homines hic in terris fuerunt diuinæ gratiæ, tantò erunt in futuro capaciores diuinæ gloriæ. In simili: Sicut duo vasa plena, vnum maius aliud minus, ambo sunt plena, vnum tamen magis continet reliquos: sic & in electis erit. Item quantum quis magis in charitate Dei arserit, tantò ibi clarior erit. De quo Aug. Quânto ardentius diligimus, tantò serenius videbimus. 1. Cor. 15. Alia est claritas solis, alia lunæ, & alia stellarum. Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum, Ecce in his verbis manifestè meritorum diuersitatè exprimit. Vnde multi sunt stulti homines, qui ex consolatione verborum saluatoris accipiunt excusationè in Dei seruitio, & volunt expectare vsque ad senium, ex eo quod saluator promittit eis dare æquale mercedè, cum primis, & si hoc quod dicitur eis ad consolatio-

nem,

nem, hoc ipsi accipiunt nõnunquam ad æternæ damnationis occasionem. Nulli enim dubium, quia diabolus illis hoc suggerat, & per hoc in maximè periculum eos coniecit, & quasi catena & funiculo indissolubili cõstringit, cum dicatur Eccl. 9. Nescit homo finem suum. ¶ Et propter hoc ipse saluator concludendo parabolam & præsentis euangelij historiam, addit aliquid terribile, dicens: *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Vnde Isido. Multi recipiunt fidem, sed opere discernunt. Et ad Tit. 1. Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Et sic multi sunt vocati ad fidem, pauci verò electi ad æternam gloriam. Item multi sunt qui peccant, pauci verò qui penitentiam agunt. Iere. 8. Nullus qui agat penitentiam super peccato suo. Ambro. Facilius inueni qui seruauit innocentiam, quàm qui veram egerit penitentiam. Et figuratur hoc in pluribus locis sacre scripturæ. Primò Gene. 7. Totus mundus, i. homines in mundo perierunt tempore diluuij: & tantum octo homines à tanta multitudine in arca Noè fuerunt conseruati. Sic Gene. 19. quinque ciuitates perierunt, & tantum quatuor homines fuerunt saluati, s. Loth cum vxore & filiabus. Nec tamen & hi quatuor finaliter saluabantur, quia vxor Loth propter inobedientiam versa est in statuum salis: Item sexcenta tria milia virorum quingenti & quadraginta exierunt terram Aegypti. Num. 1. & tantum duo, scilicet Iosue & Caleph venerunt in terram promissionis, vt Numer. 27. Et hoc propter rebellionè. Et sic maxima pars nõ obedit præceptis Dei. Sic iterum legitur Exo. 32. Cum filij Israël fecissent sculptile & adorassent illud, Moses descendens de monte ad vindicandum scelus, dixi ad duodecim tribus Israël, Si quis est domini iungatur mihi. Congregatique sunt ad eum filij Leui, & sic ex duodecim tribus tantum vna accessit. Sic etiam legitur Hester 2. Multæ virgines accesserunt ad Assuerum, sed solum Hester est electa. Greg. Vnusquisque pensare debet, vt de se non præsumat, eò quod ad fidem vocatus est, quia verum electus sit ad æternam gloriam, ignorat. Matt. 7. Lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta porta & arcta est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam: Et paulò post. ait, Non omnis qui dicit mihi Domine domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit. voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Implemure ergo & nos gratiam Dei, vt simus de numero illorum: quod nobis prestare dignetur, &c.

¶ Dom

¶ *Christo inſtat boni agricole ſemen verbi Dei quatuor hominum generibus ex aquo diſtribuente, cur in vno tantum fructificet.*

## ENARRATIO I.

**E**Xiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuū. Luc. 8. Matt. 11. & Marc. 4. In ſumma euangelij duo tangitur. Primò Chriſti prædicatio amorofa, ibi, *Cum turba multa.* Secundò diſcipulorum interrogatio fructuoſa, ibi, *Interrogauerunt autem eum.* De primo dicit, *In illo tempore, ſ. cum Chriſtus iter faciens per ciuitates & caſtella prædicabat regnum Dei.* Et ſic inter cetera exiens de domo quadam vbi prædicauit diſcipulis & turbis, venit ſecus marc. *Et cum turba pluriſima conueniret.* Ecce turba nõ diuites, non potentes, ſicut & adhuc hodie fit, 1. Cor. 1. Videte uocationem veſtrã fratres, quia nõ multi ſapientes ſecundũ carnem, non multi potẽtes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus vt confundat ſapientes. Et infirma mundi elegit Deus, vt cõfundat fortia, &c. vt impleatur illud Prou. 3. Cum ſimplicibus ſermocinatio eius: De diuitibus enim vnũ habuit, ſ. Zachæum. De potentibus & nobilibus vnũ habuit, ſ. Iofeph ab Arimathia, qui fuit nobilis decurio. De ſapientibus etiam vnũ habuit, ſ. Nicodemum. Io. 3. Idcirco dicitur Io. 8. Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum? quaſi diceret, nullus, ſed turba. Aug. Principes & reges quanto altiores tantò ad malũ proniores, 1. Eſdr. 9. Manus principum & magistratum fuit in hac tranſgreſſione prima. Sic etiam primi erunt in pœna. De quo Iſido. Quanto nitidiores hinc in purpura regali, tantò deſpectiores in flamma infernali. Ideo Prou. 10. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter: ſicut turba, vt ſubdit: *De ciuitatibus properabunt ad Ieſum.* Et per hoc inuitur glorioſitas ſiue famoſitas prædicationis Chriſti, quia non tantũ de villis, ſed etiam de ciuitatibus properabant ad illum. Primò tanquã infirmi ad medicum clementiſſimum, vt curarentur. Ipſe enim erat medicus ille, de quo Matth. 9. Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. Secundò ad ipſum properabant, vt imperiti ad magiſtrum ſapientiſſimum, à quo illuminarentur. Pſalm. Accedite ad eum, & illuminamini. Tertio vt oues eſurientes ad bonum paſtorem. Nam ipſe eſt, de quo Ioan. 10. Ego ſum paſtor bonus. Dicit Matth. Tunc aſcendit Ieſus in nauiculam, & omnis turba ſtabat in littore, & locutus eſt multa in parabolis. Lucas vero volens permanere circa præſentem hitoriã dicit: *Locutus eſt dicens per ſimilitudinem.* ¶ Sed obiecerit aliquis, Tamen dicitur

per Ioan. 18. In occulto locutus ſum nihil. Reſpondit S. Tho. parte 3. c. 45. arti. 3. quòd doctrina alicuius poteſt eſſe occulta tripliciter. Primò, quantum ad intentionem docentis. Et hoc dupliciter. Primò quia nõ vult manifeſtare ex inuidia: quòd in Chriſto locum non habuit. Sapient. 7. Sine fictione didici, ſ. ſapientiam, & ſine inuidia communico & honeſtatem illius non abſcondo. Reuera, quia ipſe fuit lucerna, Matt. 5. Nemo accendens lucernã ponit ſub medio neque in abſcondito. Et ſicut hoc dixit de aliis, ita ipſe idem haud dubie præſtitit. Secundò hoc contingit propter inhoneſtatẽ eorum quæ docentur, vt dicit Augu. quod quædam ſunt mala, quæ portare nõ poteſt qualisconque pudor humanus. Doctrina autẽ Chriſti non eſt neque de errore neque de immunditia, & per confequens nõ occulta aliquo modo, & ſecundò principaliter dicitur occulta, quia paucis proponitur: & ſic iterũ Chriſti doctrina non fuit occulta, Ioan. 18. Ego palã locutus ſum mũdo, ego ſemper docui in ſynagoga & in tẽplo. vbi omnes Iudei conueniunt. Tertio quantum ad modũ docendi, & ſic Chriſtus quædam turbis loquebatur in occulto parabolis vtendo. Et hoc non ſine ratione. Primò enim ſic fecit, vt homines ſtudioſius ad ſpiritualementem intelligentiam alliceret: in obſcuris enim ſolent ſe homines exercitare, & nonnunquam manifeſta ſpernere. Secundò vt eò melius rudibus & ſimplicibus veritatem inſingeret, quòd facilius & commodioſius per exempla coërcegeretur. Tertio ſecundum Chryſ. vt cognitionem veritatis infidelibus & indignis occultaret. Et hauc rationẽ inſtrã tangit in textu: Sic ergo, *locutus eſt per ſimilitudinem, di. Exiit qui ſem nat.* Vnde congruè ſequitur Euangelium de ſemine poſt Euangelium de vinea: vt habeamus panẽ quo reficiamur in vinea laborantes. ¶ Et per ſeminatorem hinc intelligitur Chriſtus, qui exiit ſeminare tripliciter. Primo exiit à patre per æternam generationem. Eccle. 24. Ego ex ore altiſſimi prodiui. Ille exitus non eſt per motũ localem, ſed per emanationem perſonalem. Et ſic primò ſeminauit angelos in cœlo: quod *ſemen cecidit ſecus viã, ſ. per ſuperbiã,* quia via Chriſtus eſt. Io. 14. Ego ſum via, veritas & vita. Modò diabolus (vt dicitur Io. 8.) ab initio iã veritate non ſtetit, quia mendax eſt & pater eius. Et ſic *cecidit ſecus viã,* quando aſſimilari voluit altiſſimo, ſ. factori ſuo, de quo Iſa. 14. Super aſtra Dei exaltabo ſolium meum, & ſimilis ero altiſſimo. Sed quando hoc factum fit, dicit S. Tho. parte 1. Statim poſt primum inſtans angeli peccauerunt per ſuperbiã, ideo conculcati ſunt per diuinã ſapientiam tanquam



*semen secus viam*, de quo Eccl. 24. Omnium excellentium & sublimium colla virtute calcavi. *Et volucres cæli*, id est, elatae cogitationes *comederunt*, id est, consumpserunt id. Propter quod dicitur Isa. 14. Quomodo cecidisti de cælo Lucifer qui mane oriebaris? Luc. 10. Vidi Satanã quasi fulgur cadente de cælo. Et Aug. 11. De ciui. Dei: Angelica creatura, quam Deus condidit, dignitate naturæ præcedit. Sicut dicit Bern. super Cant. Si Deus sic egit cum angelo superbiente, quid faciet de me terra & cinere? Post hoc seminavit primos parentes in paradiso tanquã aliud semen, *illud cecidit supra petram*, s. scientia filij appetendo (qui dicitur petra) 1. Cor. 10. Petra autẽ erat Christus, & Matt. 16. Super hanc petraẽ edificabo, &c. volentes esse sapientes sicut dii, scientes bonum & malum. Gene. 2. *Et naturam aruit*, s. per suggestionem diabolicam, *quia non habuit humorem*, s. gratia, siue radicem, s. charitatis. ¶ Secundo exiuit de Sinu patris in mundum per incarnationem, Io. 16. Exiui de patre & veni in mundum. Vnde secum attulit semen coeeste, s. diuinitatem & animam: *¶ Seminauit illud in terram optimam*, hoc est, in cor gloriosissimæ Virginis Mariæ, de quo Psal. 84. Benedicti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob, id est, humani generis. De hac terra dicitur Ezech. 36. Terra illa inculta facta est hortus voluptatis. Hæc est terra inculta, id est, inculta, de qua processerunt flores rosarum, & lilia conualium, Cantic. 1. id est, varia ornamenta virtutum. Hæc est terra illa, in qua semen nostræ redemptionis seminatum est. Gen. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Si enim illa terra non germiuisset, & semẽ illud non produxisset, totus mundus perditus fuisset. Hæc est igitur illa terra de qua Psal. 84. Veritas de terra orta est, id est, filius Dei. Hoc est benedictum semen, ex quo panis coelestis factus est omne delectamentum in se continens. Io. 6. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. ¶ Tertio exiit in mundum de vtero virginis per natiuitatem. Baruch 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. ¶ Inde autem exiit tanquã agricola, vt agrum mundi incultum, i. desertum excoleret. Et dico, tanquam agricola. Zacha. 13. Homo agricola ego sum. Reuera agricolæ comparari potest. Primo, quia agricola est persona humilis, & vilis quodammodo reputatur à ciuibus & aliis, & sæpius irridetur: vt dicitur Iob 12. Deridetur iusti simplicitas. Sic & Christus potuit dici agricola, quia sic vilem & humilem in humanitate se exhibuit, vt quasi faruus & insipiens à

Iudæis

Iudæis & Gentilibus illuderetur. Luc. 23. O tã vilis æstimabatur, vt & cum sceleratis reputaretur, vt dicitur Isa. 33. Et cum sceleratis reputatus est. Secundo agricola vestibus sordidis & quasi exiliibus induitur: sic Christus vilitatem humanæ conditionis induit. De quo Philip. 2. Habitum inuētus vt homo. Et Zach. 33. Iesus indutus erat vestibus sordidis non culpæ sed pœnæ: & hoc existens in opere suo. Sed in die festo, hoc est in die gloriosæ resurrectionis suæ, vbi opus nostræ redemptionis compleuit, induit vestem claritatis, vt impleretur in eo illud Zacha. 3. Auferte vestimenta sordida ab eo, & induite eum mutatoris. Tertio, vt plurimum agricola vadit nudis pedibus, & fatigatur. Aliquãdo etiam equitat, sed raro nisi in negotio: sic filius Dei nudis pedibus vt frequenter, ambulauit etiam vsque ad fatigationem. Ioan. 4. Iesus fatigatus ex itinere sedit supra fontem. Iere. 17. Quasi colonus fatigatus est in terra, & quasi vir vagus. Et bene vagus, quia pauper propriam domum nõ habuit. Matt. 3. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, &c. Etiam tamen aliquando, sed per raro equitauit, vt in die Palmarum in asina Matt. 21. Quarto dicitur agricola, quia agricola est laborator ex eo quod labor in callo manuum eius cognoscitur: sic & Christus Ioan. 20. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, non madefactas sudore, sed cruore: non habentes duritiam callorum, sed fixuram clauorum. Psal. 9. Tu laborem, & dolorem consideras, s. humani generis, vt tradas eos in manus tuas. Quinto agricola per se trahit & portat aratrum: & sic Christus aratrum sanctæ crucis portauit & tenuit. Deniq; boues suos inuexit: aratro id est, discipulos, dicens: Matt. 11. Tollite iugum meum, super vos, quia duos & duos misit propter fructum vitæ. Io. 15. Posui vos vt eatis, & fructum afferatis. Hos etiam boues agitât stimulo suæ exhortationis. Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autẽ occidere nõ possunt. Et Luc. 12. Nolite timere pusillus grex, s. eos qui tantum possunt corpus occidere, animã autẽ nihil nocere queunt. Sexto cõparatur agricolæ, quia agricola mittit equos cũ raistro ad occidendum terræ semina: sic & ipse quatuor Euãgelistas qui semẽ suum in terra humani generis seminatum absconderent. Hic ergo agricola per se exiit primo, quia ipse habuit terræ notitiam. Io. 2. Ipse sciebat, quid esset in homine. Etiam propter terræ malitiam, i. Ioan. 5. Totus mundus in maligno positus est. *¶ Exiit in quibus seminare semen suum*, i. verbum Dei. Quod dicitur semen, ex sex causis. Primo quia in semine est calor naturalis, quo plã-

ta

ta nutritur: Sic & in verbo Dei. Prou. 30. Omnis sermo dei ignitus. Psal. 118. Ignitum eloquium tuum vehementer. Le re. 23. Nunquid non verba mea quasi ignis? Et ideo si peccatores frigidi inflammari cuperent, tunc verbum Dei audire deberent. Et si corda eorum ad hoc apta essent, absq. dubio inflammarentur, sicut discipuli. Luc. 24. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis scripturas? Secundo, quia in semine est virtus, nutrimentalis: sic & verbum Dei pascit & sustentat. Deutero. 8. & Matt. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod, &c. Et ideo qui hunc cibum sumere abhorrent, æternæ mortis periculum formidare debent. Matth. 11. Veruntamen dico vobis, quia, remissius erit terræ Sodorum in die iudicij, quam tibi, intelligens quamlibet ciuitatem vel populum, qui verbum Dei audire noluit neque suscepit. Tertio, quia in semine est ratio seminalis. Vt enim vnum semen generatur ex alio: sic verbum Dei generat hominem. De quo Iacob. 1. Voluntariè nos genuit verbo veritatis. Et sic August. genitus est Deo, ex verbo dei quod auditus à beato Ambro. Et hoc est quod dicit Psal. 118. In quo cor riget adulescentior viam suam? Et subdit In custodiendo sermones tuos, quia verbum dei emollit corda, Cant. 1. Anima mea liquefacta est. In verbo enim dei Deus loquitur. Quarto, quia in semine est virtus penetrabilis: sic & verbum dei mentem hominis penetrat, etiam vsque ad diuisionem spiritus. Ad Hebræ. 4. Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipite. August. Nihil hac diuisione mirabilius, quam vbi duo essentialiter vnita realiter distinguuntur. Et hoc fit quandoque per verbum Dei. vbi anima quæ naturaliter corpori inclinatur, per verbum Dei quandoque ita penetratur, quod intantum contrariatur corpori, ac si ab ipso realiter diuisa esset. Quinto in semine est fructuū pluralitas: sic & in verbo Dei, Rom. 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbū Christi. Quomodo autem audiens, sine prædicante? q. d. Nequaquā. Sexto in semine modus fructificandi est dissimilis, sic & verbū Dei nō omnibus proficit. ¶ Nā quātū ex litera elicitur, quatuor genera hominū ponuntur, in quorū tamen vnō dūtaxat fructificat. Quod innuens Euangeliū, subdit: *Aliud cecidit super viā.* Gre. Via est mensularum cogitationū sedulo meatu trita & arefacta. Et per hoc significat luxuriosū. Isa. 57. Posuisti vt terrā corpus tuū, & quasi viā trāsfeutibus, i. dæmonibus. Sicut hi faciūt, qui in nullo

volunt

volunt resistere, nullam habentes clausuram, nec in oculis, nec in auribus. Et in talium cordibus non potest fructificare Dei verbum, licet illud audiant, tamen minimè aduertunt. 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Eccle. 21. Audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proiciet illud post tergum suū. Habent enim se tales sicut leones, vt dicit Chry. Si leoni ostendis capum floridum, nō aduertit, quia non flores, sed carnes appetit: sic talibus nō placet virtutū ordinatio, sed carnis delectatio. Vnde de luxuria dicit Gre. in Morali. Si luxuria semel mentem occupauerit, vix bonū cogitare permittit. Hebetat sensum, confundit intellectum, maculat voluntatem, obscurat memoriam, ex cæcat rationē. Ideo Mat. 6. Neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte cōculcent eas pedibus suis. Chry. Porci sunt, qui vitā suā cœnosa libidini mancipant. Tales enim verbum prædicationis conculant & vilipendūt pedibus suis, i. affectibus cōtemptores veritatis. Vnde Beda. Nihil ita auferit sicut luxuria. Osee 4. Fornicatio & vinū & ebrietas auferit cor. Et Hiero. Fornicatio peruertit sensum, debilitat animū, de rationali homine facit brutū. Isid. Consecutio luxuriæ mors est animæ. Quapropter dicit hic de semine, quod si in taliū corda ceciderit, dupliciter perit, quia trāsitu cogitationū *conculcatur, & volucres celi comedunt illud*, i. dæmones illud cōsumunt per prauam suggestionem, ne proficiat eis ad salutem. Vnde per volucres dæmones hic significantur. Primò propter naturæ agilitatem, quia adhuc citius quam volucres volant per multa loca. Secundo propter aëris inhabitationem, ipsi enim habitant in aëre caliginoso, tanquam atomi in sole. Tertio propter eorū subtilitatem. Vnde aues multum subtiliter colligūt grana de terra, sic & dæmones verbū Dei de cordibus hominū. Sed volens eis resistere debet ponere terriculamētā vt fit in hortis: passionē, s. Christi, per quā sunt deuicti. Chry. Vbi signū crucifixi cū fide & deuotione intercesserit, ibi inimicus nihil nocebit. ¶ Secundi in quibus verbum Dei non fructificat, sunt superbi, de quib⁹ subdit in litera: *Aliud supra petram,* i. cor superbum cecidit, & *natum aruit, quia non habuit humorem*, s. gratiæ. Iacob. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Sic dicitur Mar. 4. Non habebat altitudinem terræ, i. profunditatem humilitatis, altum capiendo p̄tō profundo. Ioan. 4. Puteus est altus, i. profundus. Vnde per petram notatur superbi. Primò, quia petra naturaliter est dura, sic & superbia inter alia vitia maximè obdurat corda, & rebellēs fa-

Pars Hyem.

c

git veritati, vt impleatur in eis illud Ierem. 5. Induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti, non timentes illud Eccl. 3. Cor durum malè habebit in die nouissimo, i. morte & iudicio. Ber. ad Euge. papā, Cor durū est, quod nec cōpūgione scinditur, nec pietate molliūtur, nec mouetur precibus, nec minis cōditur, nec flagellis induratur: ingratum ad beneficia, infirmum ad cōsilia, inuerecundū ad iudicia, temerariū ad ardua, obliuiscens praterita: negligens præsentiā, non promidēs futura, quod & nec Deum timet, nec homines veretur. Nec mirum, si tale finaliter malè habebit. Et cōmuniter sunt corda superbiorum ita dura, vt locum apud eos habeat illud Iob 41. Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris inq̄us. Chryso. Sicut lapis super quem pluuia cadit, balneatur foris, intus tamen siccus existit: sic tales ab exteriora quādoque p̄fēdunt aliquam bonitatē, verbum Dei audiēdo, intus tamē in ariditate cordis sui permanēt. Et sic verbū Dei nō potest in eis fructificare. Secundō quia petra naturaliter est frigida: sic & tales deficiūt in calore charitatis, s. Dei & proximi: ita q̄ in eis impletur illud Iere. 6. Sicut frigidā facit cisterna aquam suam, sic frigidā fecit malitiā suam. Tertio, quia petra est ponderosa, sic & superbia tā ponderosa fuit in angelis malis, q̄ cælum eam tenere non potuit. Luc. 10. Videbā Satanam quasi fulgur de cælo cadentem, s. propter ponderositatē superbix suæ. Greg. Superbi infima petunt, cum se prae ceteris extollunt. Sic igitur secundō verbū Dei in superbis fructificare non potest. Eccl. 43. Frigidus ventus aquilo, Glo. diabolus, & procella suggestionis eius flauit, s. suggerendo: & gelauit paulatim frigore, scilicet perfidia, crystallus ab aqua. Glossa. peccator induratus. ¶ Tertij sunt auari, in quibus semen non fructificat. De quibus subdit in textu *Auidia cecidit inter spinas*, i. inter amarā mentem quæ totā solitudinē & omnem amorē ponit in temporalibus diuitiis, & non in virtutibus cælestibus. Et bene diuitiæ spinæ dicuntur propter tria. Primō, quia sicut spinæ pulchræ florent, sed amāros fructus cum aculeis & stimulis produciunt: sic auari diuites ad tēpus florent, & in æternum ardeunt sicut patet in diuite epulone, Luc. 16. Secundō quia corda lacerat, per solitudinē. Greg. Diuitiæ spinæ sunt, quia solitudinibus mentem lacerant, scilicet cum spe acquirendi, cura retinendi, & timore perdedi. August. Diuitias inuenisti, requiem perdidisti, s. mentis in Deo. Dicit enim Greg. Cum mēs per varia distrahitur, à Deo retrahitur. Tertio, quia sicut in spinis vermes habitant, sic in diuitiis

diuitiis vitia multa. Eccl. 10. Si fueris diues, non eris immunis à delicto. Chryl. Diuitiarum sequela est voluptas, arrogantia & luxuria, quæ omnia impediunt viam salutis. Et sic dicit in textu: *Et simul exorta sunt spinæ s. diuitiarum, & suffocauerunt illud*, Grego. Fallacia diuitiarum suffocat Dei verbum. Exemplum in Giezi, 4. Reg. 5. qui multa bona à propheta Heliseo audiuit & tamen per spinas auaritiæ suffocabatur, cum à Naaman Syro contra voluntatem Dei occultè munus accepit. Sic Ananias & Zaphira (Act. 5.) qui ab Apostolis multa bona audierunt: sic & Iudas, qui à Christo multa bona audiuit: sed spinæ auaritiæ totū suffocauerunt. Idcirco Eccl. 10. Nil est iniquius, quàm amare pecuniā. Nam amor diuitiarū & sollicitudo cogitationum impedit in spirituali vita. ¶ Quartum genus hominum sunt boni, humiles, deuoti & attenti. Et tangitur ibi: *Aliud cecidit in terram bonam, & exortum fecit fructum centuplū & abundantem*. Et hi sunt triplici in differentia, & secundum hoc triplex eorum fructus consideratur, sicut innuit litera. Marc. 4. loquens de eadem parabola, dicit: Quod cecidit in terram bonam, dabat fructum, aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum. Primi igitur, in quibus verbum Dei profert fructum tricesimum, sunt hi qui habent fidem cum obseruantia decem præceptorum. Secundū, in quibus profert sexagesimum fructum, sunt obseruantes decalogum cum sex operibus misericordiæ, id est, qui vltra hoc exercent se in operibus misericordiæ & pietatis. Tertij verō, in quibus producit centesimum, sunt hi, qui seruant decalogum & consilia: vt sunt qui omnia propter Deum relinquunt, & dominū sequuntur. De quibus Mat. 19. Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Et secundum quod homo magis se disponit ad suscipiendum semen, scilicet verbum Dei, secundū hoc magis in eo fructificat. Imploremus ergo & nos diuinum auxilium, vt in illorum hominum societate inueniamur: vt sic obineamus gratiam in præsentī, & gloriam in futuro. Ad quem nos &c.

¶ *Quod sit illud hominum genus, quod (admiscentibus se passim multis sacris concionibus frustra audiendis) ipsum solum diuini verbi (quod quatuor de causis semen vocatur) ex se fructum producit.*

## ENARRATIO II.

**N**atum aruit, quia non habuit humorem. Luc. 8. Expedita prima parte præsentis euāgelij, secundō tãgitur discipulorū inecrogatio fructuosa. Vnde cū Christ⁹ prædicationi

suam parabolam proposuisset, subdit Euangelista in text. *Hic dicens clamabat.* Et in hoc notatur magnitudo affectus Christi in prædicando, clamor enim ille erat signum magni affectus. Aug. 9. Confessione: Clamavit dictis & factis, voce & vita clamavit prædicando, clamavit orando, clamavit Lazarum resuscitando, tandem clamavit moriendo, & adhuc quotidie in cœlis existens clamat ad nos. Iuxta illud Psal. 17. In tonitruo de cœlo dominus & altissimus dedit vocem suam. Et est vox illa de qua Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis onerati estis, & ego reficiam vos. Summo enim studio affectu nostram salutem. Bern. Quicquid pertinet ad salutem, concludit Dei verbum. Idcirco & elevata voce clamavit, qui dudum per prophetam dixerat, Iere. 22. Terra, terra, terra, audi verbum domini: vt sic quam necessarium sit illud audire ostendat. Quod & satis clare ex sequenti litera declarat, dicens: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Quasi diceret: Qui habet potestias animæ ad intelligendum aptas, audiat, i. taliter eas apponat, vt quod mysticè & parabolicè dicitur, intelligat, & tunc intellecta obedienter compleat. In his igitur verbis triplicè innuitur auditum. Vnus est auditus exterior in corpore, & dicitur sensitiuus auditus, & tangitur ibi: *Qui habet aures*, s. exteriores. Alius est interior in mente & dicitur auditus intellectiuius, & est cum homo quod exterius audit, intus intelligendo suscipit. Tertius est auditus effectiuius, vt cum homo quod exterius audit & interius intelligit, effectui tradit. Et hunc voluit in hoc sensu apponi ipse saluator, vt supra audiistis. ¶ Sequitur nunc interrogatio discipulorum de parabola proposta: *Interrogabant autem eum*, non animo tentandi, sicut legidocutores. Luc. 6. sed animo addiscendi. Et hoc ostendit in eo quod dicit: *discipuli eius.* Ex quo enim erant discipuli, ideo discere desiderabant. *Et interrogabant eum*, tanquam magistrum veritatis sapientem & expertum. *Et interrogabant* (vt dicit Beda) nõ statim, sed cum esset singularis in domo, vt dicitur Mar. 4. In quo instrumur, si intelligentiam diuinorum secretorum consequi volumus: tunc sepositis terrenorum tumultuum curis, domum Dei, i. scripturam occultè penetrando, orando, & meditando intrare debemus. Sic igitur interrogabāt: *Quare in parabolis loqueris?* quasi dicerent: *Quare est hæc parabola & quid per eam significatur?* *Quibus ipse dixit: Quia vobis datum est &c.* Ecce delectabilis responsio. *Vobis* s. credentibus, vobis humilibus, vobis obedientibus & mihi dilectis, vobis mundo abiectis, vobis simplicibus & bene volentibus, dignis discipulis meis

meis datum est nosse mysterium regni cœlorum, datum est, s. diuinitus, nosse mysterium, i. secretum & occultum regni cœlorum siue Dei, i. sacre scripturæ, quæ dicitur regnum Dei, eò quod per hanc voluntas Dei reuelatur, & secundum eam facientes ad regnum Dei perduxit. ¶ Sequitur: *Ceteris autem in parabolis.* Hoc est indignis, siue ad hanc minus aptis; *in parabolis*, i. similitudinibus congruis. Et hæc est causa vna, quare Christus quandoque obscure processit in doctrina sua, vt dicit S. Thomas p. 3. q. 42. ar. 3. vt malis mysterium diuinum occultaret, quasi his qui indigni essent. Et hoc etiam tangit in litera, cum dicit: *vt videntes*, i. videre se reputantes, *non videant*, s. secundum veritatem. Vel sic: *videntes* exterius humanitatem, *non videant*, id est, non cognoscant intus diuinitatem. De quibus Psalm. 113. Oculos habent & non videbunt: *Et audientes*, scilicet exterius verbum prædicationis meæ, *non audiunt* interius, neque intelligunt, scilicet sensum spiritualem pro salute sua. Et ex hoc arguitur, quod plures sunt qui verbum Dei suscipiunt & audiunt: non tamen omnes semper eo sensu, quo eis proficit ad salutem, quia non sunt digni. ¶ Nunc procedit in textu ad expositionem parabolæ, dicens: *Semen est verbum Dei.* Ecce ipsa diuina veritas exponens verbum Dei semen, dicit, & quis ausus est contradicere: & merito quatuor de causis. Primo propter spargendæ similitudinem: quia sicut semen primo manu accipitur & postea spargitur: sic & verbum Dei primo debet manu, i. opere accipi & postea spargi: sicut Christus fecit Act. 1. Cæpit Iesus facere & docere. Leo papa: Efficacior est vox exempli quam verbi. Propter quod dicit Apost. Rom. 2. Qui alium doces, te ipsum non doces: qui prædicas non furandus furaris: qui dicis non mœchadum, mœcharis: qui in lege gloriaris, per præuicationem legis Deum inhonoras. Existimas autem hoc o homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea quia tu effugies iudicium Dei? q. d. præquam. In quò alitè iudicas, te ipsum condemnas. Et hoc est quod dicit Chry. & habetur in cano. 40. dist. ca. multi. In iudicio enim sedes si quid bene vixeris & bene docueris, populum instruis: si bene docueris & malè vixeris, tui solius condemnator eris. Nam bene viuendo & bene dicendo, populum instruis quomodo viuere debeat: bene autem docendo populum & malè viuendo, Deum instruis quomodo te condemnare debeat. Ideo Bern. O res iniqua, res monstruosa lingua magniloqua, manus otiosa: Et Mat h. 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Secundo verbum Dei dicitur semen propter

fructificandi utilitatem, quia sicut semen seminatum fructificat. Isa. 55. Verbum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his, ad quem illud. Deut. 12. Fluat ut ros eloquii meum. Et Isaia ubi supra: Quomodo descendit imber & nix de caelo, & illud non reuertitur: sed inebriat terram & infundit eam, & eam germinare facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. Et licet non in omnibus fructificet, tamen in aliquibus. Et si etiam non statim fructificet, tamen fructificat tempore suo, sicut semen quando in terram proicitur, non statim fructum facit, sed fructus patienter expectatur. Nec etiam qui seminat certus est, quod fructus sequatur, nihilominus tamen seminat: sic & fidelis prædicator debet spiritum habere de fructu, licet statim experimentaliter ipsum consequi non cognoscat cum fiducia tamen debet illum expectare. Tertio propter reficiendi necessitatem verbum dei necessarium requiritur ad refectioem animæ. Mat. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ab ore dei. Et sicut panis est cibus corporis, sic verbum dei est cibus mentis. De quo Greg. Cibus mentis est verbum veritatis. Item sicut corpus non potest viuere sine corporali cibo, sic nec anima sine dei verbo. Isa. 1. Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissetis. Ideo Gregor. Omnes qui viam vitæ desiderant verbis veritatis audire debent. Sicut ergo se habet cibus corporis ad cor, sic cibus mentis ad animam. Vnde si quis cibum corporis fastidit, vel cum retinere non potest, signum est mortis, sicut dicit Gregor. Aeternæ mortis periculum formidate, si cibum exhortationis accipitis, & in vêtre memoriæ non retinetis. Intellige ex negligentia, vel inaduerterentia. Etiam si cibus corpori nocet, qui non digeritur: sic verbum dei, quando opere non impletur. Greg. Plus est animam æternaliter cum deo victuram pabulo verbi dei reficere, quam carnem morituram nutrire. Quarto propter periculationis similitudinem. Sicut enim semen in omni terra non fructificat, sic neque verbum dei in omni mente & anima. ¶ Audiuitis enim iam supra in præcedenti sermone, quod quatuor sunt genera hominum, & in vno tantum fructum producit. Hæc eadem in sequenti litera expositorie ipse Saluator declaratur dicens: *Quod cecidit secus viam hi sunt, &c.* Vbi sciendum, quod quatuor ex litera elicitur: adhuc quatuor sunt genera hominum, qui quotidie currunt ad prædicationem, nunquam tamen proficiunt ad salutis profectum, nisi soli quarti. ¶ Primi sunt mundanis

danis conuersationibus & delectationibus implicati. Hi intelliguntur per *semen quod cecidit secus viam*, vbi est communis transitus hominum. Taliu enim mertes sunt plenæ mundanis delectationibus: & sic verbum dei in cordibus eorum locum habere non potest. De quorum numero, ut communiter, sunt luxuriosi & lasciuui: qui licet verbum dei aliquando audiunt, tamen eis non placet sed potius displicet, & parum aduertit. Et venit hoc etiam à diabolica vexatione in interitum animarum suarum. Dicit ergo, *cecidit, & non protexit.* Hoc enim esset in suspitione satoris, prolixitate sententiæ, vbi fructum sperare non posset. De quo textus: *Quod cecidit secus viam*, i. in cor vanitatis mundanis & delectationibus implicatum. *Et sunt qui audiunt*, i. hæc est conditio illorum, quod aliquando verbum dei audiunt. Glossa. sed non faciunt. Et si quando audiunt, venit diabolus, scilicet per malam suggestionem: *Et tollit verbum de cordibus eorum*, id est, labi facit illud à memoria & facit eos inaduerterentes, vel in memoriam reducit mundanas vanitates & delectationes. Quare subdit in textu: *Ne credentes salui fiant.* Ipse enim diabolus valde inuidet saluti hominum. Sed quia salus nostra stat in fide formata: modo fides (sicut dicit Apostolus) ex auditu, auditus per verbum Christi. Roman. 10. Et ideo non mirum, si diabolus hoc impedit, quia summo studio conatur nos à Deo æternaliter separare. O carnales homines, vtinam aduerteretis. O luxuriosi, vtinam hæc verba insonarent mentibus vestris, vt saltem de cæteris vitam vestram per verba Dei emendaretis. Sed prohi dolor: multi viam perditionis ingrediuntur, & sic infernus, vt plurimum luxuriosis est repletus. Vnde dicit Isidorus: Magis per corruptionem luxuriæ genus humanum diabolo subditur, quam per quodcunque aliud. Et quare hoc? Quia non aduertunt illud quod eis dicitur pro salute animarum suarum videlicet *quod diabolus tollit verbum de cordibus eorum, ne credentes salui fiant.* ¶ Secundi sunt proprii sensus pertinacia obstinati. Et hi significantur per *semen quod cecidit supra petram.* Sunt enim nonnulli, qui etsi libenter prædicationes, audiunt, adeo tamen sunt in proprii sensu & propria voluntate obstinati quod audita eorum dicitur respicere nequeunt. Et tales etsi interdum bonum propositum concipiunt, fructum tamen boni operis non pariunt. Et huius est duplex causa. Vna est animi obstinatio. Vnde Bernardus. Quanto quis propriæ voluntati inhiens finem aliquem humanum quadam intentione sua præcõstituit, illum tunc plerumque ita figit animo, quod per nullam prædica-

tionem vel persuasionem ab eo potest auelli, Ber. Summæ religionis subuersio & venenum insanabile obstinatio. Et de his est verisimile prouerbiū quod vulgò dicitur Lupis dicit Ouis ouis. Vnde dicit Bernar. Ira inefficax est sermo in corde obstinati, vt nulla ad eū penetrare valeat beniuolentia monitionis. Et causa obstinatinis huius innuitur per duritiā petre, supra quam quicquid seminat, arefcit: *quia non habet humorem scilicet gratia*. Alia causa est carentia charitatis. Et hoc declarat in textu, eūm dicit: *Quod supra petram cecidit, i, supra corda pomposa, malitiosa, indurata: hi sunt qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Gloss. Sed non perseuerant. Hi radices charitatis non habent*. Et hæc est causa quare in verbo dei non perseuerant, neque in eo proficiunt, quia scilicet carent radice charitatis. Subdit: *Al tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt*. Si dicitur eis quod placet, credunt: si verò contrarium, eis displicet: tunc autem obrutantes & auertentes tanquam non audissent, frustra illud præterire faciunt. Et dato quòd quandoque bonum propositū concipiāt, tamen ad factum rarò perducut: vt dicit Gregor. in Homil. Multi sunt, qui cum verba contra auaritiā audiunt desistant, rerūque omnium cōtempnū laudāt: sed cum animus videt quod concupiscit, obliuiscitur quod laudabat. Multi cum verba contra luxuriam audiunt pollutiones carnis non solum perpetrare abhorret, imò etiam perpetratas erubescunt: sed mox vt carnis species eorū oculis apparet, mens ad desiderium illecebritatis rapitur. Ratio quia non sunt in charitate radicati. Ephes. 3. in charitate radicati & fundati. Tertij sunt vitiosis punctationibus & noxiis cogitationibus instigati, qui intelliguntur per *semen quod cecidit inter spinas*. Vnde de talibus loquens Isaias in figura destructionis Babilonis capi. 34. Orietur in domibus eius spinæ & vrticæ. Super quo verbo dicit Gre. Quid per spinas, nisi vitiorum compunctiones: quid per vrticæ, nisi vitiorum pruritus accipimus? In domibus Babilonis spinæ & vrticæ pullulant, quia in cōfusione mētis desideria cogitationū surgunt, quæ exasperāt, & operū peccata, quæ pungūt. Et sicut ortus spinarū & vrticarum fuit signū desolationis & destructionis: sic huiusmodi occupatio malarū cogitationū est signū malū, quia vt sæpius æternæ dānationis, cum per penitentiā tales nō euelluntur. Et tales spinæ & vrticæ impediūt verbū dei in cordibus hominū, quia cum oriri cœperit, suffocant illud. Et hoc declarat, eūm subdit in textu: *Quod autem cecidit inter spinas, id est, in cor tantis malarum cogitationum & vanarū occupationum*

pationum punctationibus occupatum: *hi sunt, qui cum audierint, scilicet Dei verbum, cum consuetis sollicitudinibus, scilicet curarū exteriorū inuulium, de diuitiis, voluptatibus, & desiderijs carnalibus vitæ, scilicet carnalis: euntes à l. co. scilicet prædicationis ad sua negotia, suffocant illud, & non referunt fructum*. Et in hoc tangit auaros & carnales homines, qui habent se (sicut Chryf. dicit) sicut vas aceto plenum, cui immittitur gutta mellis, quæ quasi nihil est, Grego. Cogitationes importunæ, mentis guttur strāgulant, vt dum bonum desiderium ad cor innare non sinunt, quasi aditum, scilicet, vitalis flatus vetant. Quarti sunt bonis operibus excitati, qui intelliguntur per terram bonam, id est, mentem bonis operibus cultam, & spiritalibus charismatibus impinguatam. Hi sursum tendunt, neque alia de causa verbum dei audiunt, quàm vt inde doceantur qualiter deo seruiant, & in quo sibi displiceant, & vt consolentur in illo quem amant, & delectentur in eo quem toto corde desiderant. In talibus enim mentibus, *fructum facit Dei verbum censepiunt*. Per quem intelligitur omnimoda perfectio attingibilis in hac vita, quia denarius præceptorum ductus in denarium consiliorum efficit centenarium spiritualis refectionis. De talibus dicit sequens textus concludendo: *Quod autem in terram bonam cecidit, hi sunt qui corde bono, scilicet per naturam, & optimo, scilicet per gratiam. Vel sic: hono, id est, in cor quod intendit verbum audire, vt illud intelligat: & optimo, id est, quod intendit secundum illud operari: retinent, scilicet illud diligenter in memoria: & fructum afferunt in patientia, id est, vsque ad finem perseuerantes patienter expectant fructum, id est, consolationem æternorum donorum, quæ per accumulationem bonorum operum meruerunt*.

## ¶ Dominica Quinquagesima.

¶ *Auaritūdinem passionis Christi hodie potissimum ob oculos ponendam, ne per summam ingratiūdinem illius oblit, ipsi nos voluptati, delicijs tradentes, peccatis nostris rursus crucifigamus filium hominis.*

## ENARRATIO I.

**E**cce ascendimus Hierosolimam, & consummabuntur omnia que scripta sunt de filio hominis per prophetas. Lucæ 18. Marc. 10. Matt. 20. In summa huius euangelij sancta mater Ecclesia, duo nobis insinuat. Primo proponit venerabilem Christi passionē, ibi: *Tra detur enim Crucibus*. Secundo subiūgit mirabilem cæci illuminationē, ibi: *E: f. Etum est. cum appropinquaret Herico, cecus sede. &c.* ¶ Quo ad primum quaeritur, quare sancta mater Ecclesia nō

bis hodie Christi passionem proponit? Dico q̄ huius multe sunt cause. ¶ Prima est vt virtus passionis Christi notificetur. In hac enim die incipitur Quinquagesima & terminatur in Pascha. Et est talis numerus, i. quinquagesimus numerus iubilii. In quo primo fiebat remissio debitorū, & sic debita nostra soluta sunt per Christi passionē. Omnes siquidē eramus debitores diuinæ iustitiæ ex reatu cōtracto pei originale peccatū. Hoc debitū ipse dei filius soluebat pro nobis. Ps. 68. Quæ non rapui, tunc exolvebam. Hugo: Vt satisfactiō corresponderet culpæ domin⁹ passus est die eodē, eadē hora, sexta, quā Adā peccauit: & eisdem membris multatus, in quibus homo delectatur. Secundō, quia tunc veditores ad vendita redirebantur, & sic nos venditi sumus per peccata. Ps. 5. Tu es qui restitues hereditatem meā mihi. Per passionem enim Christi restituti sumus & redēpti. De quo Isa. 53. Gratis vendidati estis, & sine argēto redimemini. i. Per. 1. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis, sed pretioso sanguine agni immaculati & incontaminati Iesu Christi. Terriō tūc etiā serui & qui se ad seruitutem obligabant, penitus liberi remittebantur: sic & nos qui sub seruitute diabolica eramus, per passionem Christi liberati sumus. Apocal. 5. Redemisti nos deo in sanguine tuo. Quod & ipse ante passionem suam dixit Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, verē liberi eritis. Quartō tū etiam in iubileo scilicet, fugietui recipiebantur: sic & nos expulsi à facie Dei, per passionem Christi in cœlestem patriam recipimur. Roma. 5. Iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Et ideo meritō in præsentī dominica, quæ 50. dicitur, per quam annus iubilicus significatur, passio Christi proponitur: quia ea quæ in iubileo remittebantur (de quibus Leuiti. 24.) omnia in figura fiebant: sed passione Christi impleta sunt. ¶ Secunda, vt læticia dissolutionis temperetur. Vnde non potest multum gaudere, qui audit de morte patris aut fratris aut alterius amici: sic & dum mundus gaudet boni mediantur passionem dominicam & compatiuntur: Job. 15. Mundus gaudebit, vos autē contristabimini. Augu. Vifa Christi passione, quis tā durus est & delitiosus vt non abstineat? quis tā maliciosus vt non pœniteat? quis tā iracundus vt non condeat? Cū dixerit Sextus Pythagoricus: Omnis salus corporis & animæ cōsistit in acerbissima Christi passione. Nec in eo aliqua cognatio & fidelitas ostenditur, qui Christo passio nō cōpartitur, Gene. 37. Caro enim & frater noster est. Ostendit ergo vobis sancta mater Eccl. tunicam eius sanguinolentā,

vt nos ad fletū & cōpationē prouocet: & sic à vanis lætitiis & dissolutionib⁹ retrahat, ne cū homicidis suis amicitia cōtra hamus. ¶ Tertia vt gulostitatis malitia ostēdatur, s. quā mala sit. Ambro. & habetur in Cano. 35. distin. cap. sexto die. Mala gula est principiu ois malitæ: hoc malo secuta est nostra præuaricatio. Eousq; nemo præuaricari nouerat, cū adhuc orta nō esset, quæ prima est præuaricatio. deinde & ex illa secuta est Christi amarissima passio. De quo Ber. O homo agnosce quā nobilis est aia tua, & quā grauiā fuerūt eius vulnera, pro quib⁹ Christū dominū necesse fuit vulnerari. Si enim hæc nō fuissent ad mortē sempiternā pro eorū remedio dei filius de sinu patris descēdens nunquam talia sustinisset. Sicut dicit S. Tho. part. 3. Si homo non peccasset, Christus in humanitate passus non fuisset. Igitur propter peccata nostra passus est, vt dicitur Isa. 53. Vulneratus est propter iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra. Quæ autem & qualia passus sit cogitemus: & si nō alia ponderare volumus, pōderemus illa quæ se passurū prædixit & in veritate passus est videlicet traditionem, illusionē, flagellationē, conspurionem, & irrationem. Traditus est ergo verus dei filius pro iniquissimis peccatoribus à dilecto discipulo suo, cui multa & maxima bona exhibuit, crudelissimis latronibus. Ber. Quis poterit sine gemitu transire, percogitans qualiter hac hora crudeles homicidæ nephandas manus iniecerunt in Iesum ligantes & funem in collo apponentes, & ducentes tanquam furem & latronē. Primū ad Annā, deinde ad Caiphā. O qualiter illusus est, & flagellatus, & cōspatus. Multū terribile & valde lachrymosum cogitare est q̄ talis, & tātus sic dehonestatur, & tātis pœnis affligitur: sic q̄ nulla pars corporis sui integra remaneret: & quomodo super hæc oīa ad maiore detestationē cōspatus fuit, ita vt sputu puluerulētū cū sanguinē misceretur, vt nō appareret in eo species neq; decor, ita q̄ dixit Pilatus: Ecce homo. quasi diceret: Videte & considerate, qualis sit an homo, vel quid sit. Ecce vultus eius manat sanguine, maxillæ eius ex alapis sunt tumidæ, genæ eius incipiunt pallefcere præ doloris magnitudine. Tanta enim in his passus est, quōd fidelis dici non poterit, qui hoc cogitans abundantissimis lachrymis non deplorat. Sed quid dico de occisione? non est occisus communi morte, sed morte turpissima. Sapient. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Hæc mors fuit crucifixio. Deuteron. 3. Maledictus à Deo est qui pender in ligno. Et verē non est homo scd bestia, qui

hoc dolenti animo non recogitat: Aduerte ergo hæc omnia, quia passus est propter peccata nostra, & propter excessus nostros. Ber. Consideret vnusquisque quantum peccatum summæ maiestati displicuit, vt vigenitum filium suum tradi voluerit ignominiosæ passioni & morti, & dedecus peccatorum sustinere. Considera ergo quantum summam maiestatem offendis, qui post tale iudicium eum contemnis, & quantum in te est, eundem in filium iterum crucifigis. Non mirum, si contra te omnis creatura, clamât, qui crucis beneficiis es ingratus. Si possibile esset, terra dicere posset: Quare tam nequissimum sustineo? aqua: Quare non suffoco eum, & submergo? Aer: Quare non deficio? Ignis: Quare ipsum non comburo? Infernus. Quare cum æternaliter non absorbeo? Causa ergo potissima quare nunc Ecclesia Christi passionem proponit, est vt à vitis retrahamur, & grauitatem pöderemus sceleris. Nunc enim grauissima crimina magis, quam alio tempore abundant. ¶ Quarta, vt confortatio exercitationis sumatur: quia nunc proxima feria quarta est initium quadragesimæ, in qua Christiani bellum suscipiunt contra carnem, mundum & diabolū, per ieiunium, orationem, & eleemosynarum largitionem. Et facere talia propter humanam fragilitatem, est homini valde arduū & difficile. Ideo sancta mater Ecclesia proponit eis Christi passionem, vt ex hac animetur, quia dicit Ber. Bonus miles vulnera sua non sentit, dum regis vulnera intuetur. Si ergo graue tibi est ieiunare, considera quomodo & ipse ieiunauit. Si delectaris in cibis & potibus, vide quomodo ipse pro te potatus esse felle & aceto. Si enim mille annis in pane & aqua ieiunares, vnicā illam cenam ei solucere non valeres. Si tædet te orare, considera quomodo ipse pro te vsq; ad effusionem sanguinei sudoris orauit. Si pigeat eleemosynam dare, qualiter ipse nudus in cruce pepedit, considera: vt ostēderet, quod temporalia non tenaciter serauerimus, nudos tegeremus, esuriētes aleremus. Et iam appropinquat tempus acceptabile, in quo homines corda sua aptare & præparare deo deberent, & obuiā ei ire, & ipsum de cordibus suis non expellere. Iam enim dominus castra diaboli vult expugnare fame & siti. Sed, huius ipsi nūc magis muniūt & replent, & sic inimico propria arma ministrant, ita quod seruant eius castra, quandoque vsque ad ramos Palmarum & vltra, sic quod in eis impletur illud Prouer. 1. Vsquequo stulti ea quæ noxia sibi sunt cupient, nescientes illud Prouer. 10. Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum

rum corporibus? Et Sapient. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. Nunc enim replentur deliciis, tunc replebuntur suppliciis. Hic nolunt ad deum conuerti, ibi sua facie æternaliter carebunt. Hic non placet illis conuersatio bonorū, ibi cū demonibus societate habebunt. De quibus dicitur Sapient. 17. Personæ tristes illis apparatus, pauorem illis præstabant: quorū etiā horrido præ aspectu & præ timore possent desicere & mori, si possibile esset. Hic nolūt lugere pro peccatis suis & veraciter cōuerti, ibi vt dicitur Job 20. Luger, s. peccator omnia quæ fecit: nec tamen consumetur. Nunc viuunt in vanitatibus & dissolutionibus, imò si possibile esset, hic semper viuere desiderarent: tunc verò, vt dicitur Apoc. 9. quærēt mortem, & nō inuenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet ab eis. Vos ergo charissimi cordib; vestris imprimite, & Deū super omnia diligite, auertētes mentes vestras ab omni vanitate & nequitia, ambulātes in dei timore. Et sic habebitis gratiam omnipotentis dei in hoc seculo & in futuro efficiemini participes æternæ gloriæ. ¶ Dicit ergo: *In illo tempore, s. cum saluator noster appropinquāte vltimo Paschate vitæ suæ temporalis, erat ascensurus à Galilæa Hierosolymam in eodem festo Paschæ ad patiendum pro nobis, cū esset in prociectu viæ ascendendi, tunc assumpsit duodecim discipulos suos.* Christus enim iturus ad passionem, recepit omnes discipulos suos secum, & aperuit eis passionem suam. Iturus verò ad transfigurationem, accepit tantum tres secum. Et hoc ideo ad significandum, quod omnes vocauit ad imitationem passionis. De quo 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Vobis, s. omnibus. Et Matth. 16. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam. Sed iam pauci sunt qui se sic habent, vt fructum passionis Christi percipiant, quæ est æterna glorificatio, & hoc impediētib; peccatis. De quo Matth. 7. Quam angusta porta & arcta est via, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniūt eam, quia tribulatio & passio est via & porta, per quam pauci intrant. Et in figura illius dicit. Bernar. Christus tempore passionis fleuit, quia passio eius omnibus ad salutem fuit sufficiens, in paucis tamen effectum habuit. Quemadmodum autem & Iudam tunc vnā cū cæteris secum assumpsit: sic & nunc sustinet bonos & malos: ad designandum, quod vniuersalis Ecclesia in hac vita in se habet bonos & malos: Et hoc ideo, secundum Aug. vt boni per martirium malorum exerceantur, nam hoc ab initio mundi fieri consue



cōsuevit. Vnde Greg. 20. Morali. c. 118. In Ecclesia sicut in arca  
 sunt triticum & palca. Vnde Adam primus homo duos filios  
 habuit, quorum vnus electus, s. Abel, alter reprobus fuit, s.  
 Cain. Gene. 4. Deinde Noë cū tribus filiis in arca erat, s. Sem,  
 Cam & Iaphet: duo boni & verecundi, tertius reprobus & ir-  
 risor patris. Gene. 9. Deinde Abrahā habuit duos filios Isaac  
 & Ismaël: Isaac bonus, Ismael malus. Gene. 21. Deinde Isaac  
 habuit: Iacob & Esau. Vnus electus, alter reprobatus. Gen. 25,  
 & Malac. 1. Dilexi Iacob, Esau autem odio habui. Deinde Ie-  
 sus Christus duodecim discipulos elegit: & ne improbatu ma-  
 nereat, vnus malus permixtus est, s. Iudas. Ioā. 6. Nonne ego  
 vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Sic hodie  
 mali permiscuntur bonis, vt ipsi boni probentur. Quia dicit  
 Gre. vbi supra, ca. 120. Hi veraciter boni sunt qui in bonitate  
 persistere etiam inter malos possunt. Propter quod dicitur in  
 Canone. 3. q. 4. Tu bonus, Tu bonus tolera mala, sicut Christus  
 Iudam, cū sciret furem esse, tolerauit, & ad prædicandum  
 misit, eique cum aliis eucharistiam dedit. Greg. 20. Morali. c.  
 119. Abel esse renuit, quem malitia Cain non exercet. Et sic  
 summus sacerdos inter bonos discipulos vnum malum ha-  
 buit, ad designandū quod dicitur in Canone 24. q. 1. quisquis:  
 Propter malos boni non sunt deserendi. Nonnullos tolera-  
 mus, quos corrigere vel punire non possumus: neq; propter  
 paleam relinquimus arcam domini, neque propter pisces ma-  
 los rumpimus regia domini, neque propter hædos in sine se-  
 parandos deserimus gregem domini, neq; propter vasa facta  
 in contumeliam, migramus de domo domini. Ideo Ezech. 7.  
 dixit dominus: Fili hominis ne timeas, quoniam increduli &  
 subuersores sunt teū, & cum scorpionibus habitas. Hinc est  
 quod Petrus vitam Loth cōmendauit, qui inter pessimos in-  
 quocenter vixit, cuius meas quotidie malorū malitia crucia-  
 batur. Nam dicit Gre. 20. Mora. c. 119. Nullus quippe perfectus  
 est, qui inter proximorū mala patiens non est. Qui enim æqua-  
 nimitè aliena malā nō tolerat ipse sibi per impatentiam tes-  
 tis est, quia à boni plenitudine longè distat. Sicut enim rosa  
 que redolet, crescit cum spina quæ pungit: sic boni inter ma-  
 los. Cant. 2. Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias.  
 Propter quod dicitur Philip. 2. Sitis sine reprehensione in  
 medio nationis præte & peruersa, inter quos lucetis sicut  
 luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam  
 meam in die Christi. Et sic etiam cæteris narrauit mysterium  
 passionis, dicens: Ecce. Vnde in scriptura, vbiçunque ponit

tur hoc aduerbiū ecce, designat aliquid notabile: & sic illa duo  
 prædicta sunt notanda: *Ascendimus Hierosolymam*, quia in Hie-  
 rusalem debuit mori. Luc. 13. Non capit perire prophetam ex  
 tra Hierusalem, quia ibi erat locus oblationis. Deute. 12. Ad  
 locū quē elegerit dominus Deus vester de cunctis tribubus ve-  
 stris, vt ponat nomē suū ibi, & habitet in eo, venietis, & offe-  
 retis in loco illo holocausta & victimas vestras, decimas &  
 primitias & vota atq; donaria, &c. Et hoc fuit notabile. ¶ Se-  
 quitur: *Et consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio  
 hominis*, id est, de Christo qui fuit filius virginis matris sine pa-  
 tre in terris. Dicit omnia. Vnde propheta præcipue quatuor  
 scripserūt de Christo, s. quomodo esset nasciturus, quid esset  
 acturus, quid passurus. Primò quomodo esset nasciturus. Ba-  
 laam, Numeri 24. Orietur stella ex Iacob, & confurget virga  
 de Israel. Et Isa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vo-  
 cabitur nomē eius Emanuel. Et iterū 9. Egredietur virga de  
 radice Iesse & flos de radice eius ascendet, & super eū requie-  
 scet spiritus dñi. Veniet desideratus cunctis Gentibus. Agg.  
 2. ¶ Secundo scripserūt propheta quid acturus esset in terra,  
 quia prædicaturus omnibus Gentibus viam salutis æternæ;  
 Isa. 11. Repleta est terra sciētia domini, sicut aqua maris ope-  
 rientis. Et Isa. 61. Spiritus dñi super me, eò quod vnxit me,  
 ad annunciandum mansuetis misit me, vt morderet contritis  
 corde, & prædicarē captiuis indulgentiā, clausis apertions,  
 &c. Ideo enim venit dominus, vt sermones mirabiles proph-  
 tarū confirmaret. Idcirco enim propheta hoc prædixerūt. Isa.  
 36. Deus ipse veniet & saluabit nos, tūc aperietur oculi cæco-  
 rū, & aures surdorum patebunt, tūc saliet sicut ceruus clau-  
 dus, & aperta erit lingua mutorū, &c. Vnde prædicatores nō  
 nunquam in sacro eloquio propheta dicūt, sicut dicit Mo-  
 ses de Christo, Deutero. 18. filiis Israël, Prophetā de gēte tua  
 & de fratribus tuis sicut me suscitabit dominus Deus tuus.  
 ipsum audies. ¶ Tertio quid passurus esset. Isa. 1. A planta pe-  
 dis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Et Isa. 50. Corpus  
 meum dedi percipientibus, genas meas vellentibus, faciem  
 meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me.  
 Item Thre. 3. Dabit percipienti se maxillā, saturabitur oppro-  
 briis. Vnde singula tormenta Christi per prophetas propheta  
 & scripta sunt: Ad vltimum tamen dicitur Daniël. 9. Occi-  
 detur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus  
 est. Nam ab initio ante omnē scripturam mors & passio Chri-  
 sti figurata est. Simon de Cassia. Nonne cum Euam formaret

de latere Adæ dormientis, præfiguravit Christi passionem. Item in Abel iusto Gen. 4. qui in agro cum fuisse ligni occisus. In Noë, qui saluavit genus humanum in arca lignea, Gene. 7. Item Noë inuenit vitem & plātauit vineam, & bibit ex ea, vt inebriatus nudaretur, & à Cham irrideret, Gene. 9. Et sic Christus nudatus est in cruce à Iudæis. Item in peregrinatione & immolatione Abrahæ, quam libens fecit de filio Gen. 12. Aries inter vepres pendens immolatus est, & Isaac liberatus. Itē in Esau Iacob persequente. Gene. 27. In Ioseph vedito à fratribus ex inuidia. Gen. 37. In agno Paschali. Exo. 12. cuius sanguis ad expiationē populi fuit. Sic & secūdū Apost. ad Heb. 9. Sanguis Christi mundauit conscientia nostrā ab operibus mortuis. Item Nume. 21. In serpente æneo, ad cuius aspectū sanabatur à moribus serpētū. Itē in morte Aarō summi sacerdotis in mōte. Nūe. 20. In domo meretricis Raab per coccineum filum, per quod signum est saluata. Et sic Ecclesia de Gentibus per sanguinē Christi. Hæc figura habetur Iosue 2. Item in Samfone, qui fortitudine priuatus à Dalida, plures occidit in morte quā in vita. Iudicum 16. Item 1. Reg. 19. in Dauid iusto, qui persecutus est à Saül sine causa, & sic Christus à Iudæis. Item Dauid quinquē lapidibus interfecit Goliā, Ibidē 17. Item 2. Reg. 3. Abner gloriosus princeps dolo se occisus à Ioab, qui dixit & in dolo: Salue mi frater. Item 4. Reg. 17. Deo ligna collegit vidua. Item 3. Reg. 19. in Helia, qui dum persecutus est ab Achab & Iezabel dormiuit sub iuniperō. Item 4. Reg. 5. Naaman leprosus septies lotus in Iordane mundatus est: sic Christus septies in sanguine, & sic figurabat Christi mortem, Item Ionas in naufragio, Ionē 1. Itē Michæas persecutus, 3. Reg. 22. 2. Paralip. 18. Zacharias occisus inter templū & altare, Matth. 23. Isaias per mediū sectus serra lignea: vt dicit Magister in Scholastica Historia in cōdinatione super 4. Reg. de vita Manasses. Et in omniū illorū persecutione mors innocēs Christi figurata est. Etiā in eorū prophætatione & scriptis est roborata & exemplificata. Vnde filij Israël prophætauerunt Gen. 47. Salus nostra in manu tua domine. Item Moses in Deut. 28. Erit vita tua quasi pendens ante te Dauid 21. Foderunt manus meas & pedes meos. Sapient. 14. Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia. Sapient. 2. Circumueniamus iustum quoniam contrarius est operibus nostris, & morte turpissima condemnemus. Isa. 22. Dabo clauem domus Dauid super humerū eius, & aperiet, & nō erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat, Iere. 31.

Ego

Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Ios. 2. in mōte Sion & in Hierusalē erit saluatio. Itē Amos 2. Super tribus sceleribus Israël & super quatuor non cōuertā eū, eō q̄ vendiderit pro argento iustū. Et sic prophete figurabant multipliciter Christi passionem. Quārto, quid recepturus erat, quia gloriā resurrectionis suæ, & æternū regnū super oēs creaturas. Erit enim sepulchrum eius gloriosum. Isa. 11. Et iterū 57. A facie malitiæ collectus est iustus, s̄per resurrectionē: & veniet pax, s̄terna: & requiescet in cubili suo, s̄. in dextera patris Dan. 7. Potestas eius potestas æterna, quæ nō auferetur, &c. Olee 6. Percutit filium suum in humanitate, & curabit nos, & viuificabit nos post duos dies, in die tertia resurrectionis, suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Ecce quā m̄ clarē locuti sunt de resurrectione. Propter quid dicit Per. Act. 10. Huic oēs prophete testimoniū perhibent. Et hoc est quod ipsemet Christus dixit in præsentī Euāgelio, *Consummabunt omnia, quæ scripta sunt de filio hominis*, Duo prius iam cōsummata erant, restabant vltimā duo adhuc consummanda, passio & resurrectio. Sed dicit: Cur Deus nuntiavit & prædixit discipulis passionem suam? Respondetur. Primo, vt ex hoc animati minus timerēt: quia dicit Grēgo. Iacula præuisa minus nocēt. Secundō, vt resurrectionē suā citius crederēt, vt cum viderēt vnū, s̄ passionem, aliud citius crederēt, s̄ resurrectionē. Tertiō, vt ex hoc cognoscerent eū voluntariē pati. Et sic dicit Chry. *Et consummabuntur, &c.* quasi diceret Videte q̄ voluntariē vado ad mortē: cum videritis me in cruce pēdētē, ne desperetis diffidētēs, s̄. in mea diuinitate, quia libere vado ad mortē, quod non est humanū, & scio famā & modum passionis meæ, nec tamē abhorreo. Quārto prædixit eis passionē suā, vt sæpius eā meditarētur. Et nō solum ipsi, sed & nos idē faceremus. Hebr. 12. Recognitate eū, qui talē sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionē. Eccl. 12. 9. Gratiā si leuissoris tui ne obliuiscaris: dedit enim pro te animā suam. Bernard. Quotidiana hominis lectio debet esse dominicæ passionis meditatio. Ratio, Chryl. quia omnis salus nostrā in morte Christi est posita, ideo iugiter est meditanda. Quod fecit Bernard. dicens: Memor ero quandiu vixero, laborum quos pertulit in prædicando, fatigationum in discutendo, vigiliarum in orando, tentationum in ieiunando, lachrymarum in compatiendo, insidiarum in colloquendo, post, conuictorum, sputorum, subsannationum, exprobrationum, horumq; similium quæ per eum abundantius trans-

Pars Hyem.

fierunt. Hæc meditari dixi sapientiam. Et reuera summã  
 pienciã cõferit, propter quod 1. Cor. 1. Non enim iudicauit  
 terre aliquid inter vos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifigẽ  
 ¶ Enumerat nũc ea quæ passurus esset, cũ subdit, *Traditurus*  
*Om̃ibus.* Traditus est à quatuor. Primò à dilectione paternã  
 quo Ro. 3. Proprio filio suo non peperit Deus, sed pro nobis  
 &c. & hoc ex immensitate amoris, quem habuit miserico  
 dominus ad genus humanum. Secundò à filij obedientia, i  
 quo Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem  
 hostiam Deo patri in odorẽ suauitatis. Et hoc piissimus do  
 nus noster Iesus Christus etiã fecit ex amore generis hum  
 ni, & quam maximè filiali obedientia fecit. Phil. 2. Humili  
 uit semetipsum factus obediens vsque ad mortem. Tertiò  
 Iudæ avaricia. Mat. 26. Quid vultis mihi dare, & ego vobis  
 tradã? Ex quo postulauit pecuniam, signum euidentis est, qu  
 sola avaritia fecit. O miserabile vitium avaritia. Ambr. Qu  
 miserabilius, quàm Deũ relinquere propter nũmũ, &c. Aug  
 Auarus antequam aliquid lucretur, seipsum perdit: antequ  
 capit, capitur. Hoc vilissimũ vitium filii hominis tradidit  
 manus peccatorũ. Quartò traditus est ex sacerdotũ & prin  
 cipũ inuidia. Mar. 27. Sciebat enim, s. Pilatus, q̃ per inuidiam  
 tradidissent eũ. Propter quod dicebant Pilato, Ioan. 18. Si nũc  
 esset hic malefactor, nõ tibi tradidissimus eũ: non enim h  
 buerunt in eũ aliquã causam iustã. Ad vltimũ Pilatus tradi  
 dit eũ timore terreni imperij. Ioan. 19. Tunc ergo tradidit e  
 illũ, vt crucifigeretur. Ecce vnũ opus à diuersis diuersã inen  
 tione factum. Et hoc super verbo: *Traditur enim: Gentibus.* ¶ *Sol*  
*dit: Et illud.* Quatuor etiã vicibus legimus eũ illusum. Pri  
 mò in domo Caiphæ in sero captiuitatis suæ multipliciter  
 De quo Luc. 22. Viri qui tenebant eum, illudebant ei cade  
 tes: & velauerunt eũ, & percutiebãt facie eius. Secũdò illus  
 est in domo Herodis. De quo Luc. 23. Spreuit illũ Herodes d  
 exercitu suo, & illusit indurũ veste alba. Tertiò illusus est in  
 prætorio post flagellationem. De quo Mar. 15. postquam flagel  
 lassent eum, duxerunt eum intro in artium prætoriaj, & con  
 uocant totam cohortem, & induunt eum purpura, imponunt  
 ei plectentes coronam spineam, &c. salu. eum, &c. Quartò illu  
 sus est in cruce. De quo Luca 23. Deridebant eum principo  
 dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat. si hic est Chris  
 tus Dei electus: illudebant autem ei & milites accedentes  
 acetum offerentes & dicentes: Si tu es rex Israël, saluum te fac  
 Et Mat. 27. Idisum autem & latrones qui crucifixi erãt con

eo improperebant ei. Et ibidẽ dicitur: Prætereuntes blasphem  
 abant eum, mouẽtes capita sua & dicẽtes: Vah qui destruis  
 templũ Dei, &c. O qualis illufio. ¶ *Sequitur: Et flagellabitur.* Pri  
 mo in maxillis in domo Caiphæ: per alapas. Secũdò in collo  
 colaphizantes. Tertiò in capite arũdine percutientes. Quar  
 tò in toto corpore flagellis fortẽ vsq; ad intima costarum in ven  
 torquẽtes: vt impleretur illud Isa. 1. A plãta pedis vsq; ad ver  
 ticẽ nõ est in eo sanitas. Et iterũ Isa. 53. Nõ est spes ei, neq;  
 decor: & nos putauimus eum quasi leprosum & percussum à  
 Deo & humiliatũ. ¶ *Sequitur: Et conspuetur.* Primò cõsputus est  
 in sero suæ captiuitatis in domo Caiphæ. Secũdò mane ante  
 quã præterirẽt eũ Pilato, vt dicit Bern. Tertiò cõsputus est,  
 vt piẽ credẽdũ est, in domo Herodis. Quartò post flagellatio  
 nẽ in atrio prætoriaj, vbi sanguis cũ sputo miscebatur; & ipse  
 tãquã leprosus reputabatur, vt patet suprã in autoritate Isa.  
 Subdit: *Et postquam flagellauerim, s. in toto corpore vsque ad ex*  
*tremũ puniẽdo & debilitando: deinde occidunt eum, nõ communi*  
*morte, sed singulari. Sap. 2. Morte turpissima cõdemnemus eũ*  
*Super quo exclamat Bern. O opprobriũ hominum, & verè ab*  
*iectio plebis. Libertas captiuorum traditur, gloria angelorũ*  
*illuditur, speculum sine macula & candor lucis æternæ cõ*  
*spuitur, Deus cœli & terra flagellatur, vita viuientium mori*  
*tur, homo innocẽs debebat tradi, & tanquam transgressor ca*  
*ptiuari, tãquam stultus veste innocentie priuari illudi, & tã*  
*quã propter excessum mandatorũ Dei flagellari, tãquã igno*  
*miniosus cõspui, tanquam reus occidi: sed Dei filius ex im*  
*mensitate dilectionis pro genere humano omnia hæc pro om*  
*nibus voluit sustinere, & sustinuit. Captiuatus est vt nos à ca*  
*ptiuitate liberaret: illusus est & conspuus, vt nos mũdaret &*  
*clarificaret: occisus, vt à morte æterna nos redimeret, &c. Et*  
*tertia die resurget, hoc addit, ne discipuli audita eius morte à tri*  
*stitia absorberentur. Et ipsi horum nihil intellexerunt. & erat verbum*  
*istud abscondum ab eis, & nos intelligebant que dicebantur.* Literali sen  
 su prætermisso quo ad præsens, ipsi horum nihil intellexe  
 runt. O quot sunt hodie tales, qui non sentiunt, hecque intel  
 ligunt verbum, id est, sermonem amarissimæ passionis Chri  
 sti, in quibus impletur hodie illud Psalmo. 35. Noluisti intelli  
 gere, vt bene ageret. Et Psalm. 81. Nescierunt neque intelle  
 xerunt, in tenebris ambulat. Bene in tenebris ambulat, quia  
 excecavit eos malitia eorum. Hi hodie tradunt, illudunt, fla  
 gellant, conspuunt, occidunt eum. Quæ enim exhibebãt ipsi  
 Iud. corporaliter, hæc ipsi & maiora his spiritualiter exhibẽt.

Nā tradit eū per auaritiā, inuidiā, & odium: illudunt eum in  
mēbris suis, hoc est, in his qui in deuotione se exercent. Et  
illudunt per alienas vestes, quibus nūc abutuntur, vir, s. veste  
muliebri, mulier veste, s. virili: quod est maximū peccatū. De  
quo Deuter. 22. Non induetur mulier veste virili, neq; vir ve  
ste vestē feminea. Abominabilis enim apud Deū est, qui fa  
cit hęc. Spph. 1. Visitabo super omnes qui induti sunt veste  
peregrinā. Flagellatur hodie à tyrānis, qui mēbra Christi per  
sequuntur. Etia flagellatur à gulosīs & luxuriōsis, qui deli  
tiose tractat corpore sua, cōtra pēnas quas in toto corpore  
suo perpessus est. Cōspuitur per velamē faciei ab his, qui por  
tant laqueales facies, permutantes se viri in facies mulierū, &  
ecōtrā. Etiam cōspuitur per detractiones & verba cōtumelio  
sa & opprobriosa. Occiditur ab his, qui mortaliā peccatā per  
petrāt, aut cōfessa per reciduationem resumunt. De quibus  
Hebr. 6. Rursūm crucifigentes sibi metipis filiū Dei, & ostē  
tū habentes, i. in derisum. Nōnne ridiculū facit de Christo,  
qui quantū in se est, talia facit quo Dei filius illusus, derisus,  
& passus fuit. Aug. Reus mortis Christi est, qui malē viuēdo,  
viretūtem passionis Christi euacuat. Ecclē. 37. Nōli vidius esse  
in omni epulatione, & nō te effundas super omnem escam:  
propter enim crapulam multi obierunt. Glo. id est, perierūt in  
corpore & anima, & adhuc pereunt. Quapropter Luca 21. At  
tendite, nē forte grauentur corda vestra crapula & ebrietate.  
Ipsa enim crapula traxit diuitē ad æternas tenebras. Luc. 16.  
Amos 6. Bibentes vinum in phialis, & optimis vnguentis de  
libuti, nihil compatiēbantur super contritionem Ioseph. De  
talibus Luc. 6. Vx vobis, qui ridetis nūc, quoniam iugebitis  
& flebitis. Quis vellet gustare cibum, quem aliquis sanctorū  
maledixisset? Sed sanctus sanctorum hunc cibum & mundi  
yanitatem & consolationem maledixit. Luc. 6. Vx vobis diui  
ribus, qui hīc habetis consolationem vestram. Ideo Augu. O  
homo attende, & quantum vales, recogita, quid pro te datum  
est: pro te gloria patris illuditur, speculum sine macula cō  
spuitur, agnus innocens ligno suspenditur, magister pro te  
crudigitur, salus vulneratur, medicus infirmatur, fons sitim pa  
titur, vita pro te moritur, &c.

¶ De miraculosa cæci illuminatione. Et quid illi factō sit opus, quia spi  
ritualis cecitate desiderat absulū.

## ENARRATIO II.

**R**espice, filius quæ te saluum fecit. Luc. 8. Audiuitis charissimi  
in prima parte euāgelij de passione Christi, quæ est hu  
manā

manæ culpæ purgatiua. ¶ Dixi, secundo innuitur cæci illu  
minatio, quæ est diuinæ potētis declaratiua, de quo Euāge  
lista dicit: *Et factum est*, s. in ascēsu domini cū discipulis in Hieru  
salem, cum appropinquaret Iericho, quæ fuit vrbs iuxta Ior  
danem ad octo miliaria sita inter Galilæā & Hierusalē; & sic  
dñs ita habuit intrare ciuitatē illā. Hiero. Vt tibi ante passio  
nem suam multos malē habētes sanaret, vt euidētissimū virtus diu  
nitatis eius cognosceretur, passiois imminētē tēpore. *Cum*  
*igitur huic ciuitati appropinquaret, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans.*  
Ecce miserabilis persona, infirma, cæca, & pauperrima:  
quia sedebat, currere non potuit & mendicabat. *Cum autē*  
*urbem praeteriret* scilicet ex tumultu. Multa enim turba Chri  
stū præcedebat & sequebatur, & quā maximē prope Iericho  
vbi fuit desertum, & non fuit tutum iter propter multitudi  
nem latronum. Et ideo conuenerunt multi, tam propter tran  
sitū securitatem, quā etiam propter famam Christi & præ  
dicationem, similiter & miraculorum eius celebratē, *inter*  
*rogauit quid hoc esset*, admirans tū multum transeuntium suspi  
catus fuit fortē, aliquē magnū principē illac trāsire, à quo pete  
ret elemosynā. Et bene ita potuit suspicari: prætoribus enim  
principes principum, rex regum, & dominus dominantū, Sic  
ergo interrogati dixerunt ei, s. cæco, & dolentes fluximiserie,  
*quod Iesus Nazarenus transiret.* & principalis in turba esset, Naza  
renū eū vocabāt, quia in Nazaret cōceptus & nutritus erat.  
*Intelligens igitur quod Iesus illic transiret, exclamauit voce magna*, *diuus*  
*Iesu fili David, miserere mei.* Chryso. ad cæcūm: Quis te dōcuit  
quō homo? nunquid perlegisti libros, qui priuātus fuisti lumina  
bus? Vnde ergo nosti luminare mundi? dicit Chryso. Hic cæ  
cus nihil sanum habebat nisi vocē, & qui pedibus nō potuit,  
voce sequebatur, dicens: *Iesu, i. Saluator fili David,* cōfiterur in  
hoc Deū & hominem. Cyril. Hic cæcus quia fuit hurritus in  
Iudæismo, nō ignorabat quod de progenie David nasci debuit.  
Allegat ergo egestatē suam, & dicit: *Miserere mei.* Chryso. Quia  
si diceret, miserabilis persona sum: tu de progenie David qui  
in sua misericordia cōsecutus est regni sedem in seculū. i.  
Mach. 2. Tu ergo secundum naturam fili David, quæ hominū  
pro hominibus factus es, hominis miserabilis miserere. ¶ *Et*  
*qui præbant increpabant enim vt taceret.* Quadruplex potēs esse cau  
sa illius increpationis. Prima, vt dicit Origenes, quia illi qui  
credebant, nolēbant vt contemptibili nomine diceretur filius  
David, sed potius filius Dei. Secunda, vt dicit Chryso. Nam quia  
quia indignum reputabant, vt Christum magnificarent pag

peres & despectæ personæ. Superbi enim cum indignatione clamorem pauperum audiunt. Tertia causa, vt dicit Hilarius quantum ad non credentes. Audiebant enim ab eo, quod ipsi negabant, non crediderunt eum cuiuspiã posse misereri, aut facere miracula. Quarta potuit esse causa, quia prædicabat populo, etiam in viis ambulando, & impediebatur populus per clamorem in audiendo doctrinam Christi. Quapropter in crepabant eum vt taceret. *Ipsè verò multò magis clamabat, scilicet, non obstante repugnãtia increpantium: Fili David miserere mei.* Ecce semper iterat fidem. Vtranque consistitur naturam, sibi David, scilicet, secundum quòd homo, miserere mei, secundum quòd deus: Proprium enim dei est misereri creaturæ, quam condidit. Psalm. 144. Miserationes eius super omnia opera eius. Sic enim crebrius replicauit verbum Ambr. Oportuit hunc tam diu clamare, donec strepitum turbæ vinceret. Dimittit autem propter breuitatem nomen Iesu, sed ad memoriam ducit generis sui Davidici misericordiam & dignitatẽ: vt eum facilius inclinet ad misericordiam, allegans suam miseriam: *Miserere mei*, quasi diceret, non quæro pecuniam sed misericordiam. Potuit inquam dicere cum Psalm. 35. Misere mei domine, quoniam inops & pauper sum ego. *Stans autem Iesus.* Hiero. Quia cæcus eum sequi nõ poterat, ideo dominus stat, & eum adduci iubet, in hoc ostendens suam ineffabilem bonitatem & elementiam. *instit eum ad se adduci*, vt propter instãrem clamorem & confessionem suam, occasione eum sanandi habeat. Chryso. *Qui eum prius, fide tetigerat, corpore appropinquat.* Et cum appropinquasset interrogauit eum, scilicet Iesus: *Quid tibi vis faciam?* quasi diceret, pete securus, paratus sum dare. Chryso. O domine quid interrogas, tu qui corda hominũ nosti? Respondet: Interrogat non vt inscius, sed vt cæcus ad petendũ magis instãmaretur, & vt miraculũ euidentius fieret. Interrogauit præcipue quatuor de causis. Prima secundum Hilariũ, vt scirent astantes q non petebat pecuniã, sed diuinam efficaciam, tanquã à deo Secunda secundum Ambr. vt credamus, non nisi consistente fidem posse saluari. Tertia secundum Chryl. vt dum cæci Christũ filium dei consistentur, confundantur Iudæi videtes, qui eũ tantũ hominem putant. Quarta secundum eundẽ, ne calumniatores veritatis fidei, sicut Iudæi, possent dicere vt de cæco nato dixerũt: Nõ est hic, sed similis ipsi. Voluit ideo deus, vt cæcus primò de ectũ naturæ ostenderet, vt sic manifestè gratiã maiestatis cõnosceret. *Ideo interrogauit ille qui omnia nouit.* *At ille, scilicet*

qui

qui erat cæcus, dixit, s. Iesu: *Domine vt videam*, Chrysof. non dixit fili David, sed *Domine*, quia filius David potest misereri, sed non cæcos illuminare: quod potest filius dei facere, qui est omnium dominus. Nec dixit tũc vt prius, *Miserere mei*, propter totam fiduciam, quam habuit in Iesu de recuperatione vitus. Vnde ex quo notificauit defectum, tunc quia credidit, sperauit consequenter, etiam suæ largitatis se consequi effectum. *At Iesus dixit illi verbo, scilicet efficacissimo, quali in creatione mundi fiat & factum est, Respondeo.* Ecce non apposuit manum nec vnguentum, sed solum vnico verbo sanauit eum. Tantæ enim efficacitæ fuit verbum eius, quod omnino redundabit in crimen perfidiæ Iudæorum. Quis vnquam prophetaram tantæ virtutis in verbis suis fuit? Verè nullus. Chrysof. Quid receperit medicus ab eo cui collata est sanitas, inuitur in textu: *Fides tua saluum te fecit*, id est, causa salutis fuit. Et sequitur: *Et confestim vidit.* Quia non distulit fidem, ideo saluator nõ distulit sanationem. Subdit: *Et sequebatur illum magnificans Deum;* id est, magnum ipsum pronuntiãuit & laudauit, non magnitudine corporis, sed virtutis: & hoc fuit signum perfectæ illuminationis. Dicit enim Cyril. quòd ille cæcus à duplici cæcitate liberabatur, scilicet corporali & intellectuãli. Neque enim verè gloriũcasset eum vt deũ, nisi verè vidisset. Querit Chryl. Cur Christus dæmoniacum curatum sequi volentem prohibet, cæcum autem illum curatum non prohibet. Respondet: Illum mittit præconem, vt ex sua conscientia benefactorem prædicet: cæcum verò permittit sequi Hierosolymam ad passionem profecturus, vt recentem habentes miraculi mentionem, non existimarent eum ex infirmitate & impotentia, sed potius misericordia pati. Et sic sequetur cæcus magnificans deũ tanta constantia, vt & omnes alios ad laudem & ad gloriam dei prouocaret. De quo textus *Et omnis plebs vt vidit, s. quod factum erat, dedit laudem Deo, s. glorificando potentiam eius, & congratulãdo cæco.* Ex hoc elicitur quòd non solum cæcus illi luminatus est, sed omnis plebs illuminata est, vt aliquid diuinum in Christo cognosceret. Mysticè per hunc cæcum quilibet peccator qui in mortali crimine est, intelligitur, propter quatuor malas cõditiones. suæ infirmitatis. Erat enim cæcus habitans in Iericho sedens secus viã, & mendicans. Primò in hoc q caruit visu, significatur periculosus status peccatoris, qui nõ videt supra se deum iudicantẽ, ante se dæmonem trahentem, post se mortem insequentem, infra se infernum expectantẽ: ita quod verificatur in eis illud Ierem. 44. Nescierunt

T 4

neque intellexerunt, neque cognoscunt, neque sentium: Ne scierunt, s. deum supra se, neque intellexerunt demonem trahentem ante se, non cognoscunt mortem post se, neq; sentiunt infernū infra se. Sop. 1. Ambulabūt vt cæci, quia domino peccauerunt. Et hoc est signum magni periculi quia timendū est, dū in tali cæcitate permanent q̄ impleatur in eis illud 1. Thet. 1. Cūm dixerint pax & securitas, tuc repente ueniet eis interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugiet. Secūdo cæcus ille significat peccatorē ratione loci, quia habitat in Iericho: Nam Iericho luna interpretatur, & per luna defectus significatur. Atq; ideo per hoc datū intelligi, q̄ in peccatore multi sunt defectus. s. gratiæ, charitatis, misericordiæ & pietatis, & sic de aliis. Deficiunt enim omni bono. Pl. 36. Deficientes quemadmodū fumus deficient. Deficientes, s. in gratia & virtutibus, in præsentī, quæadmodū fumus deficient in futuro igne infernali concremandi: Quia enim non sunt in gratia, ideo nihil boni est eis meritorū vitæ æternæ. Nec profunt eis bona aliena, quia charitate carent, quæ comunicat omnia omnibus, quæ nō quærit quæ sua sunt. 1. Cor. 13. Et sic verificabitur in eis illud Pro. 14. Miseros facit populos peccatū in præsentī, miserabiles in futuro. Tertio cæcus significat peccatorē ratione situs, quia sedit secus viam, sic & peccatores, ita vt habeat locū in eis, illud Pro. 2. Relinquunt iter rectū, & ambulant per vias tenebrosas. Ipsi enim viā salutis derelinquūt, id est, mandatorū dei. Quod prohibet dominus Deut. 5. dicēs: Nō declinabitis neq; ad dexterā neq; ad sinistrā, sed per viā quā præcepit dominus deus vester, ambulabitis. Ad dexteram declinat, qui per prosperitates huius seculi ab obseruatiā dei mādatorū recedit: sic ad sinistrā, qui propter aduersitates à deo se auertit. Sed difficile valde est sic extra viā amolare. Nā in talibus extra viā salutis ambulātibz implebitur illud Sap. 5. Errauimus à via veritatis & iustitiæ lumē nō luxit nobis, & sol intelligentiæ nō est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autē domini ignorauimus. Quid profuit nobis superbia? aut diuitiarū iactantia quid contulit nobis? Transierūt omnia velut vmbra, & tanquā nūtijs præcurrentis, & tanquam nauis quæ pertransiit fluctuantem aquam, cuius cūm præterierit, non est vestigium inuenire. Et virtutis quidem nullum signum valimus ostendere in malignitate autem nostra consumpti sumus. Quarto significatur peccator per hunc cæcō propter status qualitatem, quia mendicus

dicus est. Vnde sicut mendicus quærit panē ostiatim, & de inuentis nō satiatur; sic peccator in desideriis, quiquē in genere suo, auarus in pecunia siue deliciis, superbus in honoribus, luxuriosus & gulosus in carnis voluptatibus, sic iracundus & inuidus in rancore & odio, & sic de aliis. Sicut enim ignis quanto plura ligna recipit, tanto plura cupit: sic talibus accidit: ita, q̄ verificatur in eorū appetitu illud Ecc. 24. Qui edunt me, adhuc esuriunt: & qui bibunt me, adhuc sitient. Hic volunt satiari deliciis & malis desideriis suis, quæ quasi funiculū post se trahunt peccatorum, secundū illud Isa. 5. Vē qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculū plaustrī peccatū. Pl. 111. Desiderium peccatorum peribit. Sed æterna tandem pœna eos constringet. Deute. 25. Pro mensura peccati erit plagarū modus. ¶ Volens igitur à tali cæcitate liberari, debet ad modū illius cæci in quatuor se exhibere. Primò debet diuinam inuocare misericordiam. Nam quilibet peccator est extra statū gratiæ in ira dei, & sic ex operibus suis iustificari non poterit. Et ideo debet recurrere ad dei misericordiā, cuius proprium est peccatores iustificare, dicens illud Psalm. 56. Misere mei deus, misere mei, quoniam in te confidit anima mea. Prope enim vt dicitur Pl. 144. est omnibus inuocantibus cum in veritate. Cūque ergo inuocauerit, & gratiam domini senserit, vltra cum Apostolo dicat illud 1. Corint. 14. Gratia dei sum id quod sum, q. d. non ex operibus meis, sed ex gratia dei, iter salutis suscepi. Reuera sicut dicit Apost. ad Titum 3. Non ex operibus iustitiæ quæ tecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Secundo peccator diuinam misericordiam inuocando debet à se omnia impedimenta remouere: & notatur cū dicitur: *Et qui præteribant increpabant eum, vt taceret: ipse vero multo magis clamabat.* Isti prætercuntes & peccatorem impediētes, ne sua oratio exaudiat, sunt vanæ cogitationes, demonum illusiones, carnales occupationes. De quibus Bernar. Turba, quæ orationē impediunt, sunt desideria carnalium, suggestiones dæmonū affectus vindictæ inimicorū. De his cōqueritur Ieremias Thre. 3. Opposisti habem, ne transeat oratio: Talia igitur impedimenta quantum possibile est, debet à se remouere, & ad deum toto mentis affectu fortiter & constantē clamare exemplo illius cæci. Tertio debet ad deum accedere. Vnde in eō angēlio. *iusit enim ad se ad deum.* Hic autē accessus fit per humilitatē. Qui enim coram deo se humiliat, hinc ad deum accedit. Et quanto magis se humiliat, tanto deus plus appropinquat.

Hos enim clementer respicit, & exorabilem se præbet. Psal. 101. Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum. Et iterum, 137. Excelsus dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Hos exultat. his tribuit gratiam suam. Figuratur in Mephiboseth filio Ionathæ, de quo 2. Regum 9. qui projecit se, seu corruit in faciem coram David. Cui rex: Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam, &c. Qui adorans eum dixit: Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexit super canem mortuum similem mei? Sed quid meruerit per huiusmodi humilitatem, ibi scribitur: Omnia quæ fuerunt Saul regis, qui fuit occisus in bello, meruit obtinere, & omnem familiam eius, & sedere, siue locum habere in mensa David, &c. Ecce quæta exaltatio. Sic gratiâ meruit rex Achab, cui dominus per prophetam Eliam maximam plagâ comminatus fuerat propter iniquitates suas pessimas, ut haberetur 4. Reg. 21. Sed humiliavit se corâ deo, & ideo dixit dominus ad prophetâ: Nonne vidisti Achab corâ me humiliatû? Quia igitur humiliatus est mei causa non inducam malû in diebus eius, &c. Ipsa igitur superbia, ut dicit Gre. super illud Si mei non fuerint dominati, est primum vitium recedentibus à domino deo, & vltimum redeuntibus ad deum. aliis vitis in fugam cõuersis sola superbia in campo manet. Propter quod dicit Chryf. Tolle hoc vitium, ut non velint homines apparere, s. meliores coram hominibus, quàm coram deo, & sine labore omnia vitia refecabuntur. Quartò peccator omnis omnibus debet à deo lumen diuinæ gratiæ postulare. Vnde cæcus cum Christus eum interrogauit, quid sibi vellent ut faceret, omnibus prætermisissis dixit: *Domine ut videam.* Sic & nos lumen gratiæ debemus postulare. Et merito, quia dicit August. Nec infantes, nec ætate grandes saluari queunt sine dei gratia. Vnde Grego. in Moral. libr. 17. ca. 27. Lumen quippe dei est gratia præueniens, quæ si in nostro corde nequaquã gratuito conurgeret, profectò mens nostrâ in peccatorum suorum tenebris obscura remaneret. Aug. Gratia dei est lumen animæ, faciens hominem peccatû suum cognoscere, & deum super omnia diligere, & ei firmiter adhærere. Et iterû de correctione & gratiâ: Gratia dei est, quicquid boni agimus. Ipsa nolentè præuenit vt velit, volentè sequitur vt possit. Ad bona operanda seu perficienda, & mala vitanda, gratia dei necessaria est, imò nec aliter datur vita æterna, quam ex dei gratia: ita quòd dicit Ber. non sunt talia merita, propter quæ datur vita æterna, nisi ex dei gratia. Ideo merito à deo

est præ omnibus postulanda. Sentiens autem diuinam gratiam præsentialiter in detestatione, scilicet vitiorum, & operatione virtutum, potest se experimentaliter quasi ex hoc cognoscere illuminatam: quapropter & talis debet reddere gloriam deo, ipsum laudando & glorificâdo, &c. Supplicemus, vt & ipse hodie dignetur illuminare oculos mētis nostræ, vt mereamur ipsum hic videre per gratiam, & in futuro per gloriam sempiternam.

*¶ Dominica Quadragesima.*

*¶ Cur Christus tentatus à dæmone è publico se retrahens desertum petierit. Et quemadmodum nos illius exemplo pœnitentiæ desertum ingressi dæmonis irritamenta, tentationesque reprimere ac superare valeamus.*

ENARRATIO I.

**D**ictus est Iesus in desertum à spiritu ut tentaretur à diabolo. Mat. 4. Quatuor de causis Christus tentari voluit. Primò, vt diaboli tentatione reprimeret. Secundo, vt nullus desperaret. Tertio, vt omnes tentandos ostenderet. Quarto, vt tentationem vincere doceret. Primò, vt tentatione diaboli reprimeret, vt nobis contra tentationes auxilium ferret, de quo Gre. in Homil. Nō erat indignû redemptori nostro, quòd tentari voluit, qui venerat & occidi: vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortè nostrâ sua mortè superauit. De quo 1. Cor. 10. Fidelis Deus qui non patierit vos tentari supra id quod potestis, sed fac. cū ten. etiâ prouentû, vt possu. Psal. 171. In tē eripiar à tentatione. Vnde 2. Petri. 2. Nōquit Deus pius à tētatione eripere. Secundo tētari voluit, vt nobis fiduciam de sua misericordia largiretur, vt videlicet nullus desperet. De quo Innocen. Nemo desperet qui tentatur, quoniam tentatur est saluator. Heb. 4. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Tertiò ad nostram cautelam, vt nullus quantumcumq; sanctus se existimet securû & immunè à tentatione, sicut Hila. dicit super Mat. In sanctificatis maximè diaboli tentamenta grassantur, quia victoria magis est ei exoptada de sanctis. Voluit ergo tentari, vt nos omnes tentandos ostenderet, de quo Innocen. Nullus putet se in hac peregrinatione, tentationibus carere. Ideo Eccl. 2. Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Quarto voluit tentari propter exemplum, vt nos iustrueret, qualiter diaboli tentationes vincamus. Vnde August. lib. 4. de ciuit. dei: Christu

Christus se diabolo tentandum præbuit, vt non solum nobis esset in adiutorium, verum etiam in exemplum. Omnis Christi actio est nostra instructio. Vicit nanque diabolū post ieiunium, vt nos doceret per ieiuniū vincere illum, de quo Hier. Ardentes sagittæ diaboli ieiuniorū frigore sunt restringendæ. Vnde Mat. 17. Hoc genus dæmoniorum non eiicitur, nisi per orationem & ieiunium. Et per hoc in desertum ad tentandum ducitur, qui locus magis accommodus est pœnitentibus.

¶ In summa euangelij duo innuuntur. Primò innuitur profecuta malitia, ipsius tentatoris. Secundò subiungitur profecuta victoria nostri redemptoris. Primū patet in principio. Secundum ibi: *Et accedens ten. &c.* De primò dicit: *In illo tempore, s. statim post baptismum, ductus est Iesus in desertum à spiritu.* Hoc desertum erat inter Hierusalem & Iericho, de quo habetur Luc. 10. Quidam homo descēdebat ab Hierusalem in Iericho, & incidit in latrones, &c. & in illud ductus est à spiritu, quod Gre. dicit intelligendum de spiritu sancto, vt, s. illuc eum spiritus suus duceret, quòd eum spiritus malignus inueniret. Nam dicit Chryl. Sciebat Christus quia eum tentare desiderabat diabolus, & non erat ausus: Ideo Christus contra diabolum processit. Nam dicit S. Thom. 3. par. q. 41. ar. 2. Christus propria voluntate se exhibuit diabolo ad tentandum, sicut etiam propria voluntate se exhibuit membris eius ad occidendū: alioquin diabolus contra eum venire non auderet. Vnde Ambr. super Luc. Christus agebatur in desertum consilio, vt diabolum prouocaret. Nam nisi ille certasset, s. diabolus, non iste vicisset, s. Christus. Diabolus autē magis attētat solitarium, quia sicut dicitur Ecclē. 4. Si quisquam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. Et inde est, quòd Christus in desertum exiuit, quasi ad campū certaminis, vt ibi à diabolo tentaretur.

¶ Sed diceres: Quare Christus exiuit in desertum & non publicè exemplū pœnitentiæ nobis exhibuit, vt diabolicas tentationes superasset apertè pro aliorum exemplo, cum tamen ipse dixerit Luc. 11. Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit neque sub modio: sed super candelabrum, vt omnes qui ingrediuntur, lumen videant: Respondetur, quòd hoc fecit triplici de causa. Primò propter pœnitentiā agendi congruitatem, quia locus desertus est bestiarum & reptilium: sic agere volens pœnitentiā frequenter ingrediatu conscientie desertum, quod est plenum bestiis, id est criminibus, & vitiiis, iuxta illud Ezech. 2. Fili hominis subuersores sunt tecum, & eum scorpionibus habitas. Secundò vt ostendat pœnitentem fugere

fugere malam societate, quia in deserto non sunt solatia neque societatum consortia: sic & homo pœnitens debet fugere illa: Thren. 3. Sedebit solitarius & tacebit, quia leuabit se super se. Ber. O anima mea sola esto, vt illi soli seruias quem solum elegisti. Nam frequentia hominum & malorum societatum impedit fructū pœnitentiæ. De quo Seneca ad Lucillum, epi. 7. Inimica est multorum conuersatio: Vtique quo maior est populus cui miscemur, hoc periculi plus est. Ego certe confitor infirmitatē meam. Nunquā mores quos extuli, refero; auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, imò verò crudelior & inhumanior, quia inter homines fui. Ideo Iere. 17. Egreddimini de medio eius, s. Babylonis, popule meus, vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris domini. Tertiò, vt daret diabolo tentandi oportunitatem, quia inter homines non potuit eum de his tentare, ita visibiliter & apertè: ideo ductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur, &c.

¶ Item sciendum quòd secundum triplicem tentationem triplex est desertum. Primum est desertum pœnitentiæ, quod debet ingredi incipientes. Et bene pœnitentia dicitur desertum: Primò, quia sicut desertum est locus durus spinis oblitus, carens solatio: sic pœnitens debet esse in tribulatione & dolore carens carnali consolatione. De quo Iudic. 8. Contra carnes vestras cū spinis tribulisque deserti. Nam iustum est, vt qui peccauerunt per carnis lubricitatem, eorū carnes cōterantur per austeritatem. Iuxta illud Matt. 11. Quid existis in desertum videre hominem mollibus vestitum? quasi diceret, carnalis mollities non debet inueniri in deserto pœnitentiæ: sed in domibus regū, i. peccatorum. Ideo Ioannes prædicans pœnitentiā in deserto comedit mel syluestre & locustas, & bibit aquas, & circumcinctus erat zona pellicea circa lumbos suos. Ideo Luc. 24. Spiritus carnem & ossa non habet, i. spiritualiter viuens carnis deliciis vti non debet, quia in deserto erant aquæ amaræ, vt figuratur Exod. 15. Sic amaritudo cōtritionis debet esse in deserto pœnitentiæ. Thren. 2. Velut mare cōstritio tua. Nam sicut in deserto est spinarum multitudo: sic in vera pœnitentiā multiplex est causa tribulationis & dolōris, quia peccatis infernum meruimus, & colorem perdidimus, Dēum offendimus, conscientiam maculauimus. Hæ spinæ pungunt pœnitentem, de quibus Aug. Verus pœnitens semper dolet & de dolore gaudeat, vt impleatur illud Deutero. 32. Foris vastabit eos gladius, i. iudicij, & intus pauor, scilicet conscientie. Nam sicut filij Israel compulsi fuerunt ingredi desertum propter tria: sic nos debemus intrare desertum



desertum penitentia propter tria. Primò moti sunt ingredi desertum corporaliter propter nimias aggrauationes laborum Egyptiorum: sic nos propter continuas flagellationes & miseras, quas in hoc mundo patimur. Ioan. 6. In mundo præsuram habebitis. August. Præsens vita est dubia & cæca, ærumnis plena: nam sollicitudo cõficit, i. destituit & cõsumit, tristitia coarctat, infirmitas frangit, mæror deprimit, & post hæc omnia mors infirmat. Et sic multi leguntur missi in desertum penitentia mortis timore, vrgete infirmitate, vel coacti necessitate: vt Manasses 1. Par. 33. qui valde penituit, quia necessitas, eum coegit. Greg. Felix necessitas quæ nos ad meliora compellit. Ideo Psal. 1. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Nam dicit Greg. Mala quæ nos hic premunt, ad Deum ite cõpellunt. Secunda causa quæ mouit filios Israël ingredi desertum, fuit manifesta exhibitio diuinarum cõsolationum: sic nos beneficiis dei moueri debemus ad ingressum deserti penitentia. De quo Aug. Cogor rationibus Deum diligere, à quo omnia video me accepisse. Dedit mihi esse, dedit pulchrũ esse, dedit corpus cum sensibus, dedit animã cum viribus, dona cum sacramentis, virtutes cum incrementis, mundum cum contentis, filium cum tormentis. Nam sicut in deserto corporali inuenitur pulchritudo florũ: sic in deserto spirituali, scilicet penitentia, inuenitur multitudo gratiarum & spiritualium cõsolationum. Nam sicut Deus filiis Israël cõsolationes exhibuit in deserto corporali: sic & nobis in deserto spirituali, scilicet penitentia. Prima gratia consistit in mirabili educatione de Aegypto: sic nos mirabiliter educit de Aegypto peccati, vt dicit Aug. Maius mirabile est hominẽ impium iustificare, quã cælũ & terram creare. Dicit namq; Greg. quòd miraculũ est diuinũ factum, quòd humana ratione discuti non potest. Et sic quòd vnum trahit ad desertum penitentia & nõ alterum, qui hoc discutere potest à eum dicat. Apost. Rom. 9. O homo tu quis es qui respondeas deo: nunquid dicit figmentũ ei qui se finxit: Quid me fecisti sic? An non habet potestatem sigulus vnum vas facere: in contumeliam, aliud in honorem? Secunda cõsolatio quam exhibuit eis, notatur in transitu maris Rubri. Nam ibi tria acciderant. Primũ, quòd aqua se diuiserunt. Secundum, quòd ibi filij Israël pertransierunt. Tertium, quòd Aegyptij submersi fuerunt. Spiritualliter per mare Rubrum intelligitur penitentia verecunda de qua Psal. 43. Tota die verecundia mea contra me est. In hac tria contingunt. Primò mare se

diuidit

diuidit in duas partes, id est cor amarum penitentis in duos affectus amarissimos, quæ partes sicut murus sese extendunt in altum, scilicet dolor de commissis malis, & alius dolor de amissis bonis & de suppliciis ad iudicatis. Vnde Bern. Mæror pro malis est mare à sinistris, sed mæror pro bonis amissis est mare à dextris. Et sic sequitur secundũ quòd filij Israël, i. electi trãserunt illæsi, quia dicit Richar. de S. Victo. Tunc salus peccatoris incipit, cum veraciter pro delictis ingemiscit. Et tunc sequitur tertium quòd hostes peccatorum succumbunt. De quo Psal. 73. Contribulasti capita draconum in aquis. Tertium beneficium exhibitum filiis Israël in exitu de Aegypto in desertum, notatur in miraculosa conductione, quia per columnã nubis clarẽ per diem, & per columnã ignis per noctem, vt patet Exo. 13. Sic in desertum penitentia ducit nos per prosperitatẽ & aduersitatẽ. Dies est prosperitas, nox autẽ aduersitas. Vel per cõsolationẽ & tribulationẽ, per cõsolationem suã misericordia, & tribulationẽ suã patientia. De quo 1. Corint. 6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros per arma iustitia: à dextris & sinistris. Quartum beneficium eis exhibitum notatur in mandatorũ instructione: si Deus per spiritum sanctum dat nobis gratiam in penitentia persicere eius madata, vt habetur de conse. d. placuit. Sine diuina gratia non possunt adimpleri dei madata. Quintum beneficium notatur in manna cõsolatione, Exo. 16. Pluit eis manna de cælo, & cibauit eos in deserto: sic & nos cibamur in deserto penitentia, i. singulari gratia, vt habetur in Cano. d. 10. fidelior factus est Petrus postquam fidem se perdidisse desceuit, atq; ideo maiorem gratiam reperit quam amisit. & sic hodie verẽ penitentibus cõtingit. Rom. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia: vt sicut reguauit peccatum in mortem, ita gratia regnet per iustitiã in vitam æternã. Sextum beneficium notatur in aquarũ de petra potatione, Num. 20. eum percussit bis sicic siue petram virga, & egressa sunt aqua largissima, vt biberet homines & iumenta. sic nos in deserto penitentia potat redũdantia lachrymarũ. De quo Ps. 79. Potũ dabis nobis in lachrymis in mēsurã. Quẽ potũ petiuit Bern. dicens: O domine da mihi lachrymas Petri nõ lætitiã peccatorũ. Hic potus est fortis. Nã vt dicit Isido. Magna est virtus lachrymarum, quæ sine sonitu verborum impetrat veniam, quam postulat. Septimum beneficium notatur in medicaminis sanatione, quia contra ignitos serpẽtes fecit serpẽtẽ ænẽ & posuit eũ pro signo, qd percussis, aspiciẽtes sanabatur. Numẽ.

Num. 21. Sic in deserto pœnitentiæ contra ignitos serpentes, id est, validas tentationes debemus aspiciere serpentem æneum in patibulo, i. Christum in cruce passum. De quo i. Petr. 4. Christo in carne passio, & vos eadē cogitatione armamini. Nam dicit Chys. Omne genus venenatæ malitiæ cordis repellitur meditatione dominicæ passionis. Octauum beneficiū notatur in seuerissima punitio, quia antea nūquā ita seuerē punituit Iudæos, sicut in deserto: sic in deserto pœnitentiæ vult nos magis acriter punire, ad designandū illud Grego. Quāto maius est donū gratiæ, tantō transgressor maiori subiaceret pœnæ: & quanto amplius nos diligit, tantō magis excessus castigat. Eccl. 30. Qui diligit filium, assiduū illi flagella. Et Hebr. 12. Quē enim diligit dominus, castigat: flagellat autē omnē filium, quē recipit. Nonū beneficiū quod exhibuit filiis Israël in deserto, est terræ opulentissimæ melle & lacte manantis & dulcedinis fructuū promissio. Sic dominus deus fecit nobis promissiones, id est in desertum pœnitentiæ, & exeamus de Aegypto, si est peccato. Primō promissit peccatorum remissionem, Ezech. 18. Si auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animā suā uiuificabit, &c. Et Petrus Act. 3. Pœnitentia igitur & cōuertimini, vt deleatur peccata vestra. Secūdo promissit pœnæ deletionē. Iere. 18. Si pœnitentiā egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersum eā, agam & ego pœnitentiā super malo, quod cogitauit vt facerē ei. Et Ambr. Multa delictū, deus mutabit decretū, cum dixerit Eze. 18. Nūquid voluntatis meæ est mors impij, & non vt cōuertatur à viis suis, & uiuat? Quia dicit Leo papa: Nullū peccatorem despicit, qui peccatorem redimere venit. Tertio promissit nobis regni consecutionem. Luc. 7. Pœnitentiam agite, appropinquare enim regnū celorū. Vbi Chry. Opœnitentiā rutilantior auro, splendidior sole, quid de te referā? omnia ligata soluis, paradīsum aperis, infimos sanas, tristes lætificas, & perditos ad vitā æternā reuocas. O si has promissiones mēte perciperemus, vtiq; de Aegypto victorū ad desertū pœnitentiæ properaremus. Gre. Si cōsideraremus quē & quāta promittuntur in cœlis, vilescerent oīa quæ sunt in terris. Cōsideremus igitur quā durē in deserto pro nobis pœnituit, cū in quadraginta noctibus & diebus non comedit, nec bibit, nec dormiuit: nō enim habuit puluinar sub capite, non sedē vt quiesceret: nullus hominū aderat in quo consolaretur, ad designandū statū pœnitentiæ debere esse, vacuū ab omnis carnis cōsolatione.

In figura cuius dixerunt filij Israël, Num. 11. Nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi māna. Et sic verē pœnitētes solū debēt habere respectū ad spiritualem cōsolationem, eō q̄ dicit Ber. Sicut ignis & aqua simul stare nō possunt, sic nec spirituales & corporales cōsolationes. Ideo dicit Ps. 76. Renuit cōsolari anima mea memor sui Dei, & delectatus sum. Aug. O summa veritas, præcor te, vt in nullo me permittas cōsolari, quā in te peto vt oīa mihi amarefcāt, tu mihi sol⁹ dulcescas. ¶ Sed dices: De quo tentat incipiētes diabolus in deserto pœnitentiæ? Respondetur, quōd de duritiā pœnitentiæ eos molestat, ad delectationes carnis inflammat, ad gulā incitat dicens: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. i. fac vt duritiā pœnitentiæ in mollietate voluptatis vertatur. Nā & Christus dixit Mat. 9. Nūquid possunt filij sp̄sū lugere quādiu cum illis est sponus? sed tu es filius sponi: ergo non amplius debes lugere. O praua suggestio, o verē diabolicū consiliū, o rabies lupinæ fraudis, quæ hominem in dulci flumine vult submergere, veneno sub zaccaro, & sub dulcedine mellis potare, auris & sericis fimbriis suspēdere & strangulare, & sic sub risu & osculo Iudæ & sub canticis Sirencis & musicis in instrumentis ad æternas ducere pœnas. Quid enim interest inter mel & venenum, dū utroque moriatur homo, & sic æternaliter puniatur? Credo q̄ nihil. Sed hæc omnia facit diabolus, dicens: Si filius Dei es, &c. q. fallē consulēdo: Cur adeo ieiuniis maceraris? cur vigiliis longis infatuaris? cur multis orationibus in vesania & fatuitate capitis per exinanitionem cerebri vt aranea euisceraris? cur per largas eleemosynas te & tuos poteros euacuas quia qui tantū tributū quod medicare cogatur, stultus est. Ergo dic, i. age, & fac tibi ipsi cōpatiēdo, vt lapides, isti, i. dura vita tua panes tibi dulces & commodissimi fiant, quia Dei filius es. Ecce fraus diabolica, quæ sub vocabulo filiationis vult te facere inimicū Dei: vult te facere diabolū, sicut ipse ex angelo bono factus est diabolus malus, moribus quidē & malitia, non natura, cum similis voluit esse altissimo. Isa. 14. Ex conuersione enim lapidū in panē vult te pœnitentiæ trahere ad infernū. Sic enim diabolus decepit mulierem in paradiso, p̄mittens ei fallē dicens: Nequaquā moriemini: sed in quacūq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonū & malū Gen. 3. ¶ Sed dices: Cū diabolus sit tantæ subtilitatis, quomodo resistere poterō? Audi, debes illi respondere cū Christo dicente: Non in solo pane viuit homo. i. in carnali voluptate non saluatur, eō q̄ ait Apost. 1. Cor. 15. Caro

& sanguis regnū Dei possidere nō possunt, nec corruptio in corruptionem possidebit. Rationem reddit Roma. 4. Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudiū in spiritu sancto. Consultit ergo ad Roma. 13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs, quia in his omnibus nec satiarur animus, nec delectatur spiritus: *sed de omni verbo quod procedit ab ore Dei, quia verbum veritatis est cibus mentis.* Et sicut Christus noluit descendere de cruce: sic & nos, ut docet Bern. Neminē audiamus, nō carnem, nō sanguinem, non spiritū quēlibet descendere de cruce suadētis: sed persistamus in cruce penitentia, & moriamur in ea: deponamus aliorū manibus, nō nos fra leuitare. ¶ Secundū desertū est proficientiū, & dicitur de fertum sanctimoniz. De qua Heb. 14. Sequimini sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Et est, actiuorum, qui abiectionis peccatis incipiunt insistere virtutibus, iuxta illud Fla. 33. Ibunt de virtute in virtutem. Et dicitur desertum, quia tales deserūt mundana. De quibus Orig. tractans illud Leui. 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum, dicit: Si quis se vouerit Deo, si quis negotijs seculari nō implicatus est, si quis separatus est ab hominibus carnaliter viuētibus, nō quærens quæ super terrā sunt, sed quæ in cœlis, ille meritō sanctus est. Nā secundū Dion. Sanctimonia est, cū quis omnia bona recolligit & Deo offert, & mentem suā Deo conglutinat, & omnia opera sua ad gloriā Dei agit, & sibi nihil reseruat, quin Deo offerat. Et hoc desertum est deliciosum. De quo Isa. 3. Poner desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortū domini: Sicut ex multis carbonibus procedit calor, sic ex multis bonis operibus oriuntur delicia spiritus: *vt dicit Luc. 4. Agebatur a spiritu in desertum, i. voluntariē mouebatur a spiritu sancto: sic & proficientes voluntariē sanctificāt se: & sua Deo.* De quo August. Ille voluntariē sacrificat, qui ex sola bonitate Dei, Deum laudat. De talibus dicit Apost. Roman. 8. Quicū que enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei: *vt per omnia quæ agūt ex instinctu spiritus sancti, faciāt. iuxta illud Ezech. 1. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur.* Item sicut Christus in deserto prouocauit diabolus ieiunando, sic & tales in deserto sanctimoniz suis bonis operibus incitant demones, *vt dicit Hieron. Salutaris penitentia & bona opera sunt demonum tormenta.* August. Actiores dolores diabolo non infigimus, quā m quod vulnera peccatorum nostrorum confitendo, ieiunando & bene operando sanamus, propter quod laqueos tentationum diuersarum nobis præterdit

dicit Petr. Rauē. Antiquus hostis continē laqueos præterdit, & foueas fodit. i. Petr. 5. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: cui resisti te fortes in fide. Et hoc figuratur in vocabulo vulgari hodie nā diei: Allerman vastnacht, ad designandum quod omnes debemus esse viri, viriliter resistendo diabolicis tentationibus. De quo Pla. 30. Viriliter agite, & confortetur cor vestrū. Ratio Hier. quia debilis est hostis non potest vincere nisi valentem: nam dicit August. Si diabolus tantum posset quantum vellet, nullus iustorum remaneret. ¶ Sed di. In quo tētat proficientes: Respondetur, per avaritiam, de quo textus: *Assumpsit enim diabolus in montem excelsum valde, & ostendit illi omnia regna mundi.* Ecce tentatio per voluptatem visus. Sic vicit Euam, quæ vidit lignum quod esset pulchrum ad vscendum, concupiuit illud & comedit. Et subdit: *Hec omnia dabo tibi, si cadens adoraueris me.* Hiero. Omnis ille ante diabolū ruit, siue cadit & ipsum adorat, qui per avaritiam congregat: quia avaritia est idolorum seruitus. Ephē. 5. Vnde August. Cum latria soli Deo debeatur, adoratio impia est demonum superbia. Et ideo hanc homines sibi iubet vel cupit exhibere. Ecce ad quantum malum avaritiz fomes pinguescit, quod etiam fines suos vsque ad idololatriam extendit. Hic igitur iniquo tētatori diabolo audacter respondeamus cum Christo dicentes: *Vade Satana, Scriptum est Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.* Tu Satana, quia inimicus es innocētis, falsificator veritatis, persecutor sanctitatis, aduersarius omnis bonitatis, vade retrō: te non audimus, quia verbo cares veritatis: tibi credere nolumus, quia mendax es & pater tuus, Ioan. 8. Nequam enim tibi consentiemus, quia Deus veritas dicit, quod tu & nos dominum omnium rectorem & Deum omnium conditorem adoremus, & illi soli seruiamus cultu latriæ, & non alteri: quia ipse solus sanctus, solus dominus, solus altissimus, cui soli debetur honor & gloria. i. Timo. 1. Et sic proficientes debent resistere diabolo per scripturas sanctas, quem admodum fecit Christus. ¶ Tertiu desertū est perfectorum contemplantium. Et est desertum intimæ solitudinis, cū, s. homo omnia quæ mundus habet, relinquit, sic quod totus mundo moritur, & soli Deo viuuit, & adhæret. Augu. Desertū solitudinis intimæ siue internæ est, cū mens seipsam colligit, & soli Deo se exponit. Hoc desertum figuratur Exodi 3. Cū Moses minasset gregem ad interiora deserti, apparuit ei dominus in rubo. Spiritualiter per gregem intelligitur omnium virium

colleccio, quæ tunc minantur ad interiora deserti, cū ab omnibus exterioribus reuocantur. Et ad hoc desertū anima contemplatiua ducitur à spiritu uoluntariè. De quo Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā, i. ad cōtemplationis statum, dicendo cū Psal. 54. Ecce elongauit fugiēs, & māsi in solitudine. Quæ quidē solitudo figuratur Exod. 3. Eam ꝑiam triū dierū in solitudine. Prima dieta est retractio omnium sensuum à formis exterioribus. Secunda est retractio omnium imaginabilium propter figuras materiales, quæ faciūt ad speciem, ritum & ordinē. Tertia dieta est omnium intelligibilium retractio propter fantasmata impediētia: sic tandē peruenitur ad initium deserti contemplationis internæ. Vnde Orig. Contemplatorem uerum te iudico, si sensus ab exterioribus reuoces, si imaginabilia ueloci motu percurras, si in summo bono intelligentiam figas. ¶ Attamen contemplantes sine tentatione diaboli non existunt: eo quod militia est uita hominis super terram. Iob 7. Sed impugnantur uana gloria. De quo textus: *Tunc assunsi te in diabolo in sanctam ciuitatem, & statui eum super pinnaculum templi. & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum*, quasi diceret, suggerendo uanam gloriam. Nunc omnia bona mundi dimisisti, uoluptates extinxisti, aureo castitatis cingulo te præcinxisti, charitate quasi regia ueste te adornasti, coronam constantiæ quasi lapidem preciosum capiti tuo imposuisti, secreta Dei lectionibus, inspirationibus & experientia didicisti, colloquitis amorosis cum Deo habitis cor tuum pauisti: iam frater angelorū es effectus, & omnia sunt tibi possibilia. Sed ut tantæ uirtutis gratiam in te manentem experiantur ceteri, mircntur uniuersi homines & angeli, *mitte te deorsum* id est permittit aliis apparere quid sis. Dicit enim Bernard. Superbia in cælo est nata, ideo celestibus insidiatur. Sed ad hanc tentationem responde cum Christo: *Scriptum est: Non tentabis dominum Deum tuum*, id est, noli te obligare ad illud, quod est contra Deum, ut est superbia. Nam quisquis uerbo Dei pascitur, non querit pinnaculum templi, id est, elationem & iactantiam in bono opere, quia dixit Gregor. Superbia insidiatur bonis operibus, & facit perire ea, & per ascensum elationis in miseriam æterna damnationis præcipitat. Sed his tentationibus superatis accedent angeli sancti & ministrabunt nobis. Augusti. in Solilo. Ambulant nobiscum docentes, quam pie, quam honestè in medio probæ nationis conuersemur, & custodiunt nos & liberant. De quo Hieron. Angelorum auxiliis liberamur ab inimicorum insidiis. Psal.

Immit

Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. ¶ Vide sicut Christus statim post baptismum iugressus est desertum pœnitentiæ: sic & nos, & præsertim hoc tempore quod specialiter est pœnitentiæ dedicatum 2. Cor. 6. Ecce nunc tempus acceptabile, s. pœnitentiæ; ecce nunc dies salutis. Philoso. 4. Ethico: Nihil habemus de tempore nisi pœnitentiæ: ideo dilatio est periculosa & difficilis. Primo propter diaboli possessionem. Beda: Diabolus quanto diutius possidet, tanto difficilior dimittit. Est enim optimus modus occidendi serpentem infernalem, sicut & aliu quemlibet, per contritionem capitis ipsius. Tunc autem caput ipsius contritur, cum in principio cōfictus ipse cōuincitur. Hiero: Labrius est hostis noxter antiquus serpens, & nisi capite teneatur, statim elabitur. Secundo propter peccatorum onerationem. Greg. Peccatum quod per pœnitentiā nō abluitur, mox suo pōdere ad aliud trahit, ut patet de Dauid & Cain. Tertiō propter irā Dei prouocationem. Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dominum: & ne differas de die in diem. Subitō enim uenit ira domini, & in tempore uindictæ disperdet te. Rom. 2. Leuādū duritiā tuam & impoenitentiā cor, & salutariā tibi irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. O quam durū est portare irā Dei. Act. 9. Durum est tibi cōtra stimulū recalcitrare. Eccl. 38. Altissimus creauit de terra medicinā, & uiri prudens nō abhorrebit illam. Quarto propter pœnitentiæ augmentationē. Greg. Crescente contumacia merito crescere debet & pœna. Aug. Nullum malum impunitum, nullum bonum irreuerteratum. Apoc. 18. Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantum dare illi tormentum & luctum. Quinto periculo sum est propter debiliorem surrectionē, quia debitor ad surgendum est de peccato. Nam ille qui non potest leuare opus peccatorū dum minus est, quomodo cum maior est, leuabit? Sexto propter seueram Dei comminationem, Luc. 13. Nisi pœnitentiā habueritis, omnes simul peribitis, quia nullum peccatum actuale, mortale deletur sine actu pœnitentiæ, ut dicit S. Thom. part. 3. & Psal. Nisi conuersi fueritis gladius suum vibrauit, arcū suū terendie, &c. Et Magister in 14. di. 4. Pœnitentiā longè postis est necessaria, ut appropinquet. Et restim propter ignorantiam de conuersione & de misericordia interitūditis conditionem. Ioel 2. Quis scit si conuertatur signo sciat Deus? Septimo propter bonorū perditionem. Eccl. 2. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. 1. Cor. 3. Si gloriati sum non habuero, nihil sum; intellege, ex condignis. Sed tamen

largitate sua & mera bonitate Deus nihil boni irremuneratū relinquit. Et hoc est quod dicit Hiero. de pœ. d. 3, c. si quando videris: deus non obliuiscitur paucorum bonorum in multitudine peccatorum. ¶ Diceret ergo: Non proderit ieiunare existenti in peccato mortali? Vbi sciendum quod ieiunium in peccato mortali valet ad tria. Primò, vt ieiunans obedientiam seruet Ecclesiæ, nam si non ieiunaret, tunc denuò peccatum aliud nouum mortale faceret. Secundò ad castitatem inducit. Prouer. 26. Cùm defecerint ligna, extinguitur ignis Hugo. de sancto Victore: Ieiunium occidit vitia, libidinem extinguit. Tertiò ad celeriolem conuersionem disponit, qui si ieiunat, corpus affigit, & magis se habitat ad gratiam: si elemosynam dat, ipsa & accipientes illam intercedent pro eo, vt citius conuertatur. Et hinc est aliquando, q̄ cùm duo peccat vno peccato, vnus cõuertitur, alter induratur, vt patet de Pharaone, qui cõtempfit audire verbum domini & ipsum agnoscere, Exod. 5. Nescio dominū: & quis est dominus, vtrudiam vocẽ eius? Et per consequens obduratus perit in mari Rubro Exod. 14. Et de Nabuchodonosor, qui auscultauit verbis Danielis diceatis ei: Quamobrem rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet deus delictis tuis. Et inde conuersus magnificauit dominum. Dan. 4. Ideo dicitur de pœni. 5. c. falsas: consulendum esse in peccatis existentibus, vt bona facere non dimittant, vt deus cor illorum citius illustret ad pœnitentiam: vt patet de Raab. Iosue 6. que inuenit gratiam in oculis filiorum Israël, eò quod absconderit nuntios, quos miserant vt exploraret Iericho. Quapropter bona opera nequaquam sunt prætermittenda, & si non profunt ad vitæ meritum, profunt tamen ad faciliorem conuersionem consequendam. Quam nobis concedat, & c.

¶ *De ratione ieiunij, cur videlicet à Christo obseruatum, ac quo deinceps tempore institutum, quibusq; personis, circumstantiis, ac utilitatibus & commendabile fiat, & necessarium*

## ENARRATIO II.

**E**T cum ieiunasset 40 diebus ex 40 noctibus, postea esuruit. Matthe. 4. Quare Christus ieiunare voluit 40. diebus. cùm ieiunium ordinatū sit ad remissionem lasciuie corporis, & vt sensualitas subiiciatur rationi, & in Christo omnia fuerunt rationi consona propter quod ipse ieiunio non indiguit: quare ergo ieiunare voluit? Respondet Basil. primò, vt iud ieiunio nostrū instau-

instauraret, & nobis exemplum ieiunij præberet, iuxta illud Aug. Omnis Christi actio, nostra est instructio Ioan. 13. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Nam Christus potest dicere ad nos illud Iudic. 7. Quod me facere videritis hoc facite. Ideo Ber. Cùm Christus ieiunauit pro nobis, cur non commune sit hoc ieiunium omnibus Christianis? Cur membra non sequuntur suum caput? Si bona suscepimus ab hoc capite, mala quare non sustineamus? An respicere tristitiã volumus, & cõmunicare cū iuicūdis? Omne quod passus est, pro nobis factus est. Non est enim magnū eum ieiunare cū Christo, qui seruus est ad eius mensam in gloria patris cū ipso. Secundò ieiunare voluit, ad ostendendū q̄ volenti vincere diabolu, necessariū est ieiuniu. Mar. 17. Hoc genus, s. demoniorū, nō eicitur nisi per ieiunium & orationē. Hiero. Ardentes lagittæ diaboli, ieiuniorū frigore sunt restringendæ. Prouer. 26. Cùm deficiunt ligna, extinguitur ignis: sic ignis prauæ concupiscentiæ & tentationis diabolice per ieiuniu extinguitur, vt figuratur Iudith 12. & 13. Iudith ieiunã & orãdo ad vesperã amputauit caput Holofernis, sic & nos caput diaboli. Tertiò ieiunare voluit tãdiu, vt se deũ & hominem ostenderet: se deum ostendit in hoc quod tantu cibo caruit. Sed diceeres: Tamẽ Moses & Elias etiã tantu ieiunabãt. Chry. respondet hoc esse verum virtute aliena. Christus vero virtute propria. Sed verum hominem se ostendit, cùm esuriit. De ieiunio videnda sunt quinq; Primò cur ieiunium institutū sit. Secũdò, quare nō ieiunamus eo tempore quo Christus ieiunauit. Tertiò, qualiter debeat fieri ieiunium. Quarto, qui sint qui tenentur ad ieiunandū. Quintò, quæ sint utilitates ieiunij. De primo sciendū q̄ ieiunium institutū est propter quatuor. Primò, ppter patrie reuersionē. De quo Gre. Sicut per gulã in primis parentibus de paradiso, cecidimus, ita per ieiuniu reuocamur. Vnde canit Ecclesiã Paradisi portas aperit nobis ieiunij tempus. Et Mat. 1. dicitur de tribus Magis, Per aliã viã reuersi sunt in regionē suã. Quod exponens Gre. dicit: Regio nostra Paradisus est, à qua superbiendo per inobedientiã, visibilia sequedo per concupiscentiã, vbi vniu gustando per gulã recessimus: ita appetitum carnis refrændo, per abstinentiã redeamus. Vnde lupus licet vberacissimum animal sit, tamen cibū illum cum quo caprus est, nunquã comedit. Prius enim famẽ moreretur patiens in se ipso, q̄ per gulã suam in foueã est deiectus: sic & nos per gulã in foueã huius mundi cecidimus, ideo nãquã iteru eam

resumamus. Greg. Contraria contrariis curantur. Dicit namque Augu. Si Eva ieiunasset à ligno, non isto indigeremus ieiunio: ægrotamus per gulam, sanamur per abstinentiam. quia non ieiunauimus, à paradiso cecidimus. Igitur nunc ieiunamus, vt ad paradysum redeamus. Secunda causa institutionis est propter vitæ nostræ decimationem, vt cum toto anno in comestationibus & carnalibus desideriis plus debito voluptati magis quam necessitati indulgentes viximus, soluentes tunc decimas anni, & in eodem abstinēamus & recuperemus quod aliis temporibus nos deliquisse nouimus. Ideo de cōse. dist. 5. ca. quadragesima. inquit Grego. Quadragesima summa obseruatione est obseruanda, quia ipsi dies decimæ sunt anni. Iubemur etiam ab omnipotenti deo dare decimas omnium, quæ possidemus: sic & decimas dierū, vt vnusquisque in quantum virtus suppetit, carnem maceret, desideria affligat, & concupiscentias turpes interficiat, hostiam viuam offerat. Rom. 12. Obsecro vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctā, deo placentē. Tertiō institutū est ieiunium propter peccatorum satisfactiōe, vt peccata quæ per voluptates, & delectationes carnales commisimus, per abstinentiæ afflictionem emendemus. De quo Orig. Dignum reor fratres, q̄ ab ipsis quoq; licitis abstinēamus, vt ea nobis quæ prius commisimus, illicita condonentur. Quid verō est condonari commissa, nisi ieiunio breui ieiunia redimi sempiterna in gehenna, vbi nūquam cibus est, vbi guttam aquæ diues postulat, & adhuc accipere non meretur? Quartō institutum est ieiunium propter spiritualiū profectuum promotionem, nam ieiunium deuotē exhibitum præparat locum omnium gratiarū & spiritui sancto. De quo Ber. Ieiunium non solum obtinet veniam, sed & impetrat gratiam: non solum delet præterita, sed etiā futura repellit. Act. 2. Discipuli ieiunium acceperunt spiritum sanctum. Glo. in tanta copia, quod vltierius mortaliter non peccauerunt. Propter quod dicit Hiero. in cano. 66. dist. vti nam. Vtinam omnipotenti ieiunare possemus, quod in Actibus Apostolorū die Pentecostes, & die dominico credētes fecisse legimus, cum spiritu sanctum receperunt. Sic tu si vis habere gratiam spiritus sancti. stude deuotē ieiunare. Dicit namq; Greg. Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia. Ecce ieiunium mentem eleuat: sed cibus grauat. Vnde Luc. 21. Attendite vobis, ne forte corda vestra grauentur crapula & ebrietate. Ideo Hier. Modicus & tempera

tus cibus animæ & carni utilis est. ¶ Dixi, secundō videndū est, cur nos eo tempore non ieiunamus, quo Christus ieiunauit, scilicet post baptismum eius. Nam sexto die mensis Ianuarij baptizatus est, & septima die ingressus est in desertū, & inchoauit ieiuniū. Respond. S. Tho. quod triplici de causa ieiunium institutū est. Primō ad reprimendas concupiscentias carnis: sed illo tempore motus illicebri lasciuia & petulantia sunt fortiores, sc̄. tēpore veris, propter quod & ieiuniū institutum est isto tempore, quia dicit Hiero. Per abstinentiā cibi & potus frigescit Venus. 2. Corin. 6. dicit Apof. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, &c. in ieiuniis & castitate, significans q̄ per ieiunium castitas conseruatur. Secundo ieiuniū institutū est ad delendum peccata. Ideo tunc principaliter debet obseruari, cum oportet homines à peccatis purgari: hoc est tēpus ante Pascha vbi passio domini deuotē est celebrāda, recolēda, & in eius memoriam eucharistia sincero corde fumenda: vt in die Paschæ per Apof. exhortamur. 1. Corin. 5. Expurgate verus fermentū, vt sitis noua conspersio. Tertiō ieiunium est institutum ad eleuationem mentium in deum, vt dictū est. Sed autē festum Paschæ oportet maximē eleuari mentes ad memoriam passionis & ad gloriam resurrectionis. Propter quod ieiunium isto tempore est institutum ab ecclesia. De qua institutione habetur in cano. de conse. d. 3. placuit. Placuit vt omnes fideles exceptis diebus dominicis in quadragesima ieiunent, & ibidem. c. non liceat. Non liceat feria quinta fratres nouissimæ septimanæ ieiunium soluere, & omnem quadragesimam exhonore. ¶ Sed dices: Quare Ecclesia instituit ieiunium per quadraginta dies? Respond. Primō vt doleamus & pœniteamus, quicquid in quatuor euangelistis & decem præceptis transgressi sumus. Secundō vt nos capiti nostro Christo conformemus, quia iste numerus ab antiquo mysterio est consecratus. Nam 40. annis paut deus filios Israël in deserto: 40. septimanis fuit in virginis utero: 40. mensibus prædicauit in mundo, & 40. diebus ieiunauit in deserto, 40. horis fuit in sepulchro, 40. diebus consumpta est omnis caro volucrum, animalium, & serpentium, exceptis paucis quæ erant in arca. Ergo in istis 40. diebus & nos abstinere debemus. Sed heu iam multi sunt quos diabolus tentat de gula, & hoc quinque modis, vt habetur in cano. de conse. d. 5. quinque modis. Quinque modis nos vitium gulæ tentat, qui continentur in isto versu. Præpropterea laurē, amaris, ardentē, studiose. Primō cum quis præuenit tempus

& anticipat horam prædij, & sic peccauit Ionathas 1. Reg. 14. Vnde debita hora prædij quadragesimæ est hora nona qua Christus expirauit. Et illam horam non debet quis præuenire sine causa, vt aliqui faciunt. De quibus dicit cano de conse. di. 1. Solent plures, qui se ieiunare putant in quadragesima, mox vt signu audierint ad horam nonam, manducare. Qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducauerint, quam vespertinum celebratur officium. Concurrentum enim est ad missas, & auditis missarum solemnibus, & vespertinis officiis, largitis eleemolynis, ad cibum accedendū est. Si verò aliquis necessitate constrictus fuerit vt ad missam venire non valeat, æstimata vespertina hora completa: & oratione sua præmissa: ieiunium soluat. ¶ Secundus gradus gula est, laute & delicate comedere: nõ causa necessitatis, sed voluptatis. Sic excesserunt filij Israël. Num. 11. qui non fuerunt contenti manna, sed perierunt carnes causa voluptatis & gulosi appetitus: quia dicit Aug. Non cibus sed appetitus est in culpa. Tertius modus gula est nimis comedere, vt mensura quis excedat: & sic peccauerunt Sodomitæ. Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius. Contra hoc dicit cano de conse. di. 2. Sine tibi quotidiana ieiunia refectio satietatē fugiens. Nihil enim prodest tibi biduo vel triduo transmissio vaçuū portare ventrem, si pariter obstruatur. Quartus modus est ardentem concupiscere, vt faciunt qui cum cibaria in mensam venerint, statim absq; oratione & vllõ signo crucis deuorant. In hoc excessit Esau Gene. 21. qui ita ardentem concupiuit cibum lenticulæ, quod vëdidit primogenita. Aug. Non vltus rerum, sed libido est in culpa. Quintus modus gula est studio se præparare cibaria cū diuersis saporibus: & missas & prædicationes, cibum, s. mentis & animæ, negligere. In hoc excesserunt filij Heli 1. Reg. 2. Qui accipiebant, carnes crudas vt studiose præpararent. Sic si de vitio gulositatis quis impugnat fuerit, respondeat diabolo per sacram scripturam, quia dicit Greg. Vniuersa nostra munificatio consistit in sacro eloquio. Sic igitur scriptum est: *Nõ in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei.* quasi diceret, Tu suades de cibo corporali & non spiritali, cum tamen quia homo constet ex duplici natura, s. corporali & spiritali, animæ, s. & corpore: duplici indigeat cibo: anima nanq; indiget cibo secundo, scilicet cibo mentis, de quo tu tacet: ideo tua persuasio est magis tentatio quam compassio. ¶ Tertio videndum dixi, qualiter nostrum

ieiunium debeat fieri. Pro quo notandū, quod ieiunium debet fieri quatuor modis. Primò cū plena cõuersione ad Deū. De quo Ioel, 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu. Parum enim est abstinere à cibis, & non à vitiis. Isa. 58. In die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis: ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nunquid tale est ieiunium quod elegi? quasi diceret: non. Isido. Qui abstinent à cibis & non à vitiis, damones imitatur, quibus efca non est, sed semper nequitia adest. Ideo dicit: Conuertimini ad me in toto corde, & non in dimidio: sicut illi qui ieiunio volunt placere deo, & in peccatis manere, & displicere. Contra quos dicitur Eccle. 1. Ne accesseris ad Deum duplici corde, & ibidem cap. 2. Vx duplici corde, & peccator terram ingredienti duabus viis. Nam Osee 10. dicitur Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Et dicit in fletu & plactu. Nam homines fient duplicibus de causis. Primò cum charus amicus moritur: & sic anima chara per peccatum est mortua. Ezech. 18. Anima que peccauerit, ipsa perietur: & si plangis corpus amici mortuū, magis debes desistere animæ propriæ mortem. Secundò flet aliquis cum magnum thesaurum perdit: sic & stendum est pro pretioso thesauro animæ, pro qua pater tradidit filium, & filius dedit sanguinem suum & spiritum: Vnde Marth. 16. Quam dabit homo commutationem pro anima sua? q. d. nullam. Idcirco sic debet fieri ieiunium, vt prius ieiunetur à vitiis, diende à cibis, de conse. dist. 7. nihil. Nihil prodest ieiunare homini, vel orare, & alia bona opera facere, nisi mens subrahatur ab iniquitate. Quapropter dicit Bern. Si sola gula peccauit, sola ieiunet, & sufficit. Si autem peccauerunt membra cetera, cur nõ ieiunant? Ieiunet ergo oculus ab illicito visu, auris ab auditu, manus à tactu, cor à prauo desiderio. Quia habetur in Cano. de pœn. dist. 1. mēsuram. Non valer abstinentia ciborum sine mortificatione vitiorum. De quo Bern. Sine vera cõuersione ad Deum, nullus poterit accessus ad vitam. Nam sicut totum cor est peruersum in affectionibus, sic ad Deum debet esse cõuersum simul cum membris, que arma fuerunt iniquitatis, quibus pœna debetur pro qualitate commissorum. Secundò ieiunium debet fieri pura intentione, quia Magister dicit in 1. distinct. 60. cap. 1. A cū simpliciter mali sunt, qui peruersam intentionem habent. Ratio. Grego. 28. Moralium, cap. 34. Intentio præstituit fundamentum operi nostro, nõ mala intentio facit opus

opus bonum nō valere. Ber. Intende in deū & propter deū, in omni actione bona da deo honorē, & tibi humilitatem: sic & de ieiunio. Tertium ieiunium debet fieri cum conscientie purificatione, quia dicit Chryf. Non valet opus abstinētiæ, sine munditia conscientie. Isa. 1. Lauamini, mundi estote, auferite malū cogitationum uestrarum ab oculis meis, eō quōd scribitur Ecclē. 34. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eū, quid proficit lauitio illius? Sic homo qui ieiunat à cibis, & non à peccatis, talis cibatur diabolus, vt dicit Petrus Rauca. Ieiunantibus nobis diabolus esurit, qui nostris semper fatiatur culpis: ex quibus capit satietatē, quādo voluntatem percipit, hoc est, quando peccator eius voluntatē facit. Quartū ieiunium debet fieri cum virtutum multiplicatione. De quo Leo papa: Abstinētia solā nō est fructuosa, nisi addantur cetera opera bona, scilicet elemosyna & humilitas. De humilitate dicitur Psal. 34. Humiliabam in ieiunio animā meam: aliās non prodest ieiunium, vt dicit Hier. Quid prodest corporis abstinētia, cum intus anima tumescit superbia? Item ieiunium debet fieri cum elemosyna: quia dicit Casarius: Ieiunium sine elemosyna est sicut lucerna sine oleo. Ideo Isa. 58. Nōne hoc est ieiunium, quod elegit: frangē esurienti panē tuum, & egenos vagosque; induc in domū tuā, cum videris nudū, operietum, & carnem tuā ne despexeris. Nam secundum Ambrosium illud ieiunium dominus approbat, quōd ad oculos eius minus elemosynarum leuat. ¶ Dixi, quartū videndum est de ieiunio, qui ad hoc obligentur. Et respondet sanct. Tho. in 2. 2. q. 14. arti. 4. Omnis Christianus qui venit ad tertium septennium, id est, ad 21. annum, tenetur ad hoc ieiunium ex statuto Ecclesiæ, vt semel in die comedat cibum quadragesimalem. Quoties in die comedit ex cōtempnū vltiā semel, toties frangit ieiunium, & venit contra Ecclesiæ statutū. Et dicit notanter comedit: per quod innuitur cibum sumptus ad nutritionē. De aliis vero quæ manducantur vt medicamētum, secus est. Nam cibi sunt quadruplices. Primus est cibus qui principaliter ordinatus est ad nutriendū corpus, vt sunt panes, pisces, pulmentaria, ficus, vua, amygdala, pyra, poma, nuces non coactæ, & omnia similia: de quibus non licet manducare extra horam vnice comestionis: & qui secus facit, agit contra statutum Ecclesiæ, & soluit ieiunium. Secundus cibus est, qui manducatur non per modum nutrimenti, nec nutrit corpus, sed sumitur per modum medicamenti expellens superflua corporis, vt sunt pilulæ & similia: & talia nō soluent ieiunium Ecclē.

clesiæ, licet naturæ. Tertius cibus est, qui nō nutrit de se, sed sumitur vt medicina ad alterandū cibum sumptū, vt melius digeratur, sicut zinziber & muscatum & species aromaticæ. qui enim de illis sumeret ex causa iam dicta, non per hoc veniret contra Ecclesiæ statutū. Quartus cibus est confectionū & electuariorum. De his S. Tho. super 4. Sent. dicit: Si aliquo modo nutriant, non tamen principaliter assumantur ad nutriendum, sed ad digestionē ciborum, non soluent Ecclesiæ ieiunium: nisi adesset immoderata libido, vel fieret in fraudem: vt si eis in magna quantitate vteretur, vt aliis cibis ad famem extinguendam. ¶ Sed dices, Quid de potu? an per potum soluatur ieiunium? Responder S. Thom. quōd Ecclesia instituendo ieiunium, non intendit interdicerē, nisi binam manducationē: sed sumptio potus non est manducatio. Igitur qui potat extra horam vnice comestionis, nō dicitur propter hoc bis manducare, nec ideo dicitur statutum Ecclesiæ frangere, nisi in fraudem faciat, vel immoderato potu vtratur, quia sic posset peccare & meritū ieiunij perdere, sicut ille, qui immoderatē in vna comestione cibū sumit. ¶ Sed dices, Sūntne aliqua personæ quæ possunt excusari de præcepto obseruantie huius vel alterius cuiuslibet ieiunij? Responder S. Tho. super 4. Sent. quōd sic: sed in is, vbi est legitimum impedimentū, & rationabilis causa. Et primi qui excusantur, sunt pueri, iuuenes, qui nondum attigerunt 21. annum, quia tales sunt in statu augmenti, & indigent cibo. Conueniens tamen est, vt etiam hoc tempore ad ieiunandū se exercent, plus vel minus secundum modum suæ ætatis & possibilitatis. Iuniorque verō religiosi in soluendo ieiunium debent se submittere discretioni prælatorum. Secundi sunt infirmi, qui etiam non tenentur propter debilitatem virtutis naturalis. Nam infirmus nimis grauaretur, si deberet vna vice simul sumere quod sufficeret per diem naturalem. Et etiam propter cibaria ieiunantium, quæ cōmuniter periculosa sunt infirmitati, & etiam propter horam comestionis, quæ commodē ab infirmis non potest seruari. Sed dicitur quod pro quanta & quali infirmitate ieiunium soluendū sit, super hoc standum est iudicio boni viri. Sed tamen Tho. videret innuere quod si est tanta & talis quōd euidens est, quōd non comparitur ieiunio, vel quōd ieiunium esset in augmentū infirmitatis & in periculū corporis, tunc infirmus per se posset soluere ieiunium. Si autem hoc sit dubium, tunc standum est iudicio periti medici vel discreti viri scientis noscere causam morbi, quia ieiunium non semper nocet



nocet infirmis: sed saepe prodest, vt natatur in collecta de ieiunio, in qua dicitur: Vt hoc solemne ieiunium quod animabus corporibusq; curandis salubriter est institutum. Tertij qui excusantur, sunt pauperes, qui non possunt semel habere in hora comestionis, quod sufficeret ad victum vnus dici: vt sunt ostiatim mendicantes. Si verò semel possunt habere quod eis sufficiat ad vnam comestionem, nō excusantur propter paupertatem à ieiunio Eccl. Quarti sunt laboratores, de quibus S. Tho. Si sint serui & rustici obligati suis dominis ad laborandum, & talē laborē non possunt sufferre cū ieiunio, excusantur. Si autē voluntariē sibi vel aliis laborāt, est distinguendū: quia si sine labore aliunde possunt sibi sufficere quo ad necessaria vitæ, tunc tenentur ieiunare. Si autē nō possunt nisi laborent, & tamen cum minori labore quā totius dici, vt vsq; ad meridiē, possunt acquirere quod habeant cū his quorum curā gerunt, adhuc tenentur ad ieiunium. Si autē nō possunt laborare quòd victū sibi & suis necessariū acquirant, nisi ieiunium frangant, nec possunt aliunde acquirere de quo viuā: tunc possunt secundū dispensationē sui sacerdotis ieiunium soluere, & laborare pro acquisitione necessariorū vitæ. Ex illo patet, quòd intentio maioris lucri non necessarij nō excusat homines à peccato, si propter hoc ieiunium soluant. Similiter qui cōducunt operarios & pactū ponunt vt ieiunium frangant, vt plus atq; fortius laborent, peccant nisi festinantia operis necessarij hoc requirat, vt propter hostes aut propter inundationes aquarū, aut propter aliquā aliam huiusmodi causam, propter quā res destrueretur & periret, nisi festinanter occurreretur. Quinti qui excusantur, sunt peregrinantes. De quibus S. Tho. Si peregrinatio commodē differri potest aut dimini absq; detrimento, nō sunt propter hoc ieiunia ecclesiastica prætermittenda. Si autē immineat necessitas statim peregrinandi, & magnas dietas faciendi, & simul cū hoc ieiunia non possunt obseruari, non obligatur homo ad ieiunandum. Videtur tamen, quòd in talibus recurrendum est ad dispensationem superioris: nisi fortē alicubi non esset consuetū, quia prælati dissimulantes videntur assumpta annuere. Sed peregrinatio voluntaria non excusat dimissionē ieiunij Ecclesiæ. Si verò imponitur à cōfessore, tunc coaptandū est tempus, vt absque ieiunij fractione fiat. Si verò ieiunium occurrit infra tempus peregrinationis, temperandus est labor vitæ, vt ieiunium simul possit obseruari: quia non videtur causa sufficiens transgrediendi genērale præceptū Ecclesiæ illud, quod voluntariē

tarie assumitur ab homine, aut quod imponitur à simplici sacerdote. Sexti sunt mulieres prægnantes siue lactantes: si enim necessitas debilitatis corporalis impedit eas, nō tenentur ad ieiunium: quia debent accipere cibum non solum pro se, sed etiam pro nutrimento fetus: & etiam quia prægnantes variā solent habere desideria ciborum diuersorum: vbi dum timetur probabiliter de periculo earum vel abortu, nō solum possunt, sed semper tenentur soluere ieiunium. Sed dices: Vtrum uxores propter prohibitionē virorū debeant dimittere ieiunium? Respondet Innocentius: Licet dimittere debeant vota, non tamen ieiunia ab Ecclesia instituta: nisi fortē propter scandalū vitandū, & tunc sacerdos dispensare possit, vt so. dist. vt cōstitueretur. Sed dices, Vtrum ieiunia possent redimi? Respondet Innocen. Ieiunia Ecclesiæ nō possunt redimi nisi causa necessitatis: sed ieiunia vultaria possunt redimi etiā sine vlla causa, & intermitti, quæ etiā in penitentiā imponuntur, redimi possunt autoritate superioris, vt patet extra de voto & vo. redemp. ca. magnæ, & duobus sequentibus, & dist. 83. c. presbiter, in fi. ¶ Dixi, quartò videndum est de ieiunij utilitate, quæ est multiplex. Primò per ieiunium offensa dei placatur. De quo Ionæ 3. cū ciuitas magna Ninive interire debebat, tūc prædicauerunt ieiunium tribus diebus hominibus & iumentis. Et subditur ibidē, Vidit Deus opera eorum quia conuersi sunt de via mala, & misertus est Deus super malitiam quā locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. Sic etiā habetur Hester 4. quòd Hester tribus diebus ieiunando sententiam de morte Iudæorum datam reuocauit. Secundo per ieiunium oratio exauditur. Isido. Per ieiunium oratio penetrat cælum 1. Esdr. 8. Ieiunauimus autē & rogauimus Deū nostrum pro hoc, & euenit nobis prosperè. Nā dicit Petrus Rauē. cū per ieiunium caro maceratur, spiritus expeditior ad contemplationem redditur. Nam aues pingues sunt tardioris volatus. Ideo instituit Ecclesia vigiliis & ieiunia in profestis magnis, cū deuotioni & orationi insistere debemus. Ideo Hierony. cōtra Iouini. dicit: Nihil ita subtiliat hominis ingenium, sicut parcitas cibi & potus, & ieiunium ritè seruatum. Et dicit non pariter ritè seruatum, propter indiscretum ieiunium. De quo Hierony. De rapina holocaustum offert, qui corpus immoderatè per ieiunium castigat, quia id quod est ad necessitatem conseruationis vitæ hominis, non est subrahendum, eò quòd dicit Apostolus, Rationabile sit obsequium vestrum. Roma. 12.

¶ *Dominica Reminiscere.*¶ *De quatuor præclaris virtutibus Cananea mulieris. Et quam vtili dissimulatione, orantem Christus aliquantisper sit auersatus.*

## ENARRATIO I.

**M**iserere mei Domine fili David Matth. 15. ¶ In summa Euangelij duo innuuntur. Primò innuitur virtuositas mulieris supplicantis. Secundò subiungitur pietas exaudientis. Primò patet in principio. Secundum ibi: *O mulier, &c.* De primo dicit: *In illo tempore, scilicet cum Christus cibauit quinque milia hominum, quinque panibus & duobus piscibus.* Post hoc iussit discipulos suos ire trans fretum, & venit in terram Genezareth, vbi Scribæ scandalizati fuerant in doctrina, cum Christus dixit: Non lotis manibus manducare non coinquinat hominem. *Tunc egressus igitur Iesus, de terra Genezareth, relinquens obstinatos Iudæos, secessit in partes Tyri & Sidonis, ciuitate Gentiliū.* Dicit Chry. In hoc fecit vt bonus venator, qui cum in vno loco non capit, ad alium se transfert. Et sic ipse cum in terra Iudæorum per rete verbi dei homines capere non posset, in terram Gentilium se transferebat. Nam cum Iudæi eam dei abominabantur, tunc corporalem suam illis præsentiam retrahere voluit, transferens se ad Gentes. ¶ Sed diceret: Tamen docuit discipulos, Matthæi 10. In viam Gentium ne abieritis. Respondet Chrysosto. Hoc est verum ad prædicandum. Igitur scribitur Marc. 7. Occultabat seipsum, quia dicitur ibidem: Et ingressus domū neminem voluit scire: & non potui latere: ipse enim inhiibebar discipulis inuitationem illorum & non receptionem, si per se viuerent. Nam & ipse sic recepit tres Magos, qui erant primitiæ Gentium. Ideo subdit: *Ecce mulier Cananea, scilicet natione à Canaan, qui fuit filius Cam filij Nohe, qui patrem derisit, Vnde de terra dicitur Cananea, quia ipse Cam primò eam inhabitauit.* *A sinibus illis egressa.* Chrysosto. Cananæi expulsi de terra promissionis fuerunt prudentiores Iudæis, quia isti Christū expellebant, ipsi verò suscipiebant. De quorum numero fuit hæc mulier. Pro quo nota, quod nulla res est homini tam bona & proficua, quin etiam possit ei esse damnosa, & econuerso. Verbi gratia. Lux bona res est, Gene. 1. Vidit Deus lucem, quod esset bona, & tamen sicut fanis oculis prodest, ita agris nocet. Similiter diuitiæ terrenæ scienti illis bene vti & expendere, quando & vbi oportet, profunt: & nescienti obsunt & nocent, vt dicit Ambr. Sicut diuitiæ sunt impedimenta reprobis, ita bonis sunt adiua mēta virtutis. Similiter sicut bonum

num vinum multum prodest homini sano & scienti, ita multum nocet ægro & febricitanti. Ita est & de mulieribus quia quædam mulieres leguntur fuisse exempla vitiorū, quædã verò inueniuntur exempla præbuisse virtutū. Nam prima mulier, s. Eua fuit exemplar inpterentiam, vxor Loth fuit exemplū inobedienciæ, Iezabel vxor Achab fuit exemplū idololatricæ & sic de multis aliis, ita econtra beata virgo fuit exemplar innocentie, Anna vidua fuit exemplum continentie, Cananea fuit exemplum virtutū & penitentiæ. Vnde de ista contrarietate admirans Orig. in Homi. dicit: Mira res mulier caput peccati, arma diaboli expulsi paradisi, mater delicti, corruptio legis antiquæ veniebat ad dominū Iesum. Nā sicut Eua præbuit exemplū peccati, ita hæc mulier erat nobis exemplū remedij. ¶ Nam quāuis fuit Gentilis, tamē cōmendatur quatuor virtutibus præclaris. Primò commendatur de fide, quæ notatur in hoc quod fuerat Gentilis, vt dicit Orig. Hæc mulier non fuit oraculis incitata, nec doctrinis salutaribus imbuta, nec Christi miraculis tracta, nec auditu edocita: tamen Iesum verum deū & hominē est confessa: dicens: *Miserere mei, domine fili David.* Nā eius fides probatur in multis. Primò in hoc quia ipsum per virtutem præsentem vbique veraciter credidit, & ideo dicit Chry. Non attulit filiam, sed fidem, nec rogat vt ad eam veniret, sicut regulus fecit. Ioan. 4. Nam ipsa cogitauit, Ipse est qui omnia nouit, absentia vider tanquam præsentia, omnipotens est. Vnde Beda in Homi. Solo verbo salutem posse dare credidit, cuius præsentia corporis nullam requirit, sicut nec Centurio. Mat. 8. Domine non sum dignus, vt intres sub tectū meū: Secundò patet eius fides in hoc, quia nullum aliū nisi Christum pro adiutorio inuocauit. De quo Orig. O prudentia firmata, nō est secuta vates fallaces, nō consuluit dæmones, nō quæsiuit inanes ligaturas, non confugit ad falsa præsidia, vt aliqui Christiani faciunt, qui à falsis varibus auxilium postulant, contra illud Leui. 19. Non declinetis ad Magos, nec ab hariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos. Et ibidem cap. 10. Anima quæ declinauerit ad Magos, & hariolos: & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Sic enim mortuus est Saül propter iniquitates suas. 1. Paralipom. 10. 19. eò quòd consuluit pythoniā. 2. Reg. 8. Et dicit August. quòd fuit: Samuël in propria forma, qui dixit Saūli: Cras tu & filij tui mecum eritis. Sic mortuus est Ochosis, 4. Reg. 1. eò quòd cōsuluit dōm Acharon. Quod Christianis hoc tempus

pote multò minus licet, vt habetur in Can. 26. q. 5. Non licet  
 Christianis tenere traditiones Gentilium, & obseruare vel  
 colere elementa, aut luna, aut stellarum cursus, aut inanem  
 signorum fallaciam, nec incautationibus herbarum quæ me-  
 dicinales sunt, aliquas obseruationes vel incatationes licet  
 attendere. Si quis autem Paganorum consuetudinem sequens  
 secus fecerit, quinque annis penitentiam agat. ¶ Sed heu  
 sunt aliqui allegantes: Tamea ita euenit sicut pythoussa di-  
 xit. Respondet Aug. in cano. 26. q. 5. nec mirum. Nec mirum  
 de Magorum præstigijs. His enim portentis per dæmonum  
 fallaciam illuderetur curiositas humana, quando id impuden-  
 ter appetit scire, quod nulla ratione eis competit inuestigare.  
 Hæc potestas ideo datur immundis spiritibus, vt peruersos  
 sibi aptent, hoc est prauos homines, & seducant illos qui sper-  
 nunt veritatem, & credunt mendacio. De quibus 2. Timo. 4.  
 Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed  
 ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auri-  
 bus, & à veritate quidem auditum auerrent, ad fabulas autem  
 conuertentur. Et tales credentes talia præstigia graui-  
 ter sunt puniendi, vt dicit Cano. 26. q. 5. Si quis. Si quis cle-  
 ricus aut monachus vel secularis diuinationem vel augu-  
 ria esse crediderit obseruanda, vel sortes quas mentiuntur  
 esse sanctorum quibuscumque putauerit esse intimandas cum  
 his qui crediderint eis, ab Ecclesiæ communionem pellatur. Si-  
 militer habetur ibidem: Qui diuinationes experunt, & mortem  
 gentilium subsequuntur, vel in domos suas huiusmodi ho-  
 mines introducunt exquirèdo aliquid arte magica, aut experi-  
 endi causa, sub regula quinquennij jaceant secundum gradus  
 penitentia diffinitos. Idcirco non decet Christianum aliunde  
 auxiliu petere quam à Christo, iuxta illud Ps. 59. In deo facie-  
 mus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Do-  
 cuit namque Apost. ad Colo. 3. Omne quodcumque facitis in ver-  
 bo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Chri-  
 sti. Cuius exemplum habemus in hac muliere, quæ clamauit ad  
 Iesum, dicens: *Miserere mei domine fili David* quasi diceret: David  
 in misericordia cõsecutus est regnum, & sic tua misericordia  
 super oia opera tua. Ergo *miserere mei*. David psallendo fugauit  
 diabolũ vexantem regem Saül: & sic tu prædicãdo in Psalterio  
 decem chordarum expellis dæmonia. David dimissis ouiculis  
 patris iuit & liberauit fratres in Israël de manu Goliath: sic &  
 tu fili David relictis ego ouiculis, id est, nouem choris angelo-  
 rum, venisti ouem errantem quærere. *Ece filia mea est etiam*

ouic

ouicula errans & rapta à lupo, i. diabolo. Et hoc est quod di-  
 xit: *Miserere mei domine fili David, filia mea male à demonio vexatur.*

¶ Nota, diabolus hominem vexare potest, ex se autem vince-  
 re non potest nisi volentem, vt patet per Amb. 15. q. 1. c. non  
 est: Nemo nostrum tenetur ad culpam nisi propria voluntate  
 se deflexerit. Voluntarium sibi militem elegit Christus, volũ-  
 tarium seruum sibi diabolus actionatur. Neminem iugo ser-  
 uitutis alitricum possidet, nisi se ei prius peccatorum ære ven-  
 diderit. Nam licet ex permissione diuina habet potestatem in  
 corpore, non tamen in anima, vt patet Job 1. & 2. qui fuit pla-  
 gatus in corpore à dæmonio, tamen dominus deus dixit: Ani-  
 mam eius serua. Et similiter patet de S. Anton. qui corporaliter  
 fuit vexatus à dæmonio: sed nil detrimenti passus in ani-  
 ma. Et sic quia filia huius mulieris male vexabatur à dæmo-  
 nio, mater clamabat: *Miserere mei*, quasi diceret, secundum Orig.  
 Pars corporis mei violatur, quæ prius erat filia mea, iã est fa-  
 cta dæmonis esca, eius pœna est mihi dolor, ipsa patitur ego  
 deficio: video cornu eius aspectu, manibus crines spargi, spu-  
 mas de ore fandi, audio eius luctu, nõ audeo illi appropinqua-  
 re, non ausa sum contingere, prohibet me pauor. Idcirco *mise-  
  
rere mei* fili David: quasi diceret: Non me respicias, peccatricem,  
 sed misericulam, tu es deus qui secreta quæque nostri confide-  
 ra dolorem quem patior non culpam qua rea tenor. Non se-  
 cundum meam iustitiam mihi facias, te deprecor, sed secun-  
 dum tuam magnam misericordiam. ¶ Sequitur: *Qui non respon-  
 dit ei verbum*. Orig. O mirum & inauditum negotium: Hæc fle-  
 bilis mulier obsecrat, clamat, plorat: & consolator omnium,  
 Iugentium non respondit ei verbum. Sed quare hoc? Respondet Be-  
 da, dicens: Distulit responsonem suam non ideo, quod mis-  
 erorum preces despiceret, cum dicat Ps. Desideriu pauperum  
 exaudiet dominus. & quod plus est, preparationem cordis eo-  
 rum audiuit auris tua. Sed ideo tacuit fons vitæ, & medicus  
 protraxit medicinã, vt demonstraret huius mulieris perseque-  
 rantiam nobis semper imitabilem. Secundo distulit beneficiũ  
 curationis, vt cũ maiori gratiarũ actione reciperet. Tertio se-  
 cundum Hiro. vt desiderium eius plus accederet. Prouer. 13.  
 Spes quæ differtur affligit animam. Quarto, vt discipulorum  
 animos ipsa excitaret, atque vt ipsi exinde ad intercedendũ  
 pro ea plus moueretur: nobis in exemplum, vt ad sanctos dei  
 conuertamur, iugiter eorũ auxiliũ impetando, iuxta istud  
 Job 5. Ad aliquem sanctorum conuertere. Bernar. Si hic mor-  
 tales existentes orauerunt pro peccatoribus, quanto magis

cūm immortales sunt? quia beatitudo in patria charitatem non minuit, sed auget. ¶ Sed hodie, secundum Chriſto. Deus duplici de causa differt exauditionis misericordiam. Primò vt desideria augmententur. Secundò, vt habita chariſſi possideantur. Ideo Aug. Si dominus dona sua tardius dat, ipsa commendat, & non negat, quia citò data vileſcunt. Dicit Gre. Sancta desideria si dilatione deficiunt, desideria non fuerunt. Itē distulit, ne darētur occasio Iudæis Christum calumniandi, si Gentiles prætulisset eis in docendo & sanando: & ideo ipsi fidei eius suscipere iuste recusarent. Ideo subdit: *Et accedentes discipuli rogabant eum, dicentes: Domine dimitte eam, quia clamat, post nos.* Hiero. Discipuli ignari diuini mysterij, & misericordia moti, rogauerunt, *Domine dimitte eam*, scilicet quam tenes nō exaudiendo. Nam discipuli erubescabant, quòd mulier clamabat post eos. *Quibus ipse respondens, ait: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël.* id est, à Iudæa. Vnde S. Thom. part. 3. q. 42. art. 3. Christus missus fuit ad prædicandum Iudæis, quia fuit eis specialiter promissus: Isa. 19. Mittere eis saluatorem & propugnatorem, qui liberet eos. Et hic ordo erat debitus propter cultum vnius dei: Ideo dicit: *Non sum missus nisi ad oues.* Orige. ex. clamat ibi, dicēns: O domine quid est hoc verbum? quæ est ista excusatio? Nunquid es homo factus vt tantum vnum animal saluares plebis Iudaicæ, & integrum mundum relinqueres? videlicet Pontum, Asiam, Aegyptum, Ciliciam, Capadociam, & cæteras partes Lybiæ, & de Hierusalem tantum curares? Nōne vides iniuriam patris tui in falsis simulachris: an non prophetae vulgauerunt, s. Psal. 2. Postula à me & dabo tibi Gētes. Isa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, &c. Et subdit in die illa radix Iesse, qui stat in agnūm populorū, ipsūm Gentes deprecabuntur. Et Iacob: Ipse est expectatio Gentium. Gene. 40. Malac. 1. Ab ortu solis vsq; ad occasum magnum est nomen meū in Gentibus, & in omni loco sanctificatur & offertur nomini meo oblatio munda, &c. Psal. 46. Omnes Gentes laudate in tribus. Et Matth. 11. Itē & docere omnes Gentes. Et nūc hæc misera Gentilis rogat & obsecrat pro filia, & tu dicis, *Non sum missus, &c.* Venit Centurio rogans, dedisti veniam, & dixisti, Curabo seruum tuum. Paralyticos sanasti, leproſos mundasti, mortuos suscitasti, solam hanc mulierem miseram Cananitam respicis deprecantem & dicentem: *Domine fili David miserere mei.* ¶ Secundò commendatur hæc mulier de purissima patientia, quæ ideo dicitur purissima, quia nihil verecundia vel doloris, nil timoris vel superbia, nil murmuris

ris vel grauitatis admixtum habebat, cūm ad petitionē eius Christus nihil respondit. Vnde Beda: Habuit hæc mulier patientiæ virtutem, quæ ad primam petitionem domino ei non respondente verbum, nequaquam cessauit: sed ampliori instantia auxilium pietatis eius implorauit: dans nobis exemplum, vt in conuitiis & iniuriis non statim exacerbemur, nec à precibus piis & orationibus cessemus, si quod volumus & petimus à domino, nō statim præstatur: sed sine intermissione oremus, quia multum valet oratio iusti assidua, Iaco. 5. Exemplum huius dedit nobis Christus de amico petente tres panes. Luc. 11. Tertiò habuit hæc mulier constantiam validissimam & humilitatem probatissimam. Nōnne fuit cōstantia valida & humilitas probata, quæ nec spretu nec vituperio deturci poterat & infringi? Iam rogauerat clamando & Christum verum hominem confitendo. Iterum: propius venit maiori desiderio cordis, adorauit eum firmiori fide diuinitatis, atq; quem prius hominem filium David contestabatur, iā & Deū confiteretur, dicens: *Domine adiuua me*, quasi diceret, domine rex regum, qui contines thronos cælorum, & abyssus intueris, adiuua: quia tu potes, & nemo præter te. Et tamē ad omnia ista durius respondit incarnata Dei sapientia, dicens: *Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus ad manducandum.* Nec adhuc his quidem verbis infringi potuit deprecantis constantia exacerbari patientia, humilitas cōculcari, neq; fides violari: sed eam tenuit diuina potentia, regulauit sapientia, & indulcorauit clementia, vt non solum Christi opprobrium tolleraret patienter, verum & dictum eius confirmaret gaudenter dicens: *Etiā domine: nā & catellis edunt de micis.* ¶ Vnde quater hæc mulier per Christum fuit probata in humilitate & constantia. Primò in duabus petitionibus, ei non respondendo nec exaudiendo. Secundò ipsam cani comparando. Tertiò pane cibo communi indignam dicendo. Quartò à consortiō filiorum repellendo. Vnde Beda: Habuit nanque eadem mulier cōstantiæ & humilitatis insigne pretium, quæ canibus comparata à domino ab instantia precandi non destitit, nec à speranda pietatis munere mentem reuocauit, sed susceptam libenter amplexata est contumeliam. Et non solum se canibus similem non est, sed & catellis comparandam se adiungit. Confirmat nanque domini sententiam, dicentis: *Non est bonum, i. congruū sumere panem fil. & mittere canibus.* respondens: *Etiā domine, i. veraciter ita est vt asseris. Quia non est bonum sumere salutem plebi Israël cælitus destinatam, & dare eam Gentili-*

bus, sed tamen cum addidit: *Nam & cat. ill. elat. de mltis. p. tude* rissimè demonstrat, quantam humilitatem, qualem iustus peccatoris sui habuerit constantiâ, quâ indigna fuit integris dominicæ doctrinæ epulis: signis & miraculis quibus Iudæi vtebantur abundè. Sed quantalacique gratia ei foret à domino impertita, hæc sibi sufficere ad salutem posse putant dicens: *Nam & catell. q. d. non mereor panem, nec sedere ad mensam, cum non sim filia, sed canis*, sed tamen sum omnino repellenda. Sed peto, vt colligam micæ panum; id est cõsequar minimam gratiam, vt sanes filiam meam quæ est quasi mica respectu miraculorum quæ fecisti Iudæis. Certè inspirata fides apertius hoc illam recognoscere & profiteri edocuit. Eccl. 35. Oratio humiliantis se, nubes penetrat. Verè huius mulieris oratio humilis quasi nubes penetrauit carnè, s. assumptæ humanitatis: & peruenit ad cœlum, s. diuinitatis. Et ideo attingere meruit à Christo vocem iucunditatis. Et est secundum membrum, in quo innuitur pietas Christi exaudientis, & dicentis: *O mulier cui non sanguis & caro reuelauit ista, sed pater meus qui est in cœlis. magna est fides tua.* Reuera maior quàm archisynagogi. Matth. 9. qui dixit: Veni, impone manum tuam super filiam meam, & viuet. Item maior quàm Marthæ quæ dixit, Ioan. 9. Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Fuit enim fides eius tanta, quòd meruit accipere quod petiuit. Ideo subdit: *fiat tibi sicut vis*, quasi diceret, esto curata, iuxta voluntatem tuam fiat tibi: *Et sanata est filia eius ex illa hora*, id est, perfectè sanata, quia in corpore & anima. Vnde Bernar. super Gau. Homil. 33. Magna fides mereretur magna. Quantum enim in bonis domini fiduciæ spectu posueris, tantum possidebis.

¶ De eo quòd mulier Canana dixit: *Miserere mei, &c. & Domine adiuua me. Item quòd Christus dixit: O mulier magna est fides tua. Et quòd aduersus desperationem presens remedium asserat diuina misericordia fida recordatio.*

## ENARRATIO II.

**M**iserere mei domine fili David. Mat. 15. ¶ In hoc Euangelio tria sunt verba notabilia. Duo dixit mulier Canana, s. *miserere mei*. Et post magis appropinquando adorauit eum dicens *Dominè adiuua me*. Nam secundum Chrysof. prius dixit: *Miserere mei*. Deinde: *Adiuua me*. Quia prius petiuit gratiam operantem, deinde cooperantem. Nam prima gratia liberat à malo, secunda adiuuat in bono. Et hæc est via accedendi ad dominum. Tertium verbum dixit Christus ad mulierem: *O mulier*

magna

*magna est fides tua sicut tibi sicut vis*. Primum ergo verbum referamus ad incipientes, secundum ad proficientes, tertium ad cõtemplantes siue perfectos. ¶ Dixi primū verbum dicunt incipientes, s. *miserere mei*, hoc est, subueni graui vulnerei secundum magnam medicinam tuam. Graue est vulnus quo languet, sed ad omnipotentiam tuam cõfugio: de meo lethali vulnere desperarem, nisi tantū medicum reperirem. Et ideo elamo cū muliere: *Miserere mei fili David*. Nam tibi propriū est misereri & parcere & peccata dimittere. Nam sicut nō cognoscitur sol nisi in splendore, non ignis nisi in suo calore, non mel nisi in dulcedine: sic tu Deus non cognoscitur verè, nisi cū hoc verbum efficaciter impleueris, miserere. Sed cuius debes misereri? Respondeo, me: *Miserere inquam mei*: quia sum tuæ creationis factura, tuæ dulcedinis figura. Nam fecisti me ad imaginem & similitudinem tuam. Idcirco *miserere mei fili David*, tu es filius Dei patris secundum diuinitatem, filius virginis secundum humanitatem: qui in cœlis habes patrem sine matre & in terris matrem sine patre, cuius ex matre sumus fratres, & ex patre regni cœlorum cohæredes. Si ergo frater, quomodo poterit obliuisci fratris quin sui miseretur? *miserere ergo mei fili David* secundū carnem. Nam Dauid fortis manu, pulcher aspectu, mitis & benignus affectu valdè fuit: sed tu rex fortior, imò fortissimus in præsidio, pulchrior in misericordia, benignissimus in condonatione. Ioè. 2. Benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitiam. Eze. 18. In quacunque hora peccator ingemuerit, &c. Idcirco *miserere mei*, quia *filia mea*, i. anima mea vel conscientia malè à denotio vexatur, i. à peccato mortali grauius cruciatur: quia rationis lumen obnubilat, animæ pulchritudinem fœdat & cõscientiæ integritatè vulnerat. Sid diceres: *Quare mortale peccatū dicitur demonium?* Responderetur: Primo propter grauitatem peccati, quia tanta grauitatis est peccatum, vt spiritum aère leuiorè in plumbi vel lapidis vertit grauitatem. De quo Psal. 37. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Ideo defensorie dictū est diabolo, Isa. 14. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris: quæ dicebas in corde tuo: In cœlum conscendā, super astra Dei exaltabo solium meum, sedēbo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Secundo peccatum dicitur demonium propter deformitatem. Est enim tanta deformitatis, & conqueritur Psal. 2. Abominabiles facti sunt in

iniquitatibus suis. Nam omnē eius gloriā vertit in miseriam & confusione, Philip. 3. Gloria in cōfusione eorū, qui terrēna sapiunt. Tertio propter vilitatē. est enim peccatū tantæ vilitatis, quæcunque possidet ducit in nihilū: quia peccatū nihil est, id est, nulla entitas. Et ideo nihil efficiūt qui peccāt. De quo Ps. 4. Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus. Au. Si peccatū hæc mala fecit in angelo, quantō magis in homine? Vnde Iob 4. In angelis suis reperit prauitatem: quantō magis hi qui habitant domos luteas, qui terrēnū habēt fundamentum, consumētur velut à tineā, s. à peccato: Cū ergo peccatū mortale ex angelo fecerit diabolu, & diabolus primus in uētor peccati fuerit, sequitur quod qui peccat, vertitur in diabolū, nō natura, sed similitudine, ut arguit Ambr. Cuius quā opera facit, illius filius esse dicitur & est, sed quilibet peccator facit opera diaboli, ergo filius eius est: Sed pater cū filio eandē habēt denominationē: sic & peccatores cum diabolo. Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis habere. Et ergo necessariū est peccatoribus pœnitere volētibz, ne de Dei misericordia desperēt propter horribilē denominationem & peccati grauitatē, sed dicant, *Miserere meo domine fili David.* ¶ Nam sex faciūt hominē desperare, cōtra quæ pensanda est Dei misericordia. Primum est peccatorū magnitudo, & sic desperauit Cain. Gen. 4. Maior est iniquitas mea, quā ut veniam merear. Contra quem dicit Ber. Mentiris Cain, quia maior est Dei misericordia, quā quæuis nostra miseria. Ps. 85. Misericordia tua magna est super me. Reuera magna. Nūquid magnum fuit peccatū in cruce Dei filiū vulnerare: quod fecit Longinus, & tamē hoc peccatū per Dei misericordiā est illi dimissum. Au. Quid cōuerso nō ignoscitur, cū effusori sanguinis ignoscebar? Ber. Misericordia Dei est tā magna, quod omnis nostra malitia est sicut vna gutta respectu totius maris. deo dicit: *Miserere mei.* Secundū faciens hominē desperare, est peccatorum multitudo. Prou. 12. Impius cū in profundum venerit peccatorum, contemnit. Et sic Iudas desperauit, qui prius occiderat patrem & matrem, postea Christum tradidit: sed recordari debet talis misericordiæ Dei quæ est multiplicior, de quo Exod. 34. Dominator domine Deus misericors & clemens, patiens & multa misericordiæ & verus, qui custodis misericordiam in milia. Memorare igitur, quod Matth. 23. Seruo nequam dimisit decem milia talenta. Et recordare 2. Par. vii. Manasses, qui ait: Peccaui super numerum arenæ maris. Similiter memorare Mariæ Magdalent. De qua

qua Greg. Septem damonia habuit, i. vniuersis vitiis plena fuit: atamē dimissa sunt ei peccata multa, Lu. 7. & hoc ex immania Dei misericordia. Tertium faciens hominē desperare, est peccatorum turpitudine talis, quod etiā homo plerumque vercundatur illa cōfiteri. De quibus Eph. 4. Qui desperantes semetiplos tradiderūt impudicitia: in operationē immūditia omnis. Nā quæ in occulto sūt, turpe est dicere. Sed reminisci debet homo Dei misericordiæ, qui dixit Isa. 1. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erūt. Quartū faciēs desperare hominē, est tēporis lōgitudine, quæ homo diu iacuit in peccatis. Et sic Pharao desperauit. Exod. 8. Sed contra hoc est Dei misericordia, quæ prōpta est omni hora dimittere. Iuxta illud Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Et ideo tandiu distulit iustitiam, vt ostenderet suam misericordiam. Roma. 2. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit? Et Leo Papa: Pœnitentia quæ est dilata non denegatur, cū fuerit studiosius petita. Nam misericordiæ Dei nec numerum, siue mensurā possumus imponere, nec tempora diffinire, quia dicit Psal. 12. Misericordia domini ab æterno vsque in æternum, quia dicit Psal. 12. Nec temporis diuturnitas, nec breuitas, nec criminis qualitas vel quantitas, excludit à venia, si fuerit contritio perfecta & vera. Quantum est peccatorum reiteratio. Multi enim dum vident se recidiuare in peccatis, desperant, cogitantes illud ad Hebr. 6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cælestē, & participes facti sunt spiritui sancti, gustauerūt nihilominus bonū Dei verbū virtutēq; seculi vterū, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiā. Sed cōtra hæc recordare illius misericordiæ, de qua Mar. 18. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Aug. Qualis hic esset medicus, qui vultus reiteratū curare non posset? Nam scribitur Prouer. 24. Septies in die cadet iustus & resurget. Hieronym. Si cadit, quomodo iustus? si iustus, quomodo cadit? Et responder: Iusti vocabulum nō amittit, qui per pœnitentiā resurgit. Ideo verē pœnitens semper debet se conuertere ad Dei misericordiam, ne desperet. Vnde Psal. Misericordia eius super omnia opera eius. Dicit namque Gloss. super Iosu. 2. Paratus est vt saluet per elementiam, quos non potest seluare per iustitiam. Et sic incipientes debent inuocare suam misericordiam, dicētes: *Miserere mei domine, fili David.* ¶ Secundum verbum in euangelio contentū

est: *Domine adiuua me.* Aug. Proficientes operantur & laborant turbantur & sollicitantur in hoc seculo. Ergo opus est diuino adiutorio vt appropinquant cū muliere Cananæ: non passibus corporis, sed affectibus mentis, adorent reuerenter se humiliando & dicendo: *Domine adiuua me*, quia crucior in rerum dispensatione temporalium. 1. Cor. 4. Hic iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Sed ego *uō sum* ita fidelis vt debeo, ideo clamo *adiuua me*: vt sic tranſcā per bona temporalia, ne contrahā nomen avari, qui nunquam impletur pecunia, & non amittā bona, æterna. Secūdo conqueritur proficiens, quia fatigor in malorū hostiū congressione: ideo *domine adiuua me*, vt eripiar de manu inimicorū meorū. De quibus An. Inimici nostri sunt diaboli, qui inuidēt nobis de regno Dei. De quibus Eph. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, i. non aduersus homines, sed aduersus principes & potestates tenebrarum, i. infidelium, & aduersus spirituales nequitiae in caelestibus, i. aduersus diabolum & eius angelos. ¶ Ex quibus colligitur, quod mali homines sunt castra, ex quibus diabolus bonos impugnat, quia ipse dicitur princeps qui in castris residet. Item mali sunt ciuitates diaboli, in quibus seditionem excitat, videlicet lites, odia, & bella. Itē sunt schola diaboli, in qua omnem fraudem, dolum & nequitiam perditissimos suos docet. Quorum ipse rector dicitur nūquid regat vt saluentur, sed seducit vt secum damnentur. Item ipsi sunt vasa mortis, ex quibus bonos vulnerat & fagittat. De quibus Ps. 7. Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Sed quid vel quomodo fagittat, subdit: Ecce parurit iniustitiam, & concepit dolorē, & peperit iniquitatem. Talia enim diaboli vasa impugnant bonos, & ideo orant cū Cananæa dicentes: *Domine adiuua me* vt, s. fratribus meis viuat in vinculo veræ dilectionis. Eph. 4. Solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Et itē: *Domine adiuua*, vt portē ad eis vulnera veræ compassionis, & dicam illud 2. Corinth. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? *Adiuua*, vt semper eret eam apud eos ministerium sollicitæ actionis, sicut Martha, cui dixit Christus Lucæ 10. Martha Martha, sollicita es, & turbatis erga plurima, vt cum eis reficiat cibo & potu salutaris deuotionis, quam mihi dominus suggeret de floribus sanctarum scripturarum, & de auditione piarum prædicationum, & de inspiratione diuinarum gratiarum, vt dicam illud. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus, vt tandem perueniam ad patriam æternæ consolationis. In his omnibus

domine

*domine adiuua me.* Et tunc miseretur proficientem, vt impletur illud Psal. 142. In misericordia tua disperdes omnes inimicos meos, id est, remouens impedimenta & cooperans ad bona opera, per quæ merentur vitam æternam. Bern. Beati qui miserentur miseris, quoniā ita repēdetur eis. Mat. 5. Beati misericordes, quoniā misericordiam consequentur. ¶ Tertium verbū in hoc Euangelio contentū est: *O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* In his verbis alloquitur Deus animam contemplatiuam, desiderio caelestis patriæ, & tadio huius vitæ affectam. *O mulier*, id est anima contemplatiua, quæ dicitur mulier propter virtutum foræcunditatem, quæ Christo tot factus protulit, quod peccatores ad Christum doctrina sacra & exemplo bonorum operam & meritis conuertit. Item extollit eam a progressionis eius cursu virtuali, cum addit: *Magna est fides tua.* Sed quomodo & vnde magna? Respondetur, quod anima contemplatiua statum incipientium transcurrit velociter, ea quæ retro sunt obliuiscens: & in anteriora se extendit, dicens cum Apostol. ad Philip. 3. Omnia detrimentum feci & arbitror vt stercorea, vt Christum lucrifaciam. Statum verò proficientium defensauit viriliter, & in eo laborauit vtiliter dicens cum Psal. 68. Laborauit clamās, rauræ factæ sunt fauces meæ, defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum. Statum verò contemplatiuum comprehendit gaudentem, & possidet feliciter. Ideo à Christo commendatur veraciter dicente: *O mulier magna est fides tua.* Horum trium statuum perfectionem crebrius optauit Apostolus fratribus suis, dicens: Gratia & pax fratribus meis & charitas cum fide. Si enim charitas fuerit cum fide, ipsa te perducit ad pacē veram, plenam, solidam, & securam vbi nulla pestis, nullus hostis: ipsa enim est finis omnium bonorum desideriorum. Et quia anima contemplatiua credidit in Christum qui iustificat, in ipsum credidit mediatorē, sine quo nullus reconciliatur Deo: credidit in Saluatorē, qui venit quæere & saluare quæ perierat: credidit in eū qui dixit: Sine me nihil potestis facere. Ergo fides ista & charitas vera perduxerat eā ad pacē, i. ad vitā cōtemplatiuā in qua Deo facta est familiaris, ita amabilis, ita conformis vt voluntas eius vna sit cum voluntate Dei. Ideo meritò pro munere dicit illi: *Fiat tibi sicut vis.* Sed quid vis dulcissima Christi sponsa? quid desideras amplius, cum omnia ad nutum habes? te consolantur chori angelorum, & familiaris es in familiaritate eorum quid amplius queris? Respondet Orige. in Homil. dicens: Quid si sint mihi omnia

confo

consolutores, grauant me & non consolantur? Ergo eū querō & volo creatorem meū, grauis omnis creatura, nolo angelos videre, nolo cum angelis manere, sed cū Deo meo Iesu Christo, quem supplex oro, dicens cum Aug. Quasiui, & non inueni te domine: & amare desidero, auge desiderium meum, & da quod peto: quoniam si cuncta quæ fecisti dederis mihi, non sufficit, nisi dederis etiam temetipsum mihi, &c.

¶ *Dominica Oculis.*

¶ *Confessio peccatorum cur diabolo inuisa. Illius prestigia quibus vel pudorem vel timorem denique vel neglectum consistendi conatur obtrudere, quibus armis atque ingenio sint eludenda.*

## ENARRATIO I.

**E**Rat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. Luc. II. ¶ In summa Euangelij duo innuuntur. Primò Saluatoris potentia vigorosa. Secundò Iudæorum malitia inuidiosa. Primum patet in principio. Secundum ibi, *In Beelzebub.* De primò dicitur *In illo tempore.* s. cū Christus docuit discipulos dominicam orationem, & inuitauit discipulos instanter ad orandum dicens: Quis vestrum habet amicum? &c. Post hoc erat Iesus eiiciens dæmonium, ad designandum illud quòd scribitur Marc. 9. & Marth. 17. Hoc genus dæmoniorum in solo ieiunio & oratione eiicitur. Quia dicit August. Oratio est Deo obsequium, diabolo supplicium. ¶ Sed diceret: Quare legitur hoc Euangelium in quadregesima, & maximè dominica tertia? Respondetur quia quantò homo plus accedit ad Deum, tantò diabolus magis acrius infestat eum. Nemo enim ferè est, ut inquit Leo Papa, qui non hac ieiunij exercitatione profecerit, & in abdito conscientia aliquid quo rectè possit gaudere, contulerit. Hæc lucra perseueranti sunt seruanda custodia, ne in desidiarum labore resolutò quòd donauerit Dei gratia diaboli furetur inuidia. Ergo nobis hoc proponit euangelium, in quo recitatur quòd hominem possidebat dæmonium, vt eò ad custodiam nostram simus cautiore, quò nobis dæmones sunt infestiores. Sunt autem hodie tria signa facta per Christum in vno homine, secundum Hier. in Homil. Cæcus videtur, mutus loquitur, possessus à dæmonio liberatur. Mutus est enim omnis peccator, possidetur à dæmonio omnis hypocrita & simulator, cæcus iam efficitur omnis vitiorum amator. Et hoc, quia quilibet talis à dæmonio possidetur. Et de his ait euangelium præfens. Ratio Hier. quia quòd tunc carnaliter semel factum est à Christo, hoc quotidie fit in pœnitentibus omnibus & consentibus, à quibus expellit dæmonia. Primò dicitur quòd

quòd mutus est omnis peccator, quia possidetur à dæmonio mutò, quòd eum facit mutum. Figuratur enim diabolus per lupum, qui rapiens ouem stringit ei guttur, ne possit clamare seu adiutorium inuocare: sic diabolus claudit os peccatoris ne confiteatur. Sed dicitur: Quare diabolus persequitur confessionem? Respondetur primò, quia confessio peccatorum est primum & principale sanitatis remedium: omnis enim peccator suis vulneratur peccatis, & spoliatur innocentia vestibus, & à Hierusalè descendit in Iericho. Luc. 10. Quares fortè, Quid est descensus à Hierusalem in Iericho? Respondet Simon de Cassia dicens: Descensus à Hierusalè in Iericho est auersio à pace & à veritate, à quiete, & à templo sacramentorum Dei, ab obedientia legis æternæ, ab æterno bono ad temporale, & incommutabili bono ad commutabile. Ibiq; incidit in latrones, i. dæmones qui expoliant eum. Sed diceret, à quo vel à quibus? Respondetur: A tunica innocentia, à camisia puritatis, à pallio sanctæ honestatis, auferentes etià mortis memorià, cū morticina calciamenta de pedibus deponunt, & zonam castitatis à lumbis dissoluètes asportant, vt cõstrictio pulchra corporis, agmine vallata pudoris diffluentis iam libidinis & impudicitia luxu dissoluatur: & sic tunc plagis impositis semiuuoco relicto abeunt. Idcirco Aug. Quoniam nobis peccatorum vulnera nunquã deesse possunt, sic & confessionis medicamenta deesse nõ debent. Dic ergo peccator: Peccata mea domine sicut sagittæ infixæ sunt mihi. Sed antequã vulnera generet in me, sana me domine medicamento pœnitentia. Est enim peccatum mortale, vt sagitta in cogitatione, vt cultellus in ore & locutione, vt gladius in operatione, vt securis in mortificatione, vt hasta in exphlicatione. Sed ne ista omnia curentur in confessione, ideo diabolus claudit os peccatoris, ne sumat inde remedium. In cuius persona dicit Ps. 37. Ego autè tanquã surdus, nõ audiebã, & sicut mutus nõ aperies os suum. Omnis enim naturalis mutus etiã naturaliter est surdus, quia si audire posset, utiq; aut loqui, aut audita intelligere studeret. Et huc ordinè naturæ obseruat diabolus destrucor naturæ, quia quos facit mutos ad confessionem, hos facit & surdos, ad diuini verbi auditionem. Vnde multi dicunt: Nolo audire verbum Dei ne reprehensus veritate cõfundar in cõscientia & dæmner in iustitia. Hi libenter volunt mori, quia refugiunt medicum, imò seipfos cum Iuda tanquam desperati suspendunt cum laqueo diabolicæ captionis. Vnde Aug: consulit homini bono cui libet dicens: Confitere tantum vulnus tuum, & sanabit te Deus: iacces



iacies sub manibus medici patienter implores auxilium. Si fuerit, nutrit, secat, & quam uolenter tolera, & tantum attende ut sanaberis. Sanaberis autem, si vulnus ostenderis medico: non quia ille non videt si ei abscondas, sed quia ipsa confessio iniuitiuitatis est. Sic sanata fuit Maria Magdalena plorans & clamans lauansque lacrymis pedes Christi. Ideo docet Boetius: Si opus medicantis expectas, oportet ut vulnus detegas, sicut per confessionem, iuxta illud Psal. 3. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Secundò diabolus ideo persequitur confessionem, quia confessio est violenta exclusio demonum. Nam sicut peccatis diabolus introducit in animam: ita confessione humili ab anima expellitur. De quo Ber. Per humilem confessionem remittitur peccatū, & diabolus suum amittit principatū. Nam ubi peccatum dimittitur, ibi diabolus expellitur, & Deus introducit. Nam coneraria simul stare non possunt, sicut est vitium & virtus, diabolus & Deus, vita & mors, 2. Cor. 6. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ autem cōuentio Christi ad Belial? quasi diceret, nulla. Sed confessio pulchricat hominē, ut dicit Bern. Vbi confessio, ibi & pulchritudo. Per confessionem desolat horroris demonum habitatio. Vnde Isid. Confessio sanat, confessio iustificat, & peccanti veniam donat: ut patet de filio prodigo, Luc. 15. qui dixit: Pater peccauit in cælum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Vbi Ber. O beata spes confitentium, quam cito tremendū iudicē conuertis in benignissimū patrem: & quam salubre verbum & breue, peccati! nam tres syllabæ aperiuere portas paradisi. Greg. 8. Mora. Qui promereri vult bonū quod expedit, debet confiteri malum quod fecit. 1. Ioan. 1. Si confitemur peccata nostra, fidelis est & iustus ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Et sic per confessionem peccati expellitur diabolus, iuxta illud Luc. 11. *Cum fueris armatus custodis atrium suum, in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, viuisa arma eius auferet, in quibus confilabat, & spolia eius distribuet.* Tertiò confessio illuminat cordis habitaculum. Sicut enim peccatum exacerbat cor (Sapient. 2. Exaceruauit illos malitia eorum) sic & confessio lucem claritatis inducit. De quo August. super 1. Cano. Io. Cūmque confessus fueris te peccatorem, appropinquas ad lucem, quia confessio adiungit te Christo qui est sol iustitiæ oriens de splendore paterno, ut verificetur de te illud Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Nam dicit

Ber.

Ber. Ama confessionem, siamas decorem: quia confessionem sequitur decor & claritas. Psal. 103. Confessionem & decorem induit amictus lumine sicut vestimento. Quartò confessio facit diabolo celare peccatum. De quo Ambro. Tantæ virtutis confessio nem dixerim, quod peccata quæ per confessionem delentur, demones scire prohibentur. Idcirco dicit aliqui: Quare debeo confiteri peccata mea domino Deo, cum ipse prius sciat ea? Ad hoc repondet Aug. Non enim ideo vult Deus, ut confiteamur peccata nostra, quasi ea ipse aliter scire non possit: sed quia diabolus desiderat hoc ut inueniat quod ante tribunal iudicis nobis obiciat. Sic contra misericors Deus vult ut peccata confiteamur, ne pro illis confundamur in futuro. Non habet quod timeat in futuro, qui confessionem fecerit de peccato. Ideo dicitur Isa. 44. Narra, si quid habes ut iustificeris Deo Chryl. Habes accusatorē acerbissimū, obtura os eius, sicut per confessionem. Nam diabolus noster aduersarius optimè scit illud dictū Chryl. de pœnit. di. 1. c. Non potest quis gratiā Dei cœlestis accipere, nisi purgatus fuerit ab omni sordē peccati per pœnitentiæ confessionem. Ideo diabolus habet se ut fur, qui volēs furari stringit hominē reuelare volentem per guttur ne clamet: Sic & ipse violenter quasi iniicit in os peccatoris manum cum quinque digitis, ut strangulet eum ne reuelet peccatum in sacramentali confessione. Primus digitus est pudor reuelandi peccata, proueniens ex superbia, & est hypocrisis. De quo Ambr. Taciturnitas peccati siue criminis nascitur ex superbia cordis: quia species superbiæ est quod iustus videri velit, qui peccator est, quod prohibetur Ecclē. 4. Pro anima tua ne confundaris dicere verū. Est enim confusio adducens peccatū, & est confusio adducens gloriā & gratiā. Nam ut dicit Richar. de S. Viç. Quātō verecūdia maior, tāto in oculis Dei confessio clarior. Ideo istū digitum debemus euellere per tria. Primò per rationem, considerando in ratione quod non erubuit peccare & committere quod est inhonestū & inutile: cur igitur erubescis confiteri? Bern. Insania est, quod pudet abluere & non coinquinari. Secūdo per diuinā intuitionem cui nihil omnino celari potest. Prou. 15. In omni loco oculi domini cōtēplantur bonos & malos. Psal. 34. Ipse nouit abscondita cordis. Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Quid igitur vis occultare quod latere omnino non potest? Psal. Reuēsa domino viā tuam & educet quasi lumē iustitiæ tuā, & iudicium tuum tanquam meridiem. Tertiò per futuram reuelationem. Matt. 10. Nihil est operum quod non reuelabitur, & occult

occultum quod non sciatur. Eccle. 12. Cuncta quæ sunt, adducet dominus in iudicium. Ecce quanta verecundia erit tibi coram angelis & sanctis Dei. Naum 7. Reuelabo pudèdā in facie tua, & ostendā gentibus nuditatē tuā, & regnis ignominia tuā. Et Abd. Operiet te confusio, & peribis in æternum. Cogitare igitur debet peccator quod dominus dixit, Matth. 10. Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cælis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cælis est. Secundus digitus diaboli est timor satisfaciendi. Nam sicut latro celat furtum tempore pœnæ, sic & peccator peccatum. Psal. 13. Trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Giezi 4. Reg. 3. timuit confiteri peccatum simonia Heliseo, ideo percussus est lepra. Tales multi sunt hodie, de quibus potest dici illud Iob 6. Qui timer pruina, cadit super eum nix: idcirco istū digitum timoris debemus euellere per duo de ore nostro. Primo per considerationem modicitatis pœnæ temporalis. Dicit enim August. Sicut omne gaudiū temporale non est simile gaudiū vitæ æternæ, sic nulla pœnā temporalis similis est pœnā æternis. idcirco qui timer virgam ligneam, cadet in ferream, iuxta illud Psal. 2. Reges eos in virga ferrea, id est, pœnā dura. Ambr. Ibi vermis immortalis, ignis inextinguibilis. Nam si tibi nunc magnū videret sextis feriis ieiunare, quale erit tunc ieiunium ab omniū cibo & potu? ab omni solatio? Vnde dicit Aug. Ibi dolor sine solatio, tristitia sine gaudio, esuries sine cibo, sitis sine potu, tenebræ sine luce, horror sine fuga, mors sine vita, ibi omne malum & amaritudo amarissima. Inueniens igitur illam non sitit præsentem pœnā modicam, .. Corin. 4. id enim quod in præfenti est momentaneū & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Ideo debuerunt euellere digitū istū per eiusdē pœnæ breuitatis considerationē. Iob 4. Breues dies hominis sunt. Modò si pœnitentiā durat per totā vitā hominis, adhuc tamen est breuis respectu æternitatis, Ber. Labor meus vix est vnus horæ illa autē æterna. Apoc. 9. Fumus tormentorū corū ascendet in secula seculorū. Et Psal. 48. Laborabit in æternum, & vruet adhuc in finē. Tertius digitus est spes diu manēdi, Hūc digitū imposuit diuiti, Luc. 12. qui dixerat: Anima mea habet multa bona reposita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Sed dictū est ei: Stulte hac nocte animā tuā perderit à te, &c. Hūc digitū debes euellere per cōsiderationē de

horæ mortis incertitudine. De qua Bernar. Nihil certius morte, nil incertius hora mortis: quia mors nulli parcat, nulli statui, nulli ætati, nulli dignitati. Augu. Homo in præfenti vita est tanquā in domo aliena. Idcirco non est confidendū de longitudine vitæ. Marc. 13. Vigilate ergo, nescitis enim quando dominus domus veniat: serō an medio nocte, an galli cantu, an mane. Idcirco hortamur Eccl. 17. Cōfiteberis viuēs, viuus & sanus confiteberis. Ratio. Greg. Qui pœnitenti veniā spondit, diem crastinam nō promisit. Quartus digitus est spes veniam consequendi: contra quos dicit Bern. Frustra est spes illis, qui de misericordia sibi ipsi blandiuntur, & à peccatis nō emundantur. Spes enim confundit, in qua charitas desit, ex eo, quod dicit Magist. in 3. d. 26. c. 6. Spes est certa expectatio futuræ beatitudinis, proueniens ex gratia Dei & meritis præcedētib. Et subdit: Sperare sine meritis, nō est spes, sed præsumptio. Psal. 36. Spera in domino, & fac bonitatem. Ratio. Sap. 5. Spes impij, tanquam lanugo est, quæ à vëto tollitur, & tanquā spuma gracilis quæ à procellis dispergitur, &c. Quintus digitus est timor recidiuā di. Ecclesia. 11. Qui obseruat vëritū, nō seminat: & qui cōsiderat nubes, non metet. Idcirco nō respice tuā fragilitatem, sed benignitatem & assistentiam, dicens cum Ps. 16. Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? q. d. à nullo. Rom. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Aug. Quid est quod timeat anima, in qua Deus est? Si protegat Imperator, securus es: quid si cæli & terræ creator? Ideo Ephe. 6. dicit Apo. Induite vos armaturā Dei, i. protectione Dei vos communitate, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quapropter euelle hūc digitū de mētis ore per meditationem fragilitatis diaboli, de qua Hier. Debilis est hostis, non potest vincere nisi volētem. Nā dominus adiutor & protector noster est in tentatione, 1. Corin. 10. Fidelis autem Deus est, qui nō patietur vos tentari supra id quod potestis. Ideo Iaco. 4. Resistite diabolo & fugiet à vobis. Nam dicit Bern. Voluntas nostra diabolo mancipat nos, nō eius potestas: nā illi⁹ est malū suggerere, nostrū autem nō consentire. Idcirco magna resistentia sit cōtra diabolū in cōfessione pura, vt probat beatus Aug. Acriores dolores diabolo non facimus quam op̄ peccata nostra cōfessendo sanamus. Dixi secundū in nouit Iudæorū malitia inuidiosa: dicentiū, *In Bethsabee principe demoniorum eicit demonia.* O verbum malitiosum omni dolo plēnū: hominē & Deū dicere dæmoniacum. Et hoc prouenit ex inuidia. Chry. Inuidia nō querit, quid dicat, sed solum vt dicat.

Et non solum fuit hic inuidia, sed inuidia fraternæ gloriæ  
 q̄ est peccatum in spiritum sanctum. De quo Matt. 12. Qui au-  
 tem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei neq; in  
 hoc seculo, neque in futuro: hoc est, difficulter remittetur.  
 Vnde dicit S. Tho. 2. 2. q. 14. art. 1. q̄ in spiritum sanctum peccatum  
 tripliciter. Primum, quando peccatur cōtra personam spiritum san-  
 ctum: sicut illi, qui dixerunt spiritum sanctum esse creaturam: vt  
 habetur de conse. dist. 4. c. hi vero. Fuerunt quidam heretici,  
 qui dixerunt spiritum sanctum hominem esse. Secundum pec-  
 carum in spiritum sanctum, cum errat circa ea quæ dicuntur  
 de spiritum sancto, quia vt dicit Aug. Fuerunt quidam heretici,  
 qui dixerunt spiritum sanctum minorem filio & patre, quod est  
 falsum, cum canat Ecclesia, Maiestas par & potestas, decus ho-  
 nor æque per omnia. Contrarium dicentes peccant in spiritum  
 sanctum. Tertio peccatum in spiritum sanctum quando pecca-  
 tur cōtra attributum & appropriatum spiritum sancto, s. con-  
 tra bonitatem vel clementiam. Nā patri attribuitur potentia,  
 filio sapientia, spiritum sancto clementia, & sic cum homo ex  
 propria malitia abiicit se omnia quæ trahunt ad pœnitentiam  
 & retrahunt à peccato, & si homo hoc facit ex contemptu,  
 est peccatum in spiritum sanctum. Pro quo sciendum, q̄ sex sunt quæ  
 requiruntur ad remissionem peccati. Duo sunt ex parte Dei  
 remittentis, duo ex parte hominis peccatoris cui peccatum re-  
 mittitur, tertio duo sunt ex parte medij, per quod fit remissio.  
 Prima duo sunt ex parte Dei, s. misericordia & iustitia. Vnde  
 Ps. 114. Misericors dominus & iustus. Contra misericordiam  
 est peccatum in spiritum sanctum, s. desperatio, in quod cecidit  
 Cain, Gen. 4. dicens: Maior est iniquitas mea, quā vt venia  
 merear. Cōtra quæ inuohit Ber. Mentiris Cain, maior est Dei  
 misericordia quā quæuis nostra malitia. Psa. Misericordie  
 eius non est numerus. Bern. O res monstruosa, res iniqua, de-  
 sperare de Dei misericordia: cum omnia nostra crimina sint  
 velut vna gutta respectu totius maris. Et hoc peccatum in spi-  
 ritum sanctum peccavit Iudas, desperando & seipsum suspen-  
 dendo. Hier. Plus Iudas peccauit desperando, quā filium Dei  
 tradendo. Item contra iustitiam Dei est vnum peccatum in spi-  
 ritum sanctum, s. præsumptio, cum quis præsumit quod De-  
 peccata non puniat ex sua benignitate. De quibus Eccles. 8.  
 Sunt impij, qui ita securi sunt quasi iustorum facta habeant.  
 Contra quos Ps. 49. Existimasti inique quod ero tui similis:  
 arguam te & statuam contra faciem tuam Aug. Nullum ma-  
 lū impunitum. Nam, dominus per Moſen, Exod. 20. Ego domi-

nus Deus tuus fortis zelator, i. amator iustitiæ. Quapropter  
 dicit Ansel. Ante peccatum recordare iustitiæ, vt ceiles timo-  
 re pœnæ: post peccatum recordare misericordiæ, vt non despe-  
 res. Eccl. 5. Misericordia & ira ab illo citò approximāt. Item  
 duo requiruntur ex parte medij, per quod fit remissio, i. ex parte  
 Ecclesiæ, s. fides Ecclesiæ & gratia in sacramentis. Contra  
 primum est tertium peccatum in spiritum sanctum, s. impu-  
 gnatio veritatis agnitæ fidei. Et tales ab Ecclesia & etiam à  
 Deo sunt exclusi, vt habetur 24. q. 1. alienus: Habere non po-  
 test Deum patrem, qui non tenet vniuersalis Ecclesiæ vnita-  
 tem. Nam 1. Petr. 2. Melius enim erat illis nō cognoscere viā  
 iustitiæ, quā post agnitionem retrorsum conuerti ab eo,  
 quod illis traditum est, sancto mandato. Contra secundum, s.  
 gratiam in sacramentis, est quartum peccatum in spiritum  
 sanctum, scilicet inuidia fraternæ gratiæ, q̄ homo inui-  
 det, alteri gratiam illi collatam. Et differentia est inter inui-  
 diam & inuidiam. Inuidia enim est odium de bono tempo-  
 rali, sed inuidia est odium de bono spirituali alteri colla-  
 to. Tertio duo requiruntur ex parte illius cui remittitur pec-  
 carum, Primum dolor de commissis. Secundum propositum  
 non peccandi. Contra primum, scilicet dolorem de commissis  
 est quintum peccatum in spiritum sanctum, scilicet obstina-  
 tio, omnes inspirationes diuinas occidens, quando videlicet  
 homo est ita induratus, q̄ neque humanā, neq; diuinam sus-  
 cipit admonitionem. De quo Bern. Cor durum est: quod nec  
 compunctione scinditur, nec pietate molitur. De tali dicitur  
 Eccl. 3. Cor durum malè habebit in nouissimo. Contra secun-  
 dum, scilicet propositum non peccandi, habetur sextum pec-  
 carum in spiritum sanctum, s. finalis impœnitentia. Vnde Aug.  
 de pœ. dist. 7. cap. & para. finali. Qui impœnitens moritur, &  
 omnia moritur & æternaliter cruciatur. Qui enim impœ-  
 nitens finitur, si semper viueret, semper peccaret. At Dei est  
 miserantis, quod operatur finem peccandi. Ob hoc etiam si-  
 ne sine torquetur, quia nunquam virtute ditatur, semper ple-  
 nus iniquitate, semper sine charitate torquetur sine fine. Eo  
 ideo finalis impœnitentia est maximum peccatum in spiritum  
 sanctum. Et de illo intelligitur illud Matth. 13. Qui peccat in  
 spiritum sanctum, nec hic nec in futuro remittetur ei. Alia ve-  
 rò peccata, dum homo est constitutus in via possunt esse re-  
 missibilia, vt dicit Leo Papa, de pœ. d. vbi supra. Nemo est de-  
 sperandus, dum in hoc corpore cōstitutus est: quia nonnun-  
 quam quod diffidentia ætatis differret, in maturiori consilio

perficitur. Sed finalis impœnitentia nullum habet remediũ, quia nõ habet aptitudinẽ secundũ illud per quod remittitur peccatũ: verbi gratia. Socrates & Plato habent eandem infirmitatem: vnus recipit medicinam, per quam alleviatur, alter nõ, & sic vnus dicitur curabilis, alter incurabilis. Et sic peccatũ in spiritũ sanctum dicitur irremissibile, quia repellit remedium remissionis. Et sic fuit in Iudæis. De quibus subdit in textu: *Erunt nouissima peiora prioribus.*

*Qui præcipue sunt hominum, quos diabolus malitia sua cõtatione adhaerens inhabitet. Qui item aridi illi ac inaquefi, quos subinde tan sans requiem tamen ad habitandum non inuenit. At quã sit periculosũ relabi in peccata pristina.*

## ENARRATIO II.

**C**um immundus spiritus exierit ab homine. *Ec. Luc. II.* In hac parabola tria notantur. Primum est maligni spiritus per potentia expulsiõ, ibi: *Cum immundus spiritus.* Secundum est actiuũ grauis tentatio ibi: *Anhulat per loca.* Tertiũ est perfectio ruin periculosa recidiuatio, ibi: *Tunc vadit & assumit alios spiritus.* De primo dicit: *Cum immundus spiritus.* Pro quo sciendum quod spiritus malignus dicitur immundus propter tria. Primo propter immunditiã propriã iniquitatis, quia in eo primo inuenta est iniquitas & odiũ, vt perpetuẽ odiretur à Deo. Ezech. 8. Repleta sunt interiora tua iniquitate & peccasti, s. peccato superbia & eieci te de mõre Dei, i. de cœlo empyreo, tanquam leprosum: & perdidisti te. i. perpetuẽ damnauisti. Cherub protegens de medio lapidum ignitorum, i. de confortio angelorum. Secundo propter immunditiã suggestionis, quia fœda & immunda suggerit. Leuit. 15. Docebitis filios Israel, vt caueant immunditiam, & non moriantur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculum meum, scilicet cor proprium, in quo ego habito. Vnde diabolus contagiosus est ad modum leprosi, quia statim inficit cor humanum cum se ei applicat: scilicet per consensum. A qua contagione præserua ri orat Ecclesia, dicens: Da, quãsumus domine, populo tuo diabolica vitare contagia. Tertiõ propter immunditiã habitationis, quia habitat in loco immundo. i. in homine existente in peccato mortali: ad similitudinẽ vrupæ, quã nidificat in stercore. Ideo dæmones dixerunt, Matt. 8. Si eieci nos hinc, mitte nos in grægẽ porcorum. Et tales immundi in quibus diabolus habitat, sunt in septemplexi differentia secundũ septẽ peccata mortalia. Primo habitat in superbis. Iob 41. Ipse est rex super omnes filios superbia. Et ipse talis eorum dæmon dicitur

tur Labadon Apoc. 9. Habebunt super se regem angelũ abyssi cui nomen Hebraicẽ Labadon, quod interpretatur exterminans vel exterminator. Ille rex multos nobiles & potentes possidet exterminatores, s. pauperum & inferiorum. De quo Aug. Plures superbos tenet nomine nobilitatis, plures nomine autoritatis. Nemo facilius vincitur, quã qui superbiã innititur. Hos enim non timet diabolus. Deus superbis resistit, Iacob. 4. Hunc dæmonem penitentẽ debent eicere, vt serpentem de vinea. per bonum odorẽ humilitatis, quia humilitas est herba odorifera, quã Deum ad se trahit, & diabolus expellit. Cant. 1. Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Nardus est herba odorifera & parua, & significat humilitatem, quã Deum delectat. Luc. 1. Respexit humilitatẽ ancillæ suæ. Et diabolus expellit. Secundo habitat in auaris. Luc. 4. Tu ergo si procidẽs adoraueris corã me, erunt tua omnia. Gloss. Audi raptor, audi vsurarius & si moniace, quomodo inquit diabolus, si adoraueris me. Diabolus enim adorasti, si res per diabolus congregasti. Ephes. 5. Auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Et diabolus illos possidẽs est Mamon. Mat. 5. Non potestis Deo seruire & Mamonã, quia dicit Apo. 1. Tim. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueũ diaboli. Huc dæmonẽ auaritiã debet penitentẽ eicere, sicut serpentem ab homine per denudationẽ: quia serpens fugit hominẽ nudum, & sic auarus volens penitentẽ, debet se enudare bonis malè acquisitis, quia dicit Au. Si tenes obliũ, teneris à diabolo. Ideo hortatur nos saluator, Lu. 11. Quod superest, date elemosinã, & ecce omnia munda sunt vobis. Tertiõ habitat in luxuriosis. Tob. 6. Hi namque qui ita coniugiũ suscipiunt, vt Deũ à se & à sua mète excludant & suã libidini ita vacent sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet perestatem dæmoniu super illos. Si igitur in matrimonio cõstituti possidentur à diabolo, si non ritẽ ingrediuntur, quid tunc de fornicariis, adulteris, incestuosis, & Sodomitis? Tales enim sunt porci diaboloru, vt dicit Chryso. Porci sunt, qui vitã suã cœnosã libidini mancipant. Ideo Ephes. 5. Fornicatio & omnis immunditia non nominetur in vobis. Et hunc dæmonem debent penitentẽ eicere vt feditio sume de ciuitate, scilicet, virga disciplinæ. Quia scribitur Eccle. 11. Malitia horã facit obliuionem luxuriã magna. Gloss. quia vulnus corporis, sanat vulnus mentis. Quarto habitat in ita cõcupis. Iob 5. Virum stultum interficiet iracundia: & Apoc. 17

11. Vx terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos, habes inf magnam. Psal. In ira populos cōfringes. Aug. Ira est aliorum vitiōrum ianua. Propter quod dicitur ad Eph. 4. Nolite locū dare diabolo. Illorum enim dæmonum est Saranas, qui inter daretur aduersarius. Apoc. 12. Et proiectus est ille draco magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Saranas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram, & angelus eius cum illo missi sunt. Hunc dæmonem debent pœnitentes eiicere, sicut homo emittit de domo per stillicidium, s. verbi dei. Nam sicut gutta stillans cauat lapidem, sic verbū dei deprimat cordis rācorē, vt est illud: Omnis enim qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Mat. 5. Quinto habitat in inuidis, quorum dæmon dicitur Leuiathan, i. serpens tortuosus in aquis, i. in hoc mundo volubili, & interpretatur additamentum eorum hominum, s. quos astutia sua de paradiso eiecit. Vel persequens eos quia inuidos omnes persequitur. Nam in uidia diaboli mors intravit per orbē. Sapi. 1. & Aug. Inuidia est vitium diabolicū. Nam ab eo habuit initium hoc dæmonium quod fecit hominem cæcum, surdū & mutum: ita quod inuidus nō potest videre nec audire, nec loqui virtuosē de proximo, quia dicit Hiero. Omnes virtutes persequitur inuidia. Hunc dæmonem debent eiicere pœnitentes, sicut homo eiicitur de domo per fumū, s. deuotæ orationis. De quo Isid. Quoties homo pœnitur vitiis, toties debet subsequi ratio, quia oratio pœualet omnibus malis. Sexto habitat in gulosis. Eccl. 37. Propter crapulam multi obierunt. Et dæmon eorum est Beemoth, de quo Iob 40. & interpretatur bestia siue bestialis: quia gula facit hominē bestialem. Iere. 50. Effusi estis sicut vituli super herbam, s. in comedendo & bestialiter viuendo, de quibus, 1. Corin. 2. Animalis homo nō percipit ea que sunt spiritus dei. Propter quod hortatur nos Saluator, Lu. 22. Attēdite vobis, ne forte grauentur corda vestra crapula & ebrietas. Ratio. Greg. Quia dum venter non restringitur, cunctæ virtutes obruuntur. Hunc dæmonē debent pœnitentes eiicere, sicut vulpis eiicitur de antro, s. per esuriam abstinencia. Ambro. Ieiuni hominis sputum interficit serpentem: sic & ieiunium reprimit diabolū. De quo Isidor. Ardentes sagittæ diaboli ieiuniorum frigore sunt restringendæ. Septimo habitat in acediosis. Dicit enim Grego. Diabolus assidue tenet, vt saltem tadio vincat. Scit enim quod non torpentibus, sed operantibus dabitur pœmium. Horum dæmonium vocatur Belial, quod interpretatur sine iugo domini, quia secundum

Ber.

Ber. Acedia est torpor animi, quo quis negligit bona inchoare, & inchoata perficere. Etiam potest dici Beelzebub, i. deus mulcarum, quia mulcas, i. instabiles cogitationes faciūt regnare in cordibus eorū, in nullō resistentes, neq; in aliquo stabiles persistentes. Quia dicit S. Tho. 2. 2. Acedia est tristitia & delectio spiritus. Et ex ipsa nōnunquā oritur desperatio. Idcirco hunc dæmonē debent eiicere pœnitentes, sicut canis eiicitur de coquina, s. per aquā calidā: hoc ex, lachrymis contritionis. Vnde Ps. 73. Corribulasti capita draconū, i. mortalia peccata & prauas suggestiones, quado primū suggeruntur & immittuntur in aquis, s. lachrymarum. Ambr. Lachrymā mentē alleuiant cor refrigerant, & mœstum consolantur. Et Hier. Oratio deum lenit, sed lachryma cogit, quia vincit inuincibilē, ligat omnipotentē. ¶ Vnde hodie legitur euangelium, quomodo Christus eiicit dæmonium: nobis in exemplum, vt eum eiicere debeamus: nam dominus per se voluit inhabitare. Ioan. 14. Ad eum veniemus, & apud eum mansionē faciemus. Idcirco immundum spiritum expellere debemus: Fugatus tamen sæpius reuertitur. Et hoc tangitur in textu, cū dicitur *Cū immundus spiritus exierit* per sacramēta Ecclesiæ ab homine, & primō per baptismū, in quo remittitur originale peccatum. Vnde in exorcismo puerorū sacerdos adiurat diabolu, vt exeat & recedat ab eis. Sed post hoc reuertitur in habitaculū suum, cum puer labitur in peccatū mortale. Secundo expellitur ab homine per pœnitentiam. Ioan. 12. Nūc iudiciū est mundi, quia peccatores in foro pœnitentiæ iudicāt semetipsos, in quo iudicio conueniunt quinque personæ, s. conscientia accusans, memoria testificans, ratio condemnans, timor ligans, dolor crucians: sic, vt quasi quidam sanguis animæ per lachrymas effluat: & tūc diabolus qui pœnitentia pabatur in homine, eiicitur foras, quia vt dicit Ber. Per hominis confessionem deus remittit peccatū, & diabolus amittit principatū. ¶ Dixi secundo innuitur actiuorum grauis tentatio, ibi: *Ambulat per loca inaquosa, &c.* Loca inaquosa sunt viri actiui, qui licet interius florent humore gratiæ, aere tamen exterius à fluxu culpæ. Vnde actiui dicuntur aridi propter quatuor. Primō propter macerationem carnis. Iob. 33. Consumpta est caro eius supplicis, id est, à carnali concupiscentia pœnitentiæ disciplinis. Eiusdē 7. Cutis mea aruit & contracta est. Secundo propter contemptū cōcupiscentiæ mundialis. Apoc. 17. Veni & ostēdā tibi dānationē magne meretricis que sedet super aquas multas. Meretrix illa est vanitas, que sedet

super aquas multas, id est, mundanas concupiscentias. Et ab his arida erat Hester, quæ dicebat: Tu scis domine necessitatem meam, quod abominer signum superbiæ & gloriæ meæ quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, &c. Tertio propter feruorem charitatis. Vnde in eorū persona dicit Iob. 30. Ossa mea aruerunt præ caumate, id est, præ feruore charitatis & cōpassionis. Ossa sunt fortes viri in corpore Ecclesię qui zelo charitatis & feruore cōpassionis infirmantur ad infirmitatem pusillorum. Vnde 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quarto propter ignē tribulationis, quo frequenter examinatur à deo. Thre. 1. De excelso misit ignem in ossibus meis, id est, in fortes viros. Per hos diabolus ambulat & tentando appropinquat. ¶ Nota in hoc differētiā malorum angelorum & bonorum. Boni dicuntur habere velocem eursum. I. spiritualis potentia, quia subito sunt ibi quō mittuntur. Mali autem dicuntur ambulare propter grauedinem malitiæ suæ, quia non sine labore faciunt quod intendunt. Aliter autem ambulat spiritus malignus per bonos, aliter per malos. Per bonos tentando & aditum querendo, per malos insensado tanquam per viam planam & diuersis vitiis bene tritam. Vnde de homine peccante dicitur Isa. 51. Dixerunt anime tuę incuruare, vt transeamus, & posuisti vt terrā corpus tuum, & quasi viam transeuntibus. Iob. 20. Vadent & venient super eum horribiles. Tentat autem bonos quatuor modis. Primo explorando per modum milui pullos circunvolantis, vel lupi ouile circumueantis, vel leonis feras lustrantis: considerando consuetudines & complexiones eorū, opportunitates locorū, temporum, & euentuum, vt aliquem aditū valeat inuenire. 1. Petri vlti. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit, querens quem deuoret. Secundo insequendo, & moueri eos plurimis motibus deprehendit ad modum canis leporarij protendentis os suum ad capiendam prædam. Vnde Psal. 9. Caprabant in animam iusti, &c. Tertio suggerendo cū imaginatione ad modum pictoris qui imagines rerū delectabiliū imprimit, quod miro & inestimabili modo fit, vt ad cōcupiscendā sensualitatem alliciat, sicut in figura legitur in Hist. Scho. super Num. 25. Madianitæ ornauerunt filias suas, quæ iuuenes ad se declinantes ad illudendum castitati allicerent & eas cū xenijs venalibus, id est, peregrinorum ferculis, ad tertia filiorū Israël trāsmiserunt: vt sic eos facerent transgressores mandatorū dei. Ita & demones concupiscentiarum

rerum

rerum imagines nobis obiciūt, vt illecti his atque decepti à via præceptorū dei exorbitemus. Quarto tētat eos aliquando prædam concupiscentiā accendendo: frequenter enim concupiscentia mali oritur in nobis sine diabolo: sed postquam orta fuerit, tūc auxiliatur, vt crescat, vt ait dñs, Isa. 54. Ego creauī fabrum sufflantem in igne prunas. ¶ Sed non inuenit in eis requiē. Ratio, quia multipliciter inquietant eū. Primo gemitu cōpunctiones, sicut paruuli plorantes in nocte, qui non permittūt in dōmo hospitem requiescere: Ita & iusti proficiētes in nocte huius mūdi gemūt pro peccatis suis, dicētes illud Isa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Secundo clamorosa oratione ad modum hominis bene custodientis castrum domini sui, qui tota nocte clamat & vigilat. & si aliquod periculum viderit vel audierit, ad succurrendum alios excitat. Et sic proficiētes clamant ad deum & ad sanctos eius. Vnde Psal. 106. Clamauerunt ad dominum cum tribulāretur, & de necessitatibus eorū eduxit eos. Tertio inquietant eum strepitu assidui laboris: sicut fit in domo pauperum & officinis artificum, qui labore manuum acquirunt sibi victum die noctūque laborantes: Sic & boni actiui. Vnde 2. Thessal. vlt. Si quis non vult operari, nec manducet. Et Psal. 127. Labores manū tuarum quia manducabis, &c. Ideo hortatur nos Hier. Semper aliquod operis facito, ne te diabolus inueniat otiosum: quasi diceret, sed bono opere occupatum. His tribus modis actiui diabolum in se & in aliis inquietāt. Vnde de his dicit Iob. 3. Qui parati sunt suscitare Leuiathan, id est, diabolum. Et sic in eis non inuenit requiem. ¶ Dixi, tertio innuitur perfectorū periculosa reciduiatio, cū subiuugit, tunc dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Dicit Greg. Diabolus à quibusdā ad tempus se subtrahit, vt postea rediens eos grauius precipitet ad modum arietis parietem diruentis. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam, s. à pristinis vitiis per scaramentum confessionis. Vnde Isa. 13. Scopabo eam in scopis terens, id est, in penitētia. Et ornatā, s. bonis operibus & præceptis. De quo ornatu scribitur Ezeche. 16. Ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis. Et Matth. 12. dicit, Et veniens inuenit eam vacantem, id est, otiosam per negligentiam & torporem, non renitentem malis tentationibus. Tunc vadit, scilicet, diabolus, & assumit alios septem spiritus nequiores se: Et ingressi habitant ibi. Ecce periculum reciduiationis. Septem spiritus sunt septem nequitia, quæ considerantur in peccati reciduiatione. Vnde Prouerbio. 26. Septem nequitia sunt in corde

eius. Primus spiritus est fractio fœderis promissi, quia promissit deo firmiter, non peccare in posterum. Et sic implebitur illud Psal. 77. in eis: Auertentur se & non seruauerunt pactum. De talibus dicit Ecclesia. 5. Melius est non uouere, quam post uotum promissa non reddere. Secundus spiritus est sub-sanatio misericordiæ. Nam consecutum indulgentiam non seruare, non est aliud nisi misericordem dominum deridere. Vnde dicitur Iob. 30. Nunc autem derident me iuniores tempore, id est, homines qui sunt in tempore gratiæ, de quo magis deo deberent esse grati: ideo subannabit eos dominus in futuro, iuxta illud Psal. 2. Qui habitat in cœlis, iridebit eos, & dominus subannabit eos. Tertius spiritus est crudelitas sui in renouatione veterum cicatricum. De quo Psal. 37. Putruerunt, s. per praua, sive mala desideria, & corrupta sunt cicatrices meæ, scilicet per praua opera à facie insipientiæ meæ. Reuera magna est insipientia, seipsum gladio percute mortis, & mortalia uulnera reiterare. Quia ut dicit Isido. Vulnus iteratum tardius sanatur. Quartus spiritus est pro-ditio creatoris, quia aduersarium dei cuius ipse famulus, scilicet diabolus in corde recipit, & Christum de habitatione sua proicit, & sic traditor, ut Iudas existit. Et mirandum valde, quomodo talis oculos mentis ad diuinam misericordiã audeat leuare: Quintus est ingratitude benefactoris. De tali dicit Greg. Non est dignus dandis, qui non agit gratiam de datis. Sextus est iteratio dominicæ passionis: Vnde Hebra. 6. Rursum crucifigent sibi metipsum filium dei, & ostentui habentes. Primò namque talis circumdat eum turba malarum cogitationum, sicut Iudas. Secundo flagellat eum & eludit eum per imagines turpium cogitationum & delectationum. Vnde Psal. 87. Posuerunt me abominationem sibi. Tertio crucifigit eum linguis & consensu cordis cum proposito peccandi. Tandem assigit patibulo in perpetracione mali. Et specialiter caput eius pungunt in persecucione prelatorum, & manus in persecucione ministrorum, scilicet sacerdotum. Pedes in persecucione pauperum. Latius iam moratur in persecucione contemplatiuorum, à quibus profuere debet sanguis patientiæ & aqua clementiæ: Septimus est contritatio spiritus sancti & angelorum & omnium sanctorum, quia sicut tota trinitas & omnes sancti gaudium habuerunt in conuersione peccatoris: sic e conuerso reciduians contritatur eos, quantum in ipso est: Ideo dicit Bernard. Puras quod placatos habebis in iudicio, quos tanto & tam sperato viti-

placato

privare gaudio? Et per consequens talis lætificat malignum spiritum. De quo Ose. 7. In malitia sua lætificauerunt regem suum, id est, diabolum qui exultat in deceptione peccatorum. Vnde Prou. 26. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum, sic imprudens qui iterat stultitiã suã. Ideo Ber. Deterius est reincidere, quàm incidere. De quo & textus: *Erunt nouissimum a hominis illius peiora prioribus.* Vbi Au. Nulli scelus ita abominabile, sicut de præterito peccatori remiscendo gaudere. Ideo hortamur Eccl. 2. Fili accedes ad seruitutem dei, sta, s. firmiter in iustitia & timore. Ratio Gre. Quia incassum bonum agitur, si ante vitam terminum deseratur.

¶ Dominiua Letare.

¶ *Qua nauis triplex mare Christi exemplo sit transendum. Ac quid quinque panes hordeacei ac duo pisces mystice significant.*

ENARRATIO I.

**A**dit Iesus trans mare Galilee. Ioan. 6. Totum officium illius dominicæ, continet quædam læta & noua. Nam matutinale officium dicit de liberatione Israelitici populi ab Egyptiaca seruitute. Introitus hortatur Ecclesiam ad exultationem lætitiæ di. Lætare Hierusalem, Kyrie eleison paschale canitur, & epistola de gloria ciuitatis cœlestis, Euangeliu de refectioe vel satietate turbæ. Hodie consuevit dari Præfesto Romano rosa aurea plena musco à Papa, quando est Roma: ad ostendendum moraliter, quod pœnitentia, quã isto tempore facimus, omnia ista facit nobis: videlicet liberationem à peccato, lætitiã gratiæ, aperitionem cœlestis ianuæ, refectioem gloriæ & spinas vitiorum vertit in rosas virtutum. ¶ Circa Euangeliu moraliter est notandum, quod Christus primò purificat nostram intentionem ex eo quod mare transiuit. Secundo rectificat nostram intentionem in eo quod oculos eleuauit, ibi: *Cum subleuassit oculos Iesus.* Tertio informat nostram actionem eo quod populũ paut, ibi: *Accepit Iesus.* Circa primũ nota, quod triplex est mare quod nos exemplo Christi debemus transire. primũ est mare peccati, hoc enim est illud mare, in quo submergitur Ægyptij, id est, peccatores. Exod. 14. & Isa. 57. Impij quasi mare feruens, quod quiescere nõ potest. Et hoc mare valde periculosum est propter tria. Primò propter periculorum pluralitatem: Sunt enim in mari plura & varia pericula. Eccl. 43. Qui nauigant mare enarrant pericula eius: si & in statu peccati sunt tot & tanta pericula, quod qui conatur euitare vnum, incidit in alterum: Vnde versus, Incidit in Scyllã cupiens vitare Charybdim. Frequetet enim volens euitare Charybdim sive periculũ luxuriæ

abior

absorbetur à voragine vel opilagine avaritiæ. Sunt etiã alta pericula, quæ enumeravit Apost. 2. Corin. 11. iniquis, In periculis fluminum, i. volupatum, quæ currunt ad mare, i. ad amaritudinem gehennæ. Eccle. 1. Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat. Item periculis latronum, i. dæmonum insidiantium & spoliantium descendentes à Hierusalem in Iericho. Et sic de aliis periculis ab Apost. vbi supra enumeratis: quæ suo modo similiter exponi possunt. Secundum est periculosum mare peccati propter ventorū contrarietatem siue tempestatē. Daniel. 7. Ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno. Isti quatuor venti sunt vanus timor, vana spes, vanus dolos, & vanum gaudiū. Vnde ventus Austri est prosperitas, Aquilonis aduersitas, Orientalis inspiratio gratiæ, Occidentalis suggestio malitiæ. Merito periculosum est propter monstrorum diuersitatē, quæ monstra figurantur Dan. 7. per quatuor bestias, quæ surgunt de mari. Prima enim similis est leoni qui significat superbiam vitæ. Secunda verò vrsō, quæ significat voluptatem carnalis concupiscentiæ. Tertia pardo, cupiditatem avaritiæ significans. Quarta habens dentes ferreos & terribilis atque mirabilis & fortis nimis crudelitate malitiæ significat. Trans hoc mare Iesus abiit, quia peccatū non fecit, nec inuētus est dolus in ore ipsius, 1. Pet. 2. Ideo legitur Iob. 28. Mare loquitur, non est mecū, s. sapientia verbi dei. Hoc mare debemus nos transire in nauicula poenitentiae. Sapient. 14. Exiguo ligno credūt homines saluare animas suas, & trāsseunt mare per ratem liberati sunt. Ex quibus colligi potest, quod poenitentia, vt liberet nos ab hoc mari, & perducatur ad portum salutis, debet habere septem conditiones. Prima vt sit humilis: ideo dicitur, exiguo ligno. Confitens enim nō debet esse superbus, vt Phariseus, qui coram deo se iactabat: sed sicut Publicanus humilis, qui misericordiam humiliter postulauit Sapient. 7. Exiguo conceditur misericordia, i. humiliter petenti. Secundū debet esse fortis, vt non frangatur vndis tentationum, & ideo assimilatur ligno: Isa. 10. Forte lignū & impuribile elegit artifex sapiens. Tertiū debet esse fidelis: ideo poenitentia hæreticorum, qui non rectē credunt quantumcumq; aspera esset, non tamen eos iustificaret: quia corde creditur ad iustitiā. Rom. 10. Quartū debet esse mobilis & non pigra vel otiosa, vt, s. ipsi confidentes sint transeuntēs, & nō stantes. Et hoc est, quod dicebatur super Transeuntēs mare, &c. Qualiter autem transire debent poenitentes, dicitur Act. 12. Transeuntēs per primā & secundam

custo

custodiam venerunt ad portā ferream, &c. Prima custodia est diaboli in corde ne homo conteratur. Secunda in ore, vt non confiteatur. Tertia in opere, vt non satisficiat, vel vt in consuetudinē ducat. quæ rectē designatur in porta ferrea, fortiter detinens ne peccatum dimittatur post contritionē & confessionē per diuinam gratiā. Quæ custodia vt homini liberis gressibus pateat, & vt porta ferrea vltro aperiatur, necesse est vt homo habeat angelū deducentem se, & comitantem, vt Petrus, hoc est gratiam præuenientem, cooperantem & subsequentem: sine qua homo à carcere peccati & custodia diaboli per se liberari nequit. Quinto debet esse amara & flebilis, sicut Mariæ Magdalenæ. Thre. 3. Magna est velut mare cōtritio tua. Et notatur supra, vbi dicitur mare. Sexto debet esse discreta & rationalis. Rom. 12. Rationabile sit obsequiū vestrum. Et notatur sup. cum dicitur: per ratem liberati sum: quæ nisi cum cautela custodiatur & gubernetur, facillimē procellis & tempestatibus subuertitur, & periclitatur. Secundū exēplo Christi debemus transire mare mundi, hoc mare magnum & spatiosum. Psal. 103. Et est valde dubium & periculosum propter tria. Primū propter pericula Sirenum, quarum cantum debemus surda aure transire ad modum Ullis sapientis, qui dicitur pice sibi aures obturasse, ne has Sirenes audiret. Hæ enim Sirenes habēt facies simeas & voces blandas: sicut sunt adulatores, palponēs, siue blanditores & malorum suadores: propter quorum cantus blandos proiciūt se homines in pericula mundi, nisi obturent aures suas pice, i. peccati fœtore, considerantes, s. eius fœditatem, turpitudinem, & deformitatem. Item in hoc mari est Scylla, i. saxa latentia secundū Papiam. Et dicit Isido. in 17. Etym. quōd monstruosam faciem fabulæ illi dederunt quasi formas hominis, succinctam capitibus caninis: quia collisi illi fluctus canum latratūs videntur exprimere. Et significat detractores & susurratores, quos libet, qui rectē sunt canes bonis oblatrantes. De hoc quoque mari cōsurgit illa bestia singularis malitiæ & nequitie & inobedienciæ, de quā Apoc. 13. Vidi de mari bestiā ascendentem, habentē capita septē, s. capitaliū vitiōrū, & 10. cornua, i. transgressionē decalogi: quæ acriter pugnat cōtra nauigantes per hoc mare. Secundū mare inūdi est dubiū propter locum. Sunt enim ibi Charybdes, i. loca vertiginosa opilaginibus & gurgitibus occultis profunda nimis. Et sunt pericula ex insidiis dæmonū, malorum hominū, & carnis nostræ prauis concupiscentiis, quorū omnium fluctus procellosi diuersarū tentatio-

num



num nonnunquam in vnum præcipitiū confluunt, vbi aquæ in gyrum perplexitatis circumuolutæ plerisque in hoc mari nauigantes absorbent, & in profundissimam inferni abyssum demergunt. Ioan. 2. Omne quod est in mûdo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Tertiò dubium propter vasa, habent enim nauigantes in hoc mari vasa fragilia onerata & perforata. Vasa ista sunt corda humana, quæ sunt fragiliora & passibilia omni vase vitreo, luteo, ligneo, lapidæo. Nam & si vas vitreū potest aliquo duro frangi, non tamen submersum extingui. Item ligneū & si potest igne comburi, non tamen igne læditur, si submergarur. Item luteum aquâ tenet & igne solidatur. Item lapideū licet ferro frangatur non tamen aère corrumpitur. Sed cõstat quòd corpus humanum etiam aquis huius maris, i. mundi immersum his omnibus fragilius est, quia nedum duro aliquo sicut vitrum sed etiam leui qualibet tentatione nonnunquam concutitur & frangitur igne carnalis æstus: sicut lignū materiale exurit & nõ sicut lutū solidatur, sed dissoluitur & in aquas concupiscentia desinit, & aere cuiuslibet suggestionis & laudis inanis sepius corrumpitur & subvertitur. In hoc etiam maris nauigio sunt vasa onerata, quia nauigantes plerūque onerati sunt peccatis, cum quibus stolidi profundissimum & procellosissimum & variis tempestatibus exagitatū hoc mare pertransire conantur: quibus vt lucrifaceret animas suas, expedit potius vt se oneribus huiusmodi exonerarent exẽplo illorum intrer quos Paulus fuit, Act. 21. Ne vel sic onusti alios plurimos corruerent & scandalizarẽt: quia cui libet tali expedit vt dicitur Mat. 18. q̄ suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vbi Glo. Vtilius est innoxii grauissima pœna vitæ finire, quàm lædendo fratrem mortem mereri perpetuã. Habent etiam nauigia nostra vasa perforata rimis & foraminibus quinque sensum, in quẽ intrant aquæ malariū tentationũ & delectationũ. Vnde P̄sal. 68. Saluum me fac Deus, quoniã intraverũt aquæ vsque ad animam meã. Hoc enim mare Christus pertransiit abeundo, dum nihil terrenum & mundanum possidere voluit Mat. 8. Vulpes foueas habet, & volucres cœli nidos: filius autẽ hominis, &c. Et hoc etiã ipse figurauit, quando siccis pedibus super mare ambulauit: nobis in exemplum, vt & ipsi mare huius sæculi siccis pedibus, hoc est non insecatis affectibus & pollutis transeamus ipsum, scilicet & omnia quæ in eo sunt. conremittendo, suppeditantes & conculcantes; secundum illud:

Noli

Nolite diligere mûdum, neque ea quæ in mûdo sunt. 1. Ioan. 2. Et ista est via secura. Isa 51. Posuisti profundum maris viã, vt transiret liberati. Tertiò debemus exemplo Christi transire mare cordis humani, quo inuoluimur per diuersas cogitationes & affectiones. Et hoc mare est inscurabile propter profunditatem suam, Eccl. 1. Profundum abyssi quis dimensus est? Iere. 17. Præuult est cor hominis & inscurabile, quis cognoscet illud? Aug. De occultis alieni cordis temere iudicare, peccatū est. Item instabile propter varias tentationes. Isa. 54. Impij quasi mare feruens quod quiescere non potest. Nihil enim est quod quietare possit mare cordis humani, nisi ille de quo legitur, quòd imperauit ventis & mari. Aug. fecisti nos domine ad te, & inquietū est cor nostrum, donec perueniat ad te. Item illud mare est dubitabile propter paupertatẽ: frequenter enim deficiunt in hoc mari ea quæ sunt necessaria ad viuendū & nauigandū. Mare est cor humanū. Nam corda peccatorũ carent virtutibus, per quas quasi per velũ & malũ & alia iustriameta naues habet duci. Carent etiã vento gratiæ, & aura spiritus sancti, sine qua nauis non potest procedere in bonũ, siue in portũ salutis. Carẽt etiam spiritualiũ cõsolationũ nutrimento & sustentamento. Hoc mare Christus transiit, quia cogitationes prauas nõ habuit: quia sicut exaltati sunt cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Isa. 55. & Iob. 9. Qui graditur super fluctus maris. Vnde & nos exemplo eius similiter debemus abire trans hoc mare, prauas cogitationes fugiendo, sicut sunt cogitationes luxuriosæ. Vnde P̄sal. 113. Mare vidit & fug. Vel restringendo malas, s. cogitationes iræ & superbiæ. Iob. 38. Circūdedit illud, s. mare terminis meis. Vel solidãdo, si sint molles & pavidæ. vt in accidiosis: vel secundũ diuersas concupiscentias fluidæ, vt in auaris & gulosis. P̄sal. 105. Incepit mare Rubrum & exiccatū est. ¶ Secundò Christus oculos leuauit vt rectificaret ad dominũ nostram intentionem, quæ est oculus, secundum quẽ omnia opera nostra diriguntur. Vnde dicit: Cum subleuasset oculos. Hic enim ad nostrã instructionẽ aliquoties, & præferim quatuor vicibus oculos legitur subleuasse. Primò quãdo eras populũ refecturus, si curi hĩc. Ex quo instruimur, quòd quãdo pauperibus aliquid damus, oculos, i. intentionem nostram ad Deũ leuare debemus. Thren. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in cœlos. Hiero. Cum pauperibus manũ extendis, cogita Christũ. Secũdò leuauit oculos patrẽ deprecaturus. Ioan. 17. Sub

17. Subleuatis oculis in cœlum, dixit: Pater, venit hora, &c. Ex quo instruimur, quod cum orare volumus, oculos cordis ad Deū leuemus, vt & illud sit in corde, quod versatur in ore. Psal. 122. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Tertiò leuaui oculos discipulos docturus. Luc. 6. Et ipse eleuatis oculis in discipulos, dixit: Beati pauperes, quoniã vestrū est regnū cœlorum. Sic & nos quando prædicamus, leuamus oculo cordis ad dominū. Primò sapiētia à Deo petendo, Iac. 1. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non impropertat. Secundò gratias pro data sapientia vel doctrina reddendo. Eccl. 51. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Quartò leuaui oculos Lazarū resuscitādo. Ioā. 11. Iesus eleuatis sursum oculis dixit: Pater gratias tibi ago, quoniam audisti me, &c. In quo ostenditur difficultas resuscitandi à peccato consuetudinis. Vbi Glo. Difficile surgit, quē moles malæ cōsuetudinis premit. Et in hoc instruimur, quod cum aliquid difficile est ad faciendū, leuamus oculos ad dominū. 2. Paral. 20. Cū ignoramus quid agere debeamus, hoc solū residui habemus, vt oculos nostros dirigamus ad te. Tertiò Christus informat actionē ex eo, quod populum pauit de panibus quinque hordeaceis & duobus piscibus: quibus spiritaliter acceptis etiam anima rescitur. Et isti quinque panes sunt quinque vulnera Christi. Nam sicut panis confortat hominem corporaliter, sic vulnera Christi hominis mentem spūaliter. Vnde Bern. Vltimū & singulare refugiū passio tua. Deficiēte enim sapiētia, iustitia, sanctitate & meritis, illa sola succurrit. Quis enim de sua sapiētia, iustitia & sanctitate præsumit sufficiētia? quasi diceret, nullus. 1. Cor. 3. Sufficiētia nostra quid ex deo est. Sed cum defecerit virtus mea, non diffido: sed quia faciam? Calicē salutaris accipiā, & nomen domini inuocabo. Dicit enim Ansel. Nulla mihi vita, nulla salus, nisi in passionē tua. Et sunt verē tales panes hordeacei, id est, amari. Thren. 1. O vos omnes qui transitis per viā, attēdite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Isti panes, i. vulnera Christi sunt pisti in igne Charitatis, i. in camino crucis. Bern. de stimulo amoris, li. 1. c. 13. Non credo quod omnes angeli possent suis intelligentiis capere vehemētiam charitatis, quam Christus exhibuit inimicis, Et item isti panes cum lachrymis creberrimē masticandi, id est, meditandi sunt. Aug. Quis potest meditari, sicis oculis, & lancea militis pertrāsū latus saluatoris? Nota triplices lachrymas. Primò lachrymas cōtritionis. Iob. 3. Antequā comedo, suspiro,

Psal.

Psal. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, &c. Ezech. 12. Fili hominis panem tuum in conturbatione comede. Et quicquid sic contritus & conturbatus flendo petieris, ipse exaudiet. Iere. 31. In fletu venient ad me, & in præcibus reducam eos. Chryso. Nemo flens ad deum accessit, quin impetrauit quod postulauit. Secundò lachrymas cōpassionis. Luc. 23. Sequēbatur autem eum multa turba populū & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. Roma. 12. Flete cū flentibus. Sic & nos 2. Tim. 2. Si sustinebimus, & contreguabimus. Tertiò lachrymas dilectionis & deuotionis: & sic maria Magdalena fleuit, Ioā. 20. Mulier quid ploras? Primit merētur remissionem, Iudith. 8. Indulgentiā eius suscipis lachrymis postulemus. Secundi consolationem. Psal. 93. Secundum multitudine dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Terrij Christi visionem. Bern. O felices lachrymæ, quas benigna absterget manus conditoris. De his quinque panibus mysticis Bern. dicit: Accedamus ad Christi vulnera, ibi apparet eius clementia. Idem: Introduce me in gazophilacium tēpli tui, vt videre valeā quantum obtuleris patri pro me. recipe filiū prodigum, vt tecū comedam vitulū saginatū in cruce assatū. Nimis est saxū cor meum, nisi molliatur sanguine tuo. O bone pastor, ego sum ouis quæ periit & errauit, pro qua in cruce posuisti animam tuā: agnosce me, vt introduceas me in caulas vulnerū tuorum, si ne enim morte tua morior, sine vulneribus tuis vulneror. Domine pro me fecisti cœlū & terrā, aues, pisces, bestias, solē, lunā & stellas, quæ mihi omnia vliuerunt: sed da mihi vulnera tua, hæc super cœlum habitant cor meū, super sidera illuminant intellectū, super ignem accendunt affectum, super aërem emolliunt, super aquam fecundant, omnibus meliora fructibus, omnia (inquam) vanitas. nec vlla vspiam nisi in vulneribus tuis fortitudo. Potius volo este cum latrone secum in cruce, quàm cum Petro Iacobo & Ioanne in mōte. O pœnitens, si mare fugis, cum Christo in montem virtutū ascende: vis quiescere, in illius vulneribus requiesce: nuspiam enim quàm in his tura tibi quies. Idem: Quid tam efficax ad curandum vulnera animæ, sicut sedula vulnerū Christi meditatio? ibidem: Efficacior est mors Christi in bonum, quàm peccata in malum. Aug. Memor ero, quamdiu vixerō, laborum quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, vigiliarum in orando, tentationum in ieiunādo, lachrymarum in compatiendo, insidiarum in colloquendo,

postemò conuictorum, sputorum, horumque similiarum que abundantius pertulit. Hæc mihi in ore frequenter, in corde semper, hæc mea philosophia, scire Iesum & hunc crucifixum. Nihil remansit in eo impertusum nisi lingua, sed aceto & felle amaricata, ut pro peccatoribus exoraret, & matrem discipulo commendaret. Ex his reliquis debes implere duodecim commentos. Item duo pisces spem & timorem significant. Primo timorem, quo timeat quis, ne forte multoties renouauerit vulnera Christi peccatis suis. Heb. 6. Rursum crucifigentes, sibimetipsis filium dei, & ostentui habentes. Talis enim timor liberat & præseruat à peccato. Eccle. 1. Timor domini repellit peccatum. Secundò spem, quia dicit Bernard. Maiorem dei misericordia, quam quæuis nostra iniquitas. Vel sic: Duo pisces, quibus anima reficitur, sunt, s. abrenuntiatio omnium terrenorum, & seruens desiderium æternorum: qui ambo in aqua vitæ præsentis hamo diuinæ gratiæ capiuntur. Nā sicut dicit Remig. Piscis quatuor habet proprietates. Prima est, quod non potest viuere sine aqua, s. electus sine gratia dei. Vnde Chryl. Sicut terra sine aqua, sic homo sine dei gratia. Ideo Ps. 142. Anima sicut terra sine aqua tibi. Quā aquā quotidie petunt electi de nube spiritus sancti dicentes illud Is. 45. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum. Secundò piscis facit saltum super aquam: sic electi dei ad cælestia se subleuant, dicentes cū Apost. Philip. 3. Nostra conuersatio in cælestibus est. Tertiò piscis quò magis fluctibus tunditur, eò magis roboratur: sic & electi dei proficiunt per tribulationes, ut dicit Chry. Sicut ignis statu augetur, sic electus dei in tribulatione roboratur, vel sic: Duo pisces sunt, s. consideratio præmij, & contèplatio æterni supplicij. Primus piscis reperitur in aqua dulci, i. in dulcedine gratiæ. Secundus in aqua amara, id est, in amaritudine contritionis pro peccato. Primus trahit ad bene agendum & confortat in opere bono. De quo Grego. Consideratio præmij minuit vim flagelli. Nam si consideremus quæ promittuntur in cælestibus, vilescunt omnia quæ sunt in terris. Secundus piscis trahit à malo per timorem. Prouer. 16. In timore domini declinat à malo.

¶ Dominica Iudica.

¶ Per que argumenta Christus & firmam suam à calumniis Iudeorum vindicauerit, & fidem sibi impie detestari ostenderit.

## ENARRATIO I.

**T**ulerant Lapides Iudei ut iacerent in eum. Ioan. 8. In Summa Euangelij duo inuenerunt. Primò excellentia claritatis singularis.

aris. Secundò patientia humilitati exemplaris. Primum ibi: *Quis ex uobis arguet me de peccato?* Secundum ibi: *Demonium non habeo.* De primo dicit: *In illo tempore, s. in festo scenophegiæ, s. cum Christus uenerat in templum in medio festiuitatis, scilicet quarto die, & in ultimo festiuitatis die clamabat in templo: Si quis sitit, ueniat & bibat.* Post hoc absoluit mulierem in adulterio deprehensam, & deinde se dixit lucem mundi. Indignati ergo Pharisei miserunt ministros, ut eum caperent, & intendebant eum occidere. Tunc Christus ostendit se innocentem dicens: *Quis ex uobis arguet me de peccato?* quasi diceret secundum Gloss. Vos uultis me occidere, ostendatis igitur causam mortis, cum nullus sine causa debeat ad mortem damnari. Per hoc docemur, cum quis falsè vel iniuste infamatur, tunc laudabile est, quod se excusat. Nam tria bona ex hoc sequuntur. Primum est quòd innocens fama conseruatur, quæ est maximum bonum inter res temporales. Prou. 22. Melius est nomen bonum quam diuitiæ multæ. Modò silicium est huiusmodi quod defendat superbiam, multò magis bonam famam: quia dicit Aug. in Cano. 12. q. 1. nolo. Propter nos conscientia nostra nobis necessaria est, propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in uobis. Duæ res sunt conscientia & fama. Conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo. Ideo subdit: *Qui fideus conscientiæ negligit famam crudelis est: ut aliqui sunt qui dicunt: deus scit, quia innocens sum in hac causa, & sic tales nolunt probare suam causam.* Contra quos dicit Apost. Rom. 12. Prouidentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Secundò bonum quod inde oritur est, ut detrahentis lingua refrænetur, quæ ualde nociua est, ut inquit Bern. Nunquid non uipera est detrahentis lingua? quæ lethaliter tres inficit uno flatu, scilicet detrahentem, & eum cui detrahitur, & tertium qui audit detractiones, & delectatur in eis. Est enim læcæ acutissima, quæ tres uno ictu penetrat: est enim gladius: triceps. Ideo subdit: *Detrahere & detrahentem audire, utrum horum danabilius, nõ factum dixerim, quia uterque portat diabolium sub lingua.* Vnde Pliros. Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. Propter quod scribitur in cano. 6. quæ st. 1. Summa: *Summa, iniquitas est detrahere, quia omnis qui detrahit fratrem suo homicida est.* Ratio: qui enim occidit famam bonam illius de quo loquitur detrahiuè, occidit animam propriam & alterius, s. audientis. Ideo maledicuntur Prouer. 30. Maledicta generatio quæ pro dentibus gladios habet. Et in Cano. 6. quæ stio. 1.

deteriores: Deteriores sunt, qui detrahendo vitam & mores corrumpunt, quam qui substantiam aliorum prædiorumque diripiunt. Tertium bonum, ut scandalum audiētis euitetur. Et ideo bonum est, ut susurratorum & detractorum lingua refranetur, quia scribitur Matt. 18. Vt homini, per quem scandalum venit. Ideo dicit Chry. Omnia agamus, ne proximus scandalizetur. Et sic Christus fecit in præsentī Euangelio, unde Iudæi in tribus detrahebant ei. Primò in vita, dicentes eum peccatorem. Ioan. 9. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Mar. 11. Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Secundò detrahebant doctrinam ipsius dicentes Ioā. 8. Testimonium tuum non est verum, & vocabant eum seductorem. Ioā. 7. Multum murmur erat de eo, quidam enim dixerunt, quia bonus est: alij vero, nō, sed seducit turbas. Ideo accusabant eum tanquam seductorem. Luc. 22. Inuenimus hunc subvertentem gentem nostram. Tertio detrahebāt suis miraculis, dicentes eum in virtute dæmonij eicere dæmonia, *Id est virtute Beelzebub principis dæmoniorum eicit dæmonia.* De his tribus perfecte purgavit se in præsentī Euangelio. Ad primum dixit: *Quis ex vobis arguet me de peccato? Quo ad secundum dixit: Si, id est, quia veritatem vobis dico, quare non creditis mihi? Et in hoc ostendit suam doctrinam veram.* Quo ad tertium dixit: *Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum.* In hoc sua miracula non ex diabolo, sed ex virtute diuina esse significans. Circa primum dixit: *Quis ex vobis arguet me de peccato? quasi diceret: Vos dicitis me peccatorem & malefactorem coram populo communi; nunc ego offero me vobis qui estis inimici mei, ut hic publice peccata mea coram omni populo producat, si aliqua fecit.* Quod si facere non poteritis, iam certum est, quod me mendaciter inculpatis. Ex hoc patet magna Christi iustitia. Chry. Magna fiducia iustitiæ est, ubi aduersariis committitur causa; ut impleatur illud Deut. 32. Inimici nostri sunt iudices. Non enim fuerunt simplices & humiles personæ, qui timentissent dominum, sed principes: non idiotæ, sed legisperiti. His dixit: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Orig. Quis hominum posset hæc dicere? quasi diceret, nullus, quia scribitur Rom. 3. Omnes peccauerunt & egent gratia dei. Nam de nobis singulis scribitur 1. Ioā. 1. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nō est. Ipse enim solus est qui peccatum non habuit, nec etiam peccare potuit multis de causis. Primò propter officij dignitatem, quia pontifex mediator dei, & hominum, qui seipsum oblatu

rus venerat pro peccatoribus, & genus humanum redempturus à peccato: Dignum igitur fuit ipsum esse sine peccato. Alias si peccatum habuisset, redemptore indignuisset: & sic non fuisset verus mediator. Et hoc est quod dicit Apost. ad Hebr. 7. Talis decebat ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens impollutus, segregatus à peccatoribus, & excellior oculis factus. Et figuratus est Leuitic. 16. in hircō. Nam quando populus peccauit, duo hirci recipiebantur, & vnus interficiebatur, & sanguine eius aspergebatur tabernaculum: ad alium hircum sacerdos accedens posita vtraque manu super caput eius, confitebatur omnia peccata populi, imprecans ea capiti eius. Et iste hircus non interficiebatur, sed mittebatur in desertum: ut sic portaret omnes iniquitates eorum in terram solitariam: & sic populus expiaretur & reconciliaretur. Spirituallyter populus, id est genus humanum peccauit. Prou. 20. Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum à peccato? Et ad hoc mundandum requirebantur duo hirci, id est duplex natura in Christo, scilicet humana & diuina: humana occidebatur, & coram tabernaculo, id est genus humanum aspergebatur sanguine eius ad sanctificationem populi. Vnde Hebr. 9. Si sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ, aspersus iniquitates sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti. Sed per hircum, qui non occidebatur, sed viuus in desertum missus est, intelligitur natura diuina, quæ mansit illæsa, quia impassibilis & immortalis. Et sicut ille hircus non habuit peccata, & tamen portauit peccata populi: sic & Christus peccatum nō fecit, & tamen portauit nostra, 1. Pet. 2. Peccata nostra ipse petulit in corpore suo super lignum, cum fuit missus in desertum, scilicet passionis, in locum Caluarie, de quo in Epistola hodierna, Heb. 9. Semetipsum obtulit immaculatum Deo. Et sic probatur primò non habuisse peccatum. Secundò Christus non potuit peccare propter defectibilitatem peccati, quia peccatum est defectus gratiæ, ipse autem fuit, ille, de quo Ioan. 1. Vidimus eum plenū gratiæ & veritate, & de plenitudine eius nos omnes accepimus & gratiā pro gratiā, quia gratiā & veritas per Iesum Christum facta est. Tertio quod Christus peccate non potuit, patet ex diffinitione peccati, quia dicit Aug. Peccatum est dictum, factum vel concupitum contra legem diuinam. Modò Christus nunquam fecit contra legem diuinam. Ioan. 8. Ego quæ beneplacita sunt ei facio semper. Matt. 5. Non veni

soluere legem, sed adimplere: Idcirco nō peccauit, quia contra legem non excessit. Quarto per diuisionē sufficientē, quia dicit Greg. in cano. de pœni. dist. 2. sciēdum. Omne peccatum aut committitur ex ignorantia, aut infirmitate, aut ex malitia siue studio. Modō Christus peccare nō potuit ex ignorantia, quia erat omnia sciens, quia ipse est Col. 1. in quo omnes thesauri scientiæ & sapientiæ dei sunt absconditi. Et Ioan. 1. Ipse sciebat quid esset in homine, quia nihil sibi occultum. Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Nec secūdo, modō, s. ex infirmitate peccare potuit, quia sensualitas perfecte obediuit rationi. Nec etiam tertio modo, s. ex malitia, quia ipse totus bonus & essentialiter à natura, quia verus deus. Vnde lux & tenebræ misceri nō possunt. 2. Cor. 6. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? sic nec malitia & bonitas: ergo peccare non potuit. Quinto propter finis perceptibilitatem. Damasc. Quicquid enim vltimum finem suum attingerit, vt illi, fortiter adhæreat, oportet: finis autē omnium bonorum est deus, sicut finis malorum est infernalis status. Et ideo sancti qui sunt in cœlis inseparabiliter adhærent vltimo fini, s. deo, ita vt & vterius peccare non possint, nec vel mereri vel demereri. Similiter damnati qui sunt in inferno, demereri non possunt. Donec autem sumus in via, possumus mereri & demereri. Christus autem hō instanti suæ conceptionis fuit viator simul & comprehensor, quia vltimo fini coniunctus. Semper enim anima eius & caro fuit diuinitati coniuncta: ideo, nullum in eum peccatum cadere potuit, maximē cum peccare, sit à deo recedere. Ipse autē verus deus & homo est: ideo à seipso recedere nō potuit, & per cōsequens nec peccare. Ideo patet, q. Scribæ & Pharisæi corā populo, falsē arguebant eum de peccato. Postquam igitur purgauit se de vita suā, nixit se purgare de doctrina, dicens: *Si ego veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* quasi diceret: Ex quo vitam meam non potestis probare culpabilem, vt hinc occasione vsurpata velletis spernere doctrinam meam, nec propter aliquam inuolutionem fallitatis, quia ego veritatem dico vobis. Remig. Reuera veritatem dixit, quia Christus veritas est: & quicquid, veritas loquitur, manifestum est, quod verum est quod loquitur. Ioan. 14. Ego sum via veritas & vita. Ideo itō *quare non creditis mihi?* Reuera debuissent credidisse. Nam quadruplici de causa creditur bonum. Primō propter iuramentum. Heb. 6. Omnis controuersia finis ad confirmationem est iuramentum. Et sic iura-

uit Christus, Ioan. 16. Amen amen dico vobis, i. verē, siquid peieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Secundō propter sigillum principis vel potestatis alieuius ambasiatori creditur. Sic est & de Christo, Ioan. 6. Hūc enim pater signauit Deus, qui verax est. Reuera habuit sigillum, i. potestatem patris. Ioan. 10. Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere. Si autem facio, & si non vultis mihi credere, operibus credite, quasi diceret, hoc est sigillum patris. Tertio creditur alicui propter promissum: sicut cum incredulo expanditur manus, vt in contractibus & stipulationibus plerunq̄ fieri solet, vt promissioni eius credatur. Sic & Christus vtriusque manus expandit in cruce. Isa. 65. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum: ad designandum per dexteram gloriam quam promisi bonis: per sinistrā, pœnam quam minatus est malis. Matt. 25. Ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam. Quarto creditur alicui propter testimonium quod habet, & sic Christus habuit testimoniū sufficiens. Primō prophetas, Act. 10. Huic omnes prophete testimonium perhibēt, remissionē peccatorū recipere per nomen eius omnes, qui credūt in eum. Itē Moses testatur de eo. Ioan. 5. Si crederetis Mosi, crederetis forsitā & mihi: de me enim ille scripsit. Sed diceret: Vbi Moses testimonium perhibet de Christo? Responderetur, quod Deute. 18. Prophetā de gente tua & de fratribus tuis suscitabit tibi dominus Deus tuus, ipsum audies. Et iterum: Prophetā suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existā. Item Ioan. Bap. testatur, Ioan. 1. Hic venit in testimoniū, vt testimoniū perhiberet de lumine. Item tota trinitas. Pater in voce Luc. 3. Tu es filius meus dilectus; in te cōplacui mihi. Filius in carne, Ioan. 18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc vent in mundū, vt testimoniū perhibeam veritati. Spiritus sanctus in specie colūba. Luc. 3. Et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut colūba in ipsū: Et sic patet, quomodo tota trinitas illi testimoniū perhibet. 1. Io. 5. Tres sunt qui testimoniū perhibent in cœlo, scilicet pater, verbū & spiritus sanctus. Et sic impletū est illud Psal. 92. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Sed quōd non crediderūt, in causa fuit inueterata eorum malitia. Quod & conuenit Psal. 105. Non crediderunt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis, &c. Quia maleuoli erant, sicut etiam nūc hodie sunt. Et hoc manifestē tangit in textu, cum subdit:

*Qui ex deo est, verba Dei audit: Propterea vos non audistis, quia ex Deo non estis, q. d. quod vos non audistis, non est ex patre meo: vita vel doctrina, sed vestrae malitiae. Ideo Grego. Vnusquisque seipsum interroget, an ex deo sit: an verba dei aure cordis audiat, percipiat, intelligat & custodiat, quia non sufficit audire aure corporis, nisi etiam assit impletio operis. Vnde Iaco. 1. Estote factores verbi, non auditores tantum. Ratio: Rom. 11. Quia non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Deinde subdit malitiam eorum. Responderrunt Iudaei & dixerunt: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es? Greg. Ecce proprietates malorum, quia quem ratione vincere non poterant, conuictis inuadunt: In hoc quod dicunt eum Samaritanum, obiciunt contra primum, inculpantes eum de vitæ nocentia. Samaritani enim erant peccatores & publici transgressores legis: & in hoc etiam obiciunt contra secundum, s. veritate doctrinae. Nam licet Samaritani circumcisi erant: tamen dicebant consuetudines Iudaeorum seruari non debere: nec etiam ipsas seruabant, sed idola colebant: & sic illis tēporibus. Samaritani apud Iudaeos fuerunt. sicut modò apud nos hæretici. Item in hoc, quod dixerunt *demonium habes*, manifestè obiecerunt contra miracula sua, dicentes in virtute dæmonum illa fieri. Sed diceres: Ex quo nouerunt Christum in Iudæa natum, quare ipsum Samaritanum appellabant? Respondet Theoph. quia videbatur eis quod Christus non perfecte iudaizaret, eò quod sabbatum non custodiret. Sed quia Christus de primis duobus, vita s. & doctrina, sufficienter se expurgauit, ideo ad illa non respondit, sed ad tertium. Dixi igitur secundò subiungitur patientia humilitatis exēplaris, ibi: *Demonium non habeo*. Et in hoc dedit nobis exemplum mansuetudinis & humilitatis, quod etiam pro eo tempore quo à proximis contumelias accipimus, eorum mala taceamus & calumnias & opprobria patienter sufferamus, vt hic Christus fecit. Vnda Gre. Pensanda est Saluatoris clementia, quæ non prorupit in impropetia. Et probat tribus rationibus se dæmonium non habere. Prima ratio talis est: Ille non habet dæmonium, qui in omnibus operibus suis quærit gloriam Dei, eò quod diabolo vbique gloria Dei est contraria: sed ego in omnibus quæro gloriam Dei. Ioan. 4. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Et tangitur hoc totum in textu: *Ego honorifico patrem meum*. quasi dicat: hoc dæmonium non facit, quia omnem sapientiam, potentiam & cuncta bona, non mihi, sed illi ascribo. Matt. 11. Omnia mihi tradita*

tradita sunt à patre meo. Vos autem in honoratis me. Primò quo ad diuinitatem, dicentes me dæmonium habere. Secundò quo ad humanitatem, dicentes: *Testimonium tuum non est verum*. Secunda ratio talis est: Ille dæmonium non habet, qui propriam gloriam non quærit, eò, quod proprium est diaboli in omnibus gloria suã quærere, Isa. 14. In cælum cõscendam, & supra astra Dei exaltabo solium meum. Et Mat. 4. diabolus ostendit Christo omnia regna mundi, & dixit: Hæc omnia dabo tibi, si cadens adoraueris me. Sed ego gloriam meam non quæro sed patris, quia (Ioã. 11.) in resuscitatione Lazari dixit alta voce, Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Tertiò dæmonium ille non habet, cuius gloriam pater cœlestis quærit, & cuius iniuriam iudicat: sed gloriam meam pater cœlestis quærit: eò quod testificatus est mihi in baptismo, dicens: Hic est filius meus dilectus, Mat. 3. Similiter in transfiguratione, Mat. 17. & Ioan. 12. Audita est vox de cœlo, Clarificauit, iterum & clarificabo. & 2. Pet. 1. Accipies à Deo patre honorẽ & gloriam voce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus, &c. Et sequitur: Et hanc vocẽ nos audiuius, cum essemus cum ipso in monte sancto. Insuper & iniuriam mihi per vos illatam puniet & iudicabit. Igitur *demonium non habeo*. Et tangitur hæc ratio in textu, cum dicit: *Est qui quærat, s. gloriam meam, & iudicet, s. iniuriam*. Vnde Pl. & canit hodiernæ Ecclesia in introitu missæ: Iudica me domine, & discerne causam meam de gente non sancta. Postquam igitur probauit se Christus dæmonium non habere, ostendit quòd inde omnis malitia eorum venit, quia sanam doctrinam contempserunt, in qua viam vitæ inuenire potuerunt. Vnde dicit: *Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum, i. non experietur*. Hic Christus non loquebatur de morte naturæ quam omnis homo, imo creatura experietur: sed loquitur de morte damnationis æternæ. Et ideo non loquitur hic simpliciter, non videbit mortẽ, sed addidit, in æternum. Sed Iudæi ira moti non intellexerunt eum loqui de morte æternæ, sed naturæ: ideo contumeliosè dixerunt, *Nunc cognouimus quia dæmonium habes*. Simon de Cassia: O cæcitas & contumeliosa malitia Iudæorum: nulla enim contumelia criminolior est, quam aliquem dæmoniacum appellare. Dæmonium enim est nomen pessimum, quia incorrigibile malum, deprauata voluntas, insatiabilis prædo, omnium vitiorum scatebra & proluuius. Et volentes assignare rationem sui dicti, dicebant: *Abraham mortuus est & propheta: & tu dicis: Si quis sermonem meum ser*

mauerit mortem non gustabit in aeternum. quasi dicerent: non est verum quod dicis, quia sermo tuus non est maioris efficaciam quam sermo Dei. Sed qui seruabant sermonem Dei, ut Abraham & prophetae, mortui sunt. *Nam quid tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est? q. d. nullo modo. Quem reipsum facis: q. d. cut te ipsum laudas & extollis, cum nihil sis, abiectus homo, vilis conditionis, quia filius carpentarii de Galilea? Quam igitur vsurpas tibi gloriam dicens: Quis sermonem meum seruauit non morietur? Ecce errantes ipsi male intellexerunt ipsum dixisse de morte corporis. Ideo & pro reliquo excusat se Christus de uana gloria, dicens: Si ego glorifico me, gloria mea nihil est. s. in re-putatione uestra. Est pater meus, qui glorificat me. Ioan. 1. Vidimus gloriam eius quasi uigeniti a patre. Et Act. 3. Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum. *Quem vos dicitis quia Deus noster est, non cognouistis eum.* per fidem, scilicet & charitatem. Teoph. Si patrem noscerent, filium venerarentur. *Ego autem noui eum. Et si dixero, quia non scio eum, ero similis uobis mendax.* Chryl. Sicut dicitis vos eum scire, & metimini: sic & ego si dicerem eum me nescire, mentire. *Sed ego scio eum: & sermonem eius seruo,* id est, uoluntatem eius impleo. e. Ioan. 1. Qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc ueritas non est. Deinde probat se maiorem Abraham, dicens: *Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum* scilicet natiuitatis temporalis: *uidit & gauisus est.* August. Vidit, id est, cognouit Christum in spiritu ex suo semine nasciturus. Etiam dicit quidam doctor quod Christus loquebatur haec uerba post decollationem Ioannis Baptistae, qui Abraham in limbo existentem ad quem descendit, Christum uenisse indicauit: & uidit, id est, cognouit, & gauisus est, scilicet de proxima redemptione sui & suorum. Sed iudei intelligentes hoc de uisu corporali dixerunt, *Quinquaginta annos non habes & Abraham uisisti?* quasi dicerent, tot anni iam elapsi sunt post mortem Abraham, scilicet duo milia annorum, quod impossibile est te Abraham uidisse. Sed ecce, ut predictum est malicia eorum impediuit eos quod non recte audierunt uerba, nec recte resumere illa potuerunt. Non enim dixit Iesus, quod ipse uidisset Abraham, sed, *Abraham uidit diem meum, & gauisus est.* Ipsi autem ex ira peruerterunt, dicentes: *Quinquaginta annos non habes, & Abraham uidisti?* Ideo ut uera se dixisse ostendat, dat eis intelligere deitatem, dicens: *Non enim dico uobis, antequam Abraham fieret, ego sum.* Hic manifeste respondit ad secundam quaestionem, scilicet cum interrogauerunt. *Nam quid tu maior es patre nostro**

*Abraham?* ac si dicerent: Quicumque habet alium beatificare & creator eius est, ille maior est illo: sed ego habeo Abraham beatificare, ideo exultauit ut uideret diem meum. Etiam ego sum creator eius, quia ego sum semper in uanescencia diuinitatis cum Deo patre. Ideo Abraham antequam fieret creatura ego sum, scilicet creator. Notanter dicit sum quod est uerbum substantiuum, significans puram essentiam rei sine conatione actionis & passionis: & non dicit fui uel ero, quia deitas non habet praeritum nec futurum: sed aeternitate quae non praerit nec futuratur: sed tanquam praesens immutabiliter stat & perdurat. Et ideo per aliquod aliud competentius non potuit exprimi uerbum, quam per hoc uerbum substantiuum, sum. Vnde Exo. 3. Ego sum qui sum. *Tulerunt lapides Iudei, ut uacerent in eum.* Aug. Defecerunt eis uerba, & habuerunt corda lapidea, ideo currant ad lapides. Ecce eorum malitia, non moti amore iustitiae, sed zelo inuidiae, lapidare eum uolebant tanquam blphemum: sed contra blphemum puniendum requiritur debitus modestus & processus, ut, scilicet, cora iudice & testibus sit conuictus & condemnatus, ut habetur Leuit. 24. Ipsi autem sine iudicio & iustitia in loco sacro, quod non erat licitum, dominum lapidare uoluerunt. *Iesus autem abscondit se, & exiit de templo.* Aug. Non abscondit se in angulo quasi timens, uel in domo quasi fugiens, uel retro murum quasi diuersens: sed caelica potestate inuisibilem se constituens. Alchimus: Quia nondum uenerat hora eius: nec talem mortem elegit, sed crucifigii. Ambrosio. in sermo. huius diei dicit: Dicunt aliqui, O quam male fecerunt Iudei, uolentes lapidare filium Dei: & pessime, quod uoluntate mala non contenti ipsum cruci fixerunt. Vera quidem quod male fecerunt. Sed consimile hodie, imo peius, multi Christiani faciunt. Quid est enim Christus Iesus, nisi ueritas, pax & iustitia? Qui ergo pro factitate relinquunt ueritatem, pro cupiditate corrumpunt pacem, & pro sterco oculat in malis: quid aliud uidentur facere, quam Christum lapidare? *Et uoluerunt figere? Beda. Quot malas cogitationes quis assumit, tot malas operationes, tot lapides in Christum mittit. He. 6. PR* Assunt crucifigentes filium Dei. Ne ergo simus tales, *Idcirco hodie sancta mater Ecclesia recollit dominicam passionem?* domi 199

¶ Dominica Palmatarum

¶ De promptitudine ac uilitate passionis

ENARRATIO

Benedictus qui uenit in nomine domini. Mart. 21. In summa tuam

gelij duo innuuntur. Primo, Christi clemētia inexplīcabilis. Secundo, honorificentia collaudabilis. Prīmū patet in principio. Secundum ibi: *Plurima autem turba.* De primō dicit: *In illo tempore, s. cum Christus vltimo itinere perrexit de Galilæa in Iudæam, perambulās Iericho, vbi conuertit Zachæū.* Luc. 19. Fecit salutem domini eius, in egressū de Ierichio illuminauit duos cæcos. Deinde venit in Bethaniam sabbatō hesternō, s. vbi paratū erat ei conuiuīū, & Maria effudit vnguentū super caput eius: manē autē appropinquauit Hierosoly. de quo textus: *Cum appropinquasset Iesus Hierosolimam.* Chrysost. In Homil. Cū appropinquaret tempus passionis, tūc Iesus voluit appropinquare loco passionis, s. Hierosolymis. Nam hic fuit locus ab eo electus ad moriendū, vt per se dicit, Luc. 13. Non capit prophetam perire extra Hierusalem. idcirco ex modo passionis eius, ostendendo, s. qualiter passus sit, pater singularis eius clemētia. Nā quintupliciter passus est. Quæ omnia tanguntur in Euangelio præfenti. Primo passus est voluntariē & libenter, & tangitur ibi: *Cum appropinquasset* & ad designandum eius voluntariam passionem, secundū quod prophetauit Esaias 53. Oblatus est, quia ipse voluit: & figuratum fuit in Isaac, qui voluntariē ad præceptum patris sui Abraham ligna portauit ad sui immolationem, Gen. 22. Vnde Hier. Dominus in eodem loco crucifixus est, vbi Abraham filium suum Isaac voluit immolare. Et congruebat eum pati voluntariē, sic enim Adam non compulsus, sed voluntariē peccauit, sicut Christus Iesus, pati voluntariē voluit. De quo Psal. 53. *Voluntariē sacrificabo tibi.* Ansel. in lib. *Cūr Deus homo,* dicit: Non fuit mortuus Christus ex necessitate, quia omnipotens, non ex debito, quia non peccator: sed ex libera voluntate, quia misericors & liberator. Secundo passus est humilimē & obediēter; & tangitur ibi: *Et venisset Bethphage,* quod interpretatur domus obedientiæ, quia ex obedientia patris passus est. Ideo dicitur Matth. 20. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. De qua obedientia loquitur Apost. ad Phil. 2. Factus est obediens, vsque ad mortem. Et congruebat, quia excessus fuit per inobedientiam, ideo satisfactio debebat fieri per obedientiam. Rom. 5. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores cōstituti sunt multi: sic per vnus obedientiam iusti constituuntur multi. Et Bern. Sicut ab inobedientia omne vitium, sic ab obedientia omnis virtus processit. Tertio passus est piē & misericorditer, nam passio sua ex mera misericordia processit: quia Deus pater nullū aliud sa-

crificium voluit pro peccato. Vnde Psal. *Holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi: Ecce venio, s. in humanitate ad satisfaciendū pro peccato humani generis.* Vbi Ansel. Quæ maior pietas & misericordia, nisi cum peccator vnde se redimeret, non habuit, redēptus est per Deum? Et quod Deus pater, dixit: *Accipe filium meum,* & da cum pro te. Filius verō dixit: *Accipe me,* & redime te. Et hæc pietas & misericordia innuitur in textu, cum dicitur: *Ad montem Oliueti.* Nam oleum misericordiæ demonstrat in passione. oleum enim supernat omnibus liquoribus, sic & eius misericordia in passione excellit omnia opera. Psa. 144. *Miserationes eius super omnia opera eius Bern.* Magna fuit misericordia in creatione, maior in incarnatione, maxima in passione & redemptione. Ideo dicit Apost. ad Titum 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundū suam misericordiam saluos nos fecit. Eph. 2. Gratia enim saluati estis, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis gloriētur. Aug. Illā gratiam nullus promeruit, sed omne meritum ab ea processit. Quarto passus est charitatiuē & amanter. Eph. 2. Deus autē qui diues est in misericordia propter nimiam charitatē suam qua dilexit nos, eū essemus mortui peccatis, cōiunificauit nos Christo, s. morte sua. O magna charitas. Io. 15. Maiorē hac dilectionem nemo habet, quam vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Ipse autē non solum pro amicis, sed etiā pro inimicis, eam posuit. Ro. 5. *Commēdat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniā cū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Bern. Charitas Dei omnē mensuram excedit. Et congruebat, quia inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū, Sap. 2. Ideo decuit vt charitate Christi mors de mundo fugaretur. Et notatur hæc charitas ibi: *Misit duos discipulos.* Per quos duos significatur duplex charitas, quā ad nos habuit, s. diuinā & humanā. Diuinā, qua nos creauit, & ab æterno prædestinauit. De qua Iere. 31. In charitate perpetua dilexit te, ideo attraxit te miserans. Humanā, qua nos redemit. De qua Hugo. O charitas, quantū est vinculū tuum, Deum de cœlis ad terram traxisti, de terra ad crucem vulnerasti impassibilem, æternam fecisti mortalem. Ecce quanta charitas offensa est nobis in passione. Bern. Per crucem & passionem cōmendauit nobis suam dilectionem. Arcamen fuit in Christo hæc charitas vna. secundum quod diuinitas humanitati indiuisibiliter fuit coniuncta. Quinto passus est proficiuē & vtiliter, & hæc triplici vtilitate. Primo pro delectione peccato



peccatorum. Apoc. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Secundò per collationem gratiarum. Ephes. 2. Vos qui ali quando eratis longè, nunc facti estis propè in sanguine Christi, s. per gratiarum collationem. Tertio per apertionem regni cælorum. Ideo Aug. Nemo ad Deum spem habere possit, si passio Christi abesseret: Cui consonat Chryl. Tribularer nimium & desperarem, si non passione Christi animater. Nam passio eius aperuit nobis regnum. De quo Magister in 4. dist. 3. Nec circuncisio nec baptismus aperuit nobis aditum regni cælestis: sed hostia Saluatoris. Heb. 10. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. Et hæc utilitas tangitur in textu, ibi: *Et inuauictis asnam alligatam & pulsam cum ea.* Per quam peccatores omnes intelliguntur, qui omnes erant ligati. Prou. 7. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quisq; constringitur. Et nos ipsos solvere non possumus. Idcirco venit patiens in humanitate. Vnde Aug. Nisi Christus moreretur mundus non redimeretur. Illius pœna est salus nostra, illius ligatio est nostra solutio. Vnde canit Ecclesia, Ligatus es, vt solueres mundi filios cõplices. De quo Christus per se dixit, Io. 8. Si vos filius liberauerit verè liberi eritis. Dixi secundo innuitur populi honorificatio siue beneficentia collaudabilis, ibi: *plurima autè turba.*

*Quamobrem Christus sub passionis suæ initium, honorem regni populari fauore delatum patienter amplexus sit, quem antea fugit. Et quid per quadruplicem turbam, Christum obsequiis encomiisque celebrantem, mysticè designetur.*

## ENARRATIO II.

**P**rima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Matth. 21. Queritur quare Christus ad mortem vadens voluit sibi regias laudes impendi, qui prius oblatum sibi regnum fugiens declinauit. Io. 6. Respondet Beda quòd hoc fecit multiplici ratione. Primò in significationem, in quo voluit significare, quòd non temporalis regni, sed cælestis & æterni regni esset rex, vt dixit angelus Luc. 1. Regni eius non erit finis. Ad quòd quidè regnum triumphus passionis & gloria resurrectionis peruenit. Vnde dixit post resurrectionem discipulis, Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Secundò vt daret nobis exemplum, quòd cum homo in magno honore est constitutus, debet habere memoriam mortis, vt non inde superbiat. Vnde Ecclesi. 7. In die bonorum non sis inimicòs malorum. Nam qui nunc in honore floret, in morte putrescit, & cibus vermium erit. Ecclesiast. 10. Cum enim

enim morietur, homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. Tertio propter prophetiæ impletionem quam propheta prædixit, Zach. 9. De quo subdit in textu: *Hoc totum factum est, vt impletur quod dictum est per prophetam: Dicite filie Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* Quarto propter gloriæ æternæ consecutionem, ad quam quisquis venire voluerit, vt patiarer necesse est. Vnde Ber. Tribulatio præsentis vitæ est via gloriæ. Nam Christus dixit, Luc. 24. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam? multò magis peccatores. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū cælorum. Idcirco acceptauit honorem vadens ad passionem. ¶ Sed diceres: Qualiter se habuit in tanto honore sibi exhibitò? Respondetur quòd fleuit, Luc. 19. Vides Iesus ciuitatē Hierusalem, fleuit super illam. Sed di. Cur fleuit? Respondetur, primò ad ostendendū quòd omnia gaudia & omnia honorabilia mundi lachrymis & tristitiis sunt admixta. Prou. 14. Ritus dolore miscbitur, & extrema gaudij luctus occupat. Secundò ad dandū exemplū praelatis, quando assumuntur ad magnos honores & ad procuratores populi, potius deberent flere suam imperfectionem, & populi defectionē quàm gaudere de temporalis sublimatione, & deberēt meditari de reddēda ratione, iuxta illud Gre. De quanto gradus altior, de tanto casus profundior. Tertio fleuit ex cõpassione, sciebat enim quòd hi qui eū cū tāta gloria suscipiebāt, in proximo erāt ipsum occiduri, propter quam mortem ipsius innocentem ciuitas erāt euerrenda, & cuncti Iudæi dispergendi: compatiebatur enim non solum de excidio ciuitatis, sed plus de excidio infidelitatis & damnationis animarum illorum. Idcirco Ecclesia hodie præferat duas processiones, vnam gaudiosam, quando à monte Oliueti vsque in Hierusalem cum ramis palmarum & caniticis cõduxerunt eum. Secundam ignominiosam, cū à Hierusalem vsque ad locum Caluarie cū ignominia crucis cū eo processerunt. Nam istæ duæ processiones habuerunt magnā differentiam. Nam hodie septem honores ei exhibuerunt, sed feria sexta proxima septem vituperia fecerunt. Primò hodie super asinā posuerunt, sed feria sexta in cruce suspenderunt, Secundò exierunt obuiā ei conducendo ipsum in ciuitatem Hierusalem: cõtra feria sexta ipsum cū ignominia ciecerunt, & latronibus associauerūt, vt & faciūt hodie indignè cõmunicantes. Tertius honor, hodie ramos virides ab arborib. prosternebat, sed feria sexta spinis eū coronauerūt. Quartus honor hodie prosternebant vestimēta sua in via, sed feria sexta ipsum

ipsum denudauerunt, & sortem mittentes diuiserunt vestimenta sua. Quintus honor, hodie quærebant à Deo salutem clamantes, *Osanna in excelsis*: e contra feria sexta clamauerunt: Alios saluos fecit, seipsum saluū facere non potest. Sextus honor, hodie regem ipsum vocabant dicentes: Rex Israel: sed feria sexta negauerunt eū, dicentes: Regem non habemus nisi Cæsare. Septimus honor hodie benedicebāt eū, dicentes: *Bonus dicitur qui venit in nomine domini*, sed e contra feria sexta blasphemabant & dixerunt eum malefactorē, iudicantes eum morte dignū, & clamantes: Tolle, tolle, crucifige eū. Et cum hoc paratum est sepulchrū, circa quod stamus, quod præterdit mortem de proximo futuram, quam & iam de facto ipsi Iesu Pharisei intentabant. ¶ Et hanc honorificantiam designans hodie Ecclesia cantat canticum laetitiae, quod & faciebant pueri. Et est ista secunda pars principalis istius euangelij, in qua innuitur honorificentia populi laudabilis, ibi: *Plurima autē turba*. Nam quadruplex est turba. Prima est peccantiū, & illa significatur per asinæ pullum, super quem nullus sedit: sic & Deus peccatores sua gratia non possidet. Prou. 15. Longe est dominus ab impiis. Et merito significatur per asinum peccatores, quia secundum Gregorium, asinus est animal tardum, & sic peccatores tardi sunt ad seruitiū Dei. Quod conqueritur Psal. 13. Omnes declinauerunt, simul inuiles facti sunt, nō est qui faciat bonum: omnes declinauerunt, scilicet à via veritatis & seruitutis Dei. Ideo implebitur in eis illud Isa. 60. Gens & regnum quod non seruerit tibi, peribit, & incurret maledictionem propter acediam & tarditatem. Iere. 47. Maledictus, qui facit opus domini negligenter: vel secundum veriore literam, fraudulentem. Secundò asinus est animal imundum, non valens ad oblationem dei: sic & peccatores quicquid faciunt in mortali non acceptant a deo, de quo Greg. Nihil deo acceptum quod coinquinatum est per peccatum mortale: quia scribitur Ecclē. 12. Altissimus odio habuit peccatores, propter quod nec orationem nec oblationem eorum acceptat. Non orationem Psal. 65. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Non oblationem, Ecclē. 3. Dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit ibi oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Gregori. Quid prodest sua offerre deo, & seipsum diabolo? Tertio est animal fatuus, sic & peccatores. Ecclē. 1. Stultorum infinitus est numerus. Nā stulti quæ sibi sunt noxia petunt. Prou. 1. Sic

& pecca

& peccatores qui petunt temporalia, & non æterna. Ecclesia. 6. Quid habet amplius sapiens stulto, & quid pauper nisi ut pergat: illuc vbi est vita? Ipsi autem peccatores in mortali peccato parupendunt vitam, & eligunt mortē, quia stipēdia peccati mors. Roma. 6. ¶ Reuera insipientiores sunt asinis. Primò in hoc, quia asinus cognoscit dominum suū. Isa. 1. Cognouit bos possessore suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autē me non cognouit. Israel interpretatur vir videns Deū. Et sic peccatores per intellectum cognoscunt Deum, sed non per affectum & effectum. Rom. 1. Qui cum cognouissent Deum, nō sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientium eorum. Dicētes enim se esse sapientes, stulti facti sunt: ut impleatur illud Psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, scilicet asinis. Secundò in hoc peccatores sunt asinis stultiores, quia asinus cautelam quaerit: nam vbi semel ceciderit, vel alium cadere viderit, eum locum semper perhorrescit, & circumit, & turriorem viam quaerit. Sed peccatores sciunt loca & tempora, vbi peccauerunt, & personas quæ eis occasionem peccandi dant & dederunt, & non fugiunt, cum tamē fuga sit optimū remedium peccatorum carnalium. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Vnde Alanus in planctu naturæ:

Si Venerem vitare voles, loca, tempora vita:

Nam locus & tempus pabula donat ei.

Si tu persequeris, sequitur: fugiendo, fugatur:

Si cedit, cedis: si fugis, illa fugit.

Tales enim figurantur per asinam alligatam, peccatores, scilicet in mortalibus constituti. De quibus Chry. Antequam peccauimus, liberi fumus: sed postquam peccato mortali nos obligauerimus, ligati fumus iugo diaboli. Ezech. 3. Ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis. Hos asinos, id est, peccatores, discipuli, i. sacerdotes debent adducere ad salutem. Iudic. 8. Vos qui estis presbyteri in populo: Dei, ex vobis pender anima illorum. Et similiter debent soluere. Ioan. 8. Solui te eum, & finire abire. Nam sacerdotum officium est soluere & adducere. Soluere autoritate eis collata. Mat. 16. Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis, &c. Et adducere per doctrinam salutarem. Mat. 17. Euntes ergo docete omnes gentes. Item 93. d. c. sacerdotes. Sacerdotes verò, dicebat B. Petrus, sal terræ & mundi lumen. Nam sicut in lumine cernitur via & semita recta: sic & per sacerdotes ducimur

Pars Hyem.

magnum modum abis, 193

in via iustitiae. Idcirco comminatur illis dominus non docentibus verbo vel facto per prophetam Ezech. 3. Si dicente me ad impium: Morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris ut auertatur à via sua impia & uiuat: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Tales enim quibus dominus dedit scientiam, eloquentiam, sanitatem & fortitudinem prædicandi, & non faciunt, sunt canes muri latrare nolentes, & cum propheta ritè possunt conqueri illud Isa. 6. Væ mihi, quia tacui: quia vir pollutus labiis ego sum: nam per taciturnitatem & accedam pollutum conscientiam eorum, adeo ut dicatur de talibus Luc. 11. Væ vobis legisperitis, qui retinuistis clauem scientiae, ipsi non introitis, & eos qui introibant prohibuistis. Tales sunt, qui accensam lucernam ponunt sub modio, & non super candelabrum, ut ingredientibus lumen viderent. Quod prohibetur Luc. 11. Tales possunt conqueri cum Apost. 1. Cor. 9. Væ mihi est, si non euangelizauero. Ideo hortatur nos Isa. 58. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum. ¶ Secunda est turba poenitentium, & figuratur per asinam super quam dominus sedit, quia in poenitentibus dominus per gratiam quiescit. Et merito poenitentes figurantur per asinam. Primo, quia asina humiliter onera portat: sic & verus poenitens onus poenitentiae. Grego. Qui verè poenitet, onus poenitentiae non abhorret, sed quicquid ei pro culpa iniungitur, totum tacita conscientia amplectitur, nam grauius peccata grauem exposcunt poenitentiam. Deuter. 11. Secundum mensuram delicti plagarum erit modus, hic vel ibi. Augu. Nullum malum impunitum. Ideo Bern. Qui perfectè senserit onus peccati & animæ lationem, nihil aut parum reputabit poenitentiae laborem. Secundo, quia asina grossis cibatur & saturatur, quia libenter comedit spinas & tribulos: sic & verè poenitentes non quaerunt vitium delicatum. Greg. Tanto plus à licitis debent abstinere, quanto illicita meminerunt se commississe. Tertiò asinus siue asina est animal laboriosum. Eccle. 33. Cibaria & virga & onus asino. Sic & verè poenitens debet vitare otia. Hierony. Semper aliquid boni operis facito, ne te diabolus otiosum inueniat. Nam otia dant vitia, maxime incipientibus, qui secundum Alber. habent se sicut lumen nouiter extinctum quod facilliter vento leui superuenientem reaccenditur. Ideo Ecclesiast. 6. Quodcunque potest facere manus tua, instanter operare, quia multam malitiam docuit otiositas, ut patet de Dauid,

uid, qui cum non pugnavit, factus est adulter: similiter de Aegyptio. Unde poeta:

Quæritur Aegyptus quare sit factus adulter?

In promptu causa est, desidiosus erat.

Quartò asino nulla ætas est sera ad gignendum: sed in tota sua gignit, qui etiam durat vsque ad 30. annos. Sic & peccatori nullum tempus debet apparere nimis ferum ad poenitentium, quia scribitur Eze. 18. In quacunque hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum suarum non recordabor. Hier. Si ab omnibus poenituit, licet diu distulit. Nam dicit Leo papa, de poen. di. Poenitentia quæ dilata est, cum fuerit studiosius petita, non denegatur: nam misericordiae Dei nec mensuram possumus imponere, nec tempora distinere. Aug. Nulla est necessitas, quæ cogit ad desperationem, nec quantitas criminis, nec diurnitas, nec breuitas temporis, ut patet in latrone, qui in extremo vitæ dixit: Memento mei domine, dū veneris in regnū patris tui: & audiuit responsum Iesu, Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Luc. 23. Quintò asinus lucem fugit, & tenebras quærit: sic & homo incipiens cum opus bonum gignere voluerit, debet abscondere, ne ab hominibus videri velit. Mat. 6. Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: sic & de oratione & elemosyna, Mat. 6. Tu autè cū oraueris, intra in cubiculum tuū, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. De elemosyna: Cū ergo facis elemosynā, noli ante te tuba canere: sed fac iuxta doctrinā Eccle. 25. Conclude elemosynam in sinu pauperis. Aug. Opus sit in publico, & intèrio in occultis. Sexta proprietas asini est, quod crucem in dorso portat: sic & verus poenitens memoriā dominicæ passionis debet portare. Hebr. 12. Recogitate eū, qui tale sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionē, ut nō fatigemini animis vestris deficientes: hoc est quod nō videatur vobis graue: sed ut leuius sit vobis ad portandū onus poenitentiae quia dicit Greg. Nihil tā graue quod non sustinetur, dū passio Christi intuetur. Ber. Bonus miles sua non sentit vulnera, dum regis intuetur. ¶ Tertia turba est proficientium, & illa debet vestimenta in via prosternere. Et primò, quia vestimenta significant veterem hominem & habitum peccatorum: Coloss. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis. Gloss. ii. veterem vitam non reiterate, eò quod dicit Aug. Inanis est poenitentia, quam sequens coinquinat culpa. Et nonduntaxat vitam veterem relinquere oportet, sed etiam voluntatem, quæ est origo mali. 15. quæst. 1. parag. ex voluntate.

Ex voluntate peccata procedunt. Similiter boni etiam voluntas est origo, vt habetur in Cano. 56. dist. nasci. Non in feminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est atque virtutum. Voluntas namque mala est origo vitij, voluntas vero bona est origo virtutis & premij. Greg. Non vacat manus a munere, cum arca cordis sit plena voluntate. Secundo vestimenta significant corpora: Job. 10. Pelle & carne vestisti me. Nam quid est corpus nisi caro & pellis? & sic est vestimentum. Job. 13. Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur a tineis: sic & corpus a vermibus corroditur. Et hoc vestimentum debemus Christo sternere in via per quarumlibet aduersitatum & afflictionum patientiam & tolerantiam. Quod quidem graue non esset, si pensaremus, quomodo Christus vestimentum sui corporis pro nobis exposuit in cruce ad lacerandum & rubricandum. Isa. 93. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Et respondet: Torcular calcatum solus, torcular, s. crucis. O quam crudeliter fuit vestimentum suum, s. corporis dilaceratum & rubricatum, prout conqueritur per Isa. vbi sup. Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi. Si enim attentius perpenderemus quod figuratum est Gene. 37. In iacob, qui cum vidit tunicam Ioseph sanguinolentam & scissam, scidit vestimenta sua: & nos nostra vti que scinderemus, vt docet Bern. Scinde saccum tuum, i. corpus tuum pro purpura Christi, iuxta doctrinam Apost. Philip. 2. Hoc sentite in vobis, quod in Christo Iesu. Nonne debes pro illo ponere corpus tuum, quod pro te exposuit corpus & animam? Eccl. 19. Gratiam fidei uoluntatis ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. Bern. Dedit corpus suum ad moriendum pro te, sanguinem ad abludum, animam ad redimendum. Mat. 29. Filius hominis venit dare animam suam redemptionem pro multis. Tertio vestimenta sunt bona opera. Apoca. 16. Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Vestimentum enim aureum est charitas, album vero puritas, rubeum dominicæ passionis meditatio, nigrum humilitas, sed vestimentum viride est cælestis cõtemplatio. Quæ vestimenta sunt custodienda, ne maculentur. vana gloria: sicut in hypocritis, de quibus Iacob. 5. Vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Gre. 19. Moral. ca. 57. Perit omne quod agit, nisi humilitate custodiatur. Et si tineæ exorta fuerint, i. cogitationes claræ in vestimento operum, propter hæc vestimentum non est proiciendum,

dum, sed excutiendum: nam propter incidentiam vanæ gloriæ opus bonum non debemus dimittere, sed cum B. Bern. dicere, Propter te non incipi, nec propter te dimittere: quia non est non strum præuæ cogitationis suggestionem præuenire. Hæc sunt vestimenta, de quibus Eccl. 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Et talia sub pedibus Christi sunt sternenda: vt non attribuamus nobis aliquid de operibus nostris, quia non nostra sunt, sed Dei. Isa. 26. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis domine Deus noster, quia non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis tanquam ex nobis. 2. Cor. 3: sed debemus dicere illud Isa. 59. Induit me dominus vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me. Quarta turbæ est contemplatiua, & illa debet ramos palmarum & oliuarum & florum apportare. Et in palma significatur omnium mundanorum & suipius perfecta victoria. Nam isti totum mundum vicerunt, dicentes cum Apo. Philip. 3. Propter quæ omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Scipios etiam perfecte vicerunt, quatenus nec ignis, nec gladius, nec tribulatio, neque fames, nec sitis, potuit eos separare a charitate Christi. Rom. 8. Et hæc perfecta victoria significatur in palma. Cat. 7. Ascendā in palmā, & apprehendam fructus eius. Quid enim est in palmā ascendere nisi toto uixu metis ad martyrium aspicere? & talis sine dubio apprehendit victoriam martyrij, etiā si ad factum non perueniat. Quia dicit Greg. Sunt enim duo genera martyrij. Vnum in corpore, aliud in mente. Vnum in publico, aliud in occulto. Nam etiā martyres esse possumus, & si colla gladio non subdimus. Et de tali verificatur illud Psal. 91. Iustus vt palma florebit. Et hos ramos palmarum non in ore, sed in manibus portare debemus, vt dicatur de nobis illud Apoca. 7. Stantes ante thronum & in conspectu Dei amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum: vt sic impleatur in eis illud Apost. Gala. 6. Mihi mundus crucifixus, & ego mundo. In secundo, s. ramis oliuarum, significatur pax vera. Et talis est quando homo contemplatiuus in diuino amore sic formatus est in mente sua, quod nihil exterius eius mentem turbare potest, nec interius eius desiderij fluctuat circa diuersa: sed omnes vires sunt recollectæ ad intendendum vni summo bono. De qua pace dicit Leo papa. Hæc est vera pax, a Dei voluntate non diuidi, & in his quæ solius Dei sunt electari. Et hæc pax designatur in ramis oliuarum virentibus foliis, in signu pacis: vt habetur in figura Gene. 8. quando columba attulit ramum oliuarum virentibus foliis in ore suo. Spiritualliter, per co

Iumbam intelligitur contemplatiua anima, secundū Orige-  
 quæ capax gratiæ spiritus sancti cupit peruenire ad quietem  
 contēplatiouis, dicens illud Psal. 54. Quis dabit mihi pennas  
 sicut colūbz, & volabo & requiescam? De qua dicit sponsus  
 Cant. 2. Surge, propra amica mea, colūba mea, formosa mea,  
 & veni: iam enim hyems trāsit, imber abiit & recessit. Orig.  
 Nō enim ante quis verbo dei satiatur, nisi ab eo omnis hys  
 perturbationis vitiorūque procella discesserit. Vnde non  
 prius columba ramū oliuæ portauit, quā aquæ cessaret su-  
 per terram. Ex quo habetur quod ista pax nullo modo potest  
 haberi in vita actiua, quæ semper in aquis fluctuat, & circa  
 multa occupatur cū Martha, sed obtinetur in vita contēpla-  
 tiua, quæ vni summo & vero bono intendit cū Maria. Et hoc  
 est, quod dominus in Euangelio ait, Luc. 10. Porro vnum est  
 necessariū. Tertium est futura beatitudinis inchoatio præli-  
 batoria, & significatur per ramos florū: nam futura beatu-  
 do consistit in visione Dei. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt co-  
 gnoscant te solū verum Deū. Hæc autē hic inchoatur in con-  
 templatione, per quandā diuinā suauitatis prælibatoriā præ-  
 gustationem. Et hæc inchoatio in floribus designatur. Flores  
 enim sunt initiū fructus: sic & hæc prælibatio in contēplati-  
 one est initium beatitudinis æternæ. De istis floribus dicitur  
 Cant. 2. Flores apparuerunt in terra nostra. Terra animæ est  
 inhabitatio eius in carne. Vnde anima tandiu dicitur esse in  
 terra, quā diu fuerit in carne. In hac terra posita anima nul-  
 lo modo fructū æternæ beatitudinis capere non potest, licet  
 flores bene apparent in terra nostra. Isti flores bene appa-  
 runt Aug. dicenti: Aliquando intromittis me in affectū mū-  
 lti inultrati inrorfus, ac nescio ad quam dulcedinem: quæ  
 perficiatur in me, nescio quid erit: vñ scio: quod vita ista nō  
 erit. Quārto isti perfectē canūt osanna, hymnū, s. puerorū. In  
 quo hymno quem decantauerant pueri Hebræorū, implican-  
 tur quinque clausulæ, quibus perfecti (qui rectē pueri repu-  
 tantur, quia immaculati) habent laudare Deum. Primum est  
 Osanna, quia enim istis magna pœna est remanere in carne,  
 reputantes se in corpore tanquā in carcere inclusos, & quia  
 cupiunt dissolui & esse cum Christo: ideo quotidie gementes  
 clamant osanna. id est, salua obsecro. Secundū est, *Benedictus qui*  
*venit in nomine domini.* Quia enim sentiunt in se præsentia diui-  
 nam, pro suo incundo aduentu dicunt: *Benedictus qui venit.*  
 Tertium est secundum Marcum: *Benedictum regnum patris*  
*nostri David,* quia enim isti experiuntur in se regnum Dei

Luc

Luc. 17. Ecce enim regnum Dei intra vos est: ita vt etiam di-  
 cant cū Psal. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, ideo  
 de hoc deum laudant, dicentes: *Benedictū regnum patris no-*  
*stri David,* &c. Quartum est secundum Lucam pax in cœlo.  
 Quia enim isti sentiūt pacem in se, ideo pulchrē ipsi iam ven-  
 lut in angelicā vitam transformati, iubilātes correspondēt  
 hymno angelico de natali domini. Angeli enim nato Christo  
 annuntiauerūt hominibus bonæ volūtatē. Nunc verō eunte  
 Christo ad locum passionis nuntiant pacem in cœlis. Pax si-  
 quidem in cœlo fuerat perturbata in ruina angelorum. Sed  
 qui vel quales homines nuntiauerunt pacem in cœlis? certē  
 pueri Hebræorū. i. viuentiū & transeuntiū, quales pueri soli  
 sunt perfecti. Nam istorum puerorū est clamare pax in cœlo.  
 q. d. tanta pax est in terris nobis cōcessa per gratiam, quanta  
 puta est in cœlis per gloriā. Quintum est Gloria in excelsis,  
 secundū Lucam. Isti enim perfecti in carne adhuc existentes,  
 & suauitatem gloriæ degustantes. resumunt canticum ange-  
 lorum, & vbi angeli incepterunt hymnū suum, ipsi finiunt: vt  
 insinuetur, quia finis noster est consortiū angelorū. Ad quod  
 nos perducatur rex gloriæ, qui sine fine viuūt & regnat. Amen.

F I N I S .

*Pars hyemalis enarrationum de  
 Sanctorum festis.*

De sancto Andrea. E N A R R A T I O I .



**R**ELICTI Sretibus, facti sunt eum, scribitur Mat. 23.  
 ¶ In summa Euang. duo innuuntur. Primò a  
 Christo benigna vocatio discipulorū, ibi: *Ambu-*  
*lans Iesus vocauit eos.* Secundò ipforū repētina con-  
 secutio, ibi: *Relictis retibus facti sunt eum.* De primo  
 dicit: *In illo tempore,* s. post baptisimū, ieiunium, & tentationem:  
*ambulans Iesus iuxta mare G. lilæ.* Dicūt naturales, q. sol virtutem  
 suam non solū ostendit in terris, sed etiam in mari. In ter-  
 ris calor suæ virtutis lapides pretiosos, aurum & argentum  
 gignit. In maris verò littore, conchæ rorem cœlestem attra-  
 hunt, quem sol sua virtute in pretiosas cōuertit margaritas.  
 Spiritualiter Sol est Christus. Malach. vlti. *Orietur vobis tim-*  
*mentibus deum sol iustitiæ.* Hic sol virtutem suam ostendit  
 in terris & mari. In terris quia terrenos homines quos inue-  
 nit, in aurum mutat charitatis diuinæ & argētum puritatis

bb 4

Nonne Maria Magdalena tota fuit terrena, & more terre frigida? Sed Christus ipsam sui luminis calore rãgens in nobile aurum mutauit charitatis: ita vt os veritatis de ea protulerit. Luc. 7. Dimittitur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Nonne Matthæus sedens in telonio, fuit terrenus? Sed solus Iesus Christus purificauit ipsum in argentum puritatis mutando, vt relictis omnibus terrenis, secutus sit eum: Matt. 9. Et hanc virtutem non solum in terris, sed & in mari, præcipue Galilææ, demonstrauit. Vbi in conchis, i. grossis piscatoribus nobilissimas margaritas, Petrus & Andream rore celestis gratiæ generauit, & ad fidem vocauit. De quo subdit in textu: *Vidit duos fratres, Petrum & Andream fratrem eius.* Hi sunt duo oliuæ propter plenitudinem pietatis. Hi sunt duo candelabra propter ardorem charitatis lucentia ante dominum per constantiam veritatis. Hi sunt duæ pretiosæ margaritæ inuenta circa mare in conchis, i. in statu humilium piscationis. De quo textus: *Erant enim piscatores.* Augu. Non elegit reges potentes, aut huius mundi sapientes: ne vocatio fidei ascriberetur potentia & sapientiæ humanæ. Item non vocauit orientes, sed iustis laboribus infundantes: ad designandum quod ad fidem vocati, de iustis laboribus debent viuere. Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Non de rapina, vt aliqui. Et posito casu, quod per se non rapiunt, tamen habent cõplices & consentiunt. De quibus Apost. Rom. 2. Non solum, qui agunt, sed qui consentiunt, digni sunt morte. Aliqui viuunt de vsuris, vt illi qui concedunt denarios, & viceuersa recipiunt latos grossos. Imò minus in numero quam soluunt, accipiunt, cum scribatur, Luc. 6. Mutuū dantes, nihil inde sperantes. Habetur namque de vsuris, c. in ciuitate. Qui carius vedit propter dilationem, vsurã capit, quam alias in parata pecunia daret. Et hoc non competit Christiano, sed illud quod dicit Psal. Labores manuum tuarum, &c. & illos vocauit dominus, dicens: *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.* Quasi diceret: Non eritis ex vobis loquentes. Matth. 10. Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Gre. Nisi intus sit qui doceat, in vanum lingua doctoris laborat. Psal. 67. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Ideo Rom. 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Nam sicut piscatorem oportet habere consensum domini cuius sunt aquæ: sic prædicator oportet vt habeat licentiam apostolicam vel episcopi aut plebanî, cuius sunt aquæ, i. populi. Iuxta illud Apoca. 17. Aquæ multæ populi multi. Perinde

atque

atque nuntio si credi debeat, oportet vt habeat literas regis. Ideo laici prædicare non debent, quia non est eis permissum, sed inhibitum, de hæreticis, cum ex iniuncto. Et si quis se diceret missum à Deo per visionem, debet hoc probare, sicut Moses hoc probauit per signa, vt habetur in can. de consec. dist. 2. Reuera. Et dicit notanter, *Piscatores hominum non bonorum temporalium, non honorum.* Ideo dominus mittens discipulos suos ad prædicandum, Luc. 10. dixit eis: Nolite portare sacculum neque peram. per sacculum intelligitur pecunia, vt dicit Gloss. Et propter hanc prædicare est manifestè prohibitum. Matth. 10. Nolite possidere aurum & argentum, neque pecuniam in zonis vestris. Actu. 8. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Matt. 10. Gratis accepistis, gratis date. In hoc innuit dominus, quod finalis causa prædicationis non debet esse pecunia, sed salus animarum, & captura piscium, id est hominum. Abac. 1. Facies homines pisces maris. Hoc debent prædicare Iere. 16. Mitta eis piscatores multos, & piscabuntur eos. Et talis piscatio est vtilis valde. Primò, quia ducit ad fidem. Ro. 10. Quomodo credent ei quæ non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? Ergo fides ex auditu: auditus per verbum Christi. Secundo est vtilis talis piscatio, quia perducit ad salutem, vt dicit Alex. tertius, de offi. or. inter cetera. Inter cetera quæ ad salutem populi Christiani spectant, pabulum verbi Dei maximè noscitur necessariū. Dixi, secundo subiungitur discipulorum repentina consecutio. De quo subditur in textu, *At illi relictis retibus, continuo sicuti sunt eum.* Ecce vera obedientia, nobis in exemplum, si dominus dederit nobis gratiam inspirationis, non debemus resistere, sed statim obtemperare. De quo Eccle. 5. Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, i. ne dixeris cras cras. Ratio, Ber. Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Sed statim & debemus parere, vt sancti apostoli, qui nullam deliberationem cõperant. Hier. Imperfecta obedientia relinquit, perfecta nullam querit excusationem. Vnde arguitur ille, qui per opera pietatis se excusabat. Matt. 8. Domine permittite me primum ire & sepelire patrem meum, & sequar te: Audiuit à Christo Iesu, Dimittite mortuos sepelire mortuos suos, tu autem sequere me. Sed diceret: Vnde oriebatur illa repentina discipulorum consecutio. Respondet Hier. Primò ex verbi dei virtuosa operatione cum dixit: *Venite post me,* cor eorum medullitus penetrauit, & protinus eos conuertit: quia scribitur Hebr. 4. Viuis est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti. Et impletum est illud

bb 5

Pfal. 67. Dedit voci suæ vocem virtutis. Nam verbū Dei comparatur sarculo arbori infixo. Iac. 1. Suscipite infixū verbum. Sicut sarculo infixus arbori, trahit totam arborē ad sui naturam: sic verbum Dei totum cor ad dei gratiā. Secundō prouenit ex diuina inspiratione. Aliter homo vocat exterior. Christus verō interior. Interior potuit Andreas dicere illud Psal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Greg. Vox domini auditur, cum inspiratio mente cōcipitur. Quod & fecit S. Andreas. Tertio prouenit ex mirabili faciei irradiatione. Dicit enim Hier. Certē enim fulgor diuinitatis & maiestatis occultæ relucebat in humana Christi facie, vt etiam primo aspectu traheret hominē. Facies enim Christi speciosa erat ad intueundum, adeo vt dicat Petrus 1. Pet. 1. In quam desiderāt angeli prospicere. Dicitur enim de Salomone 3. Reg. 10. Vniuersa terra desiderabat videre faciem Salomonis. Sed ecce hic plus quā Salomon, Mat. 12. Quarto prouenit ex potenti attractione. Potens enim erat attrahere quē velle. Vnde Hiero. Si magnes attrahit ferrum suā virtute, quāto magis dominus cœli & terræ trahere poterat quem velle? Ideo Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit illum. Sed dices: Tunc nulli debet imputari, si non venerit ad fidem, quia non trahitur. Respondetur, Deus paratus est omnes trahere & omnibus dare gratiā, teste Apōst. ad Tim. 2. Vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitiōē veritatis peruenire. Si aliquis non veniat ad fidem, indispositum se faciens per peccatū ad gratiam percipiendā, non est culpa Dei, sed peccatoris, vt non trahatur, quia se non disposuit per liberū arbitriū. Sed dices: Quæ est causa, quæ trahit istū & non illū? Respondet Aug. Causa in generali est, vt in illis qui trahuntur, refulgeat ordo misericordiæ: in aliis verō ordo iustitiæ. In speciali verō causa esse potest, sed iniusta esse non potest, sed stat in Dei misericordia. De quo Ro. 9. Non est volētis ne que currentis, sed miserētis Dei: Et subdit Aug. Noli velle iudicare, si nō vis errare. Sed si nō traheris, ora vt traharis. Illa tractio nō fit per coactionē, sed per inductionem; vt declarat Ansel. exēplo rami vitidis, & Aug. exēplo nucis: Ostendis, inquit, oui ramū viridē, & trahis eam: ostendis nucem puero, & trahis eū: non violentiā faciendo, sed per rami ostensionē appetitum ouis, & per nucem voluntatē pueri alliciendo. Et sic Deus ostendit nobis ramū viridē, i. promittit delectabilem visionem ostendendo nucē, i. gloriā cœlestem, quæ est circumdata cortice duro, id est, pœnitentia amara: sed inueniemus

nucleum

nucleū dulcedinis. Luc. 3. Pœnitentiā agite, & appropinquabit vobis regnū cœlorū. Nā sicut nucleus absconditur sub cortice amaro: sic cœlestis dulcedo sub amaritudine pœnitentię. Vnde Psal. 30. Quā magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quā abscondisti timētib⁹ te, s. sub actione pœnitentię. 2. & 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū Dei.

## ENARRATIO II.

**R**elictis, relictis continuo securo sunt eum. Mat. 4. ¶ In summa verborū pœmissorum, duo tanguntur. Primō, discipulorū perfecta conuersio, ibi: *relictis relictis*. Secundō subiungitur eorum digna consecutio, ibi: *continuo securo sunt eum*. Dixi, Primō tangitur discipulorum perfecta conuersio, ibi: *relictis relictis*. Nam hoc est signum perfectionis, relinquere ea quæ sunt necessitatis, ad esse conseruationis. De quo Gregorius 8. Mora. Ad culmen perfectionis tendunt, qui exterius cuncta derelinquunt. E tales fuerunt Petrus & Andreas. Sed dices: Quid reliquerunt, qui penitus nihil habuerunt? Respondet Gregorius in homil. In hac re plus pensare debemus animum quam censum: multum reliquit, qui sibi nil retinuit. Quamuis parū habuerūt apostoli, tamen illud totum deseruerūt. Nos igitur habita cū amore, perfidemus: ea quæ non habemus, cum desiderio quærimus. Ipsi etiam desideria reliquerunt, à sequentibus tanta dimissa sunt, quanta à non sequentibus concupisci potuerunt. Sed dices: Talem perfectionem nō valeo habere. Respondet Gregorius, Multa fratres relinquitis, si terrenis desiderijs renuntiat. Et quia cor & non substantiam pensat Deus. Nam dicit Bern. Plus nocet concupiscentia quā substantia. Idcirco si non potes relinquere totam substantiam, relinq; inordinatam concupiscentiam, hoc est, nimium amorem. Nā dicit Chry. Apostoli relinquentes terrena, docuerunt quod nemo potest possidere terrena, & ad cœlestia peruenire. Non dicit terrena habere, sed possidere: hoc est, nimio amore inhærere. Et hoc est quod dicitur Psa. 61: Diuitijs si affluant, nolite cor apponere, i. amorē. Quia dicit Aug. Talis est vnusquisq; qualis est suā dilectio: si terrena amat terra es: si Deum amat, Deus es: scilicet participatiuē. Nam amantes terrena, sunt in multiplici amaritudine: amantes verō cœlestia, sunt in mentis iubilo. Videmus enim quod inter cœlum & terram sunt aqua & aër: aqua adhæret terræ, aër cœlo: si amantibus terrestria, inest lachrymatio & tribulatio, amantibus verō cœlestia inest serenitas & iubilatio. Vnde Gregor. Qui terrenis inhæret, inuenire

non

non potest nisi quod in terrenis later, s. amaritudinem & laborem. qui autem cœlestibus, inuenit dulcedinem & consolationem. Et sic fecerunt sancti Apostoli Petrus & Andreas, relinquentes terrena, vt inuenirent cœlestia. *Ret et sres. ibus.* dicit textus. Pro quo sciendum, si volumus esse discipuli dei, tunc multiplex est rete quod debemus relinquere. Primum est diaboli, secundum mundi, tertium carnalis vitij. Primum est rete diaboli, hoc est peccatum. De quo Abacuc. Expandit sagenam suam & extraxit & congregauit in rete suam, s. peccati. O quàm callidè allicit, hic delectationem peccati proponendo, sed funem amaritudinis immittendo. Psal. 140. Cadent in retiaculo eius peccatores. Idcirco declinamus ab hoc reti diaboli, iuxta illud Ecclesi. 17. Conuertere ad dominum, & relinque peccata. Et hoc propter duo. Primo, propter vitandam dei iram, quia scriptum est Eccle. 12. Altissimus odio habet peccatores. Et August. Scio Deum omni criminoso esse inimicum. Secundo declinamus ab hoc reti diaboli propter consequendam Dei misericordiam, quia scribitur Prou. 28. Qui confessus fuerit peccata, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Secundum est rete mundi: De quo Isa. 16. Expandentes rete super faciem aquarum, emarcescent. Aquæ sunt transitoria mundi, iuxta illud 1. Ioan. 2. Transit mūdus & concupiscentia eius, imò ad modū aquæ fluentis, 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur, & Sapiē. 5. Tanquam nauis quæ pertransit fluctuantem aquam cuius cum preterierit, non est vestigium inuenire: propter quod dicit Greg. Facilitas est mundum despicio, si ea quæ in mundo sunt considero. Duo nanque damnabilia sunt in mundo, s. deceptio & infectio. Primum est deceptio. De quo Aug. O munde immunde, quantos decepisti, quàm multos seduxisti. Propter quod dicit Hier. Si mundus cultello veritatis aperiretur, non nisi falsitas in eo inueniretur. Ideo August. Mundus cui arridet, fallit & in periculo pōnit. Reuera in periculo, quia scribitur Iacob 4. Qui vult esse amicus mundi inimicus Dei constituitur. Ecce periculum. Secundum quod est in mundo, est infectio animæ seu damnatio. De quo Iob. 22. loquens de mundo dixit: Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitum organi: ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Et August. Multa corpora venerantur in terris, quorum animæ in inferno sepeliuntur. Idcirco Saluator dixit Matth. 16. Quid prodest homini si lucreretur vniuersum mundum, animæ verò suæ detrimentū patiat? Ideo Chry.

Miser

Miser est mundus, miserimi qui eū sequuntur: nam semper mūdana opera excluderūt hominē ab æterna vita. Ecce mors animæ. Ideo declina ab hoc reti. Tertium est rete carnalis vitij. De quo Prou. 29. Qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis. Et sic caro blanditur suauitate, Prou. 7. Mulier in ornatu meretricio preparato ad capiendas animas, garrula & vaga, deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens, Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus. Et subditur: Irretiuit eum multis sermonibus, & sequitur eam quasi bos ductus ad victimam, & ignorans quoddam vincula stultus trahatur. Spiritualiter per mulierem intelligitur carnalis concupiscentia: illa ducit hominem ad captiuitatem mortis. Pro. 6. Mulier pretiosam animam capit viri, id est, concupiscentia carnis quæ ducit ad interitum mortis. De quo Grego. Cum caro ad tempus suauiter viuunt, spiritus in æternum perit. Ideo Apost. Rom. 8. Debitores sumus non carni, sed spiritui. Et subdit: Qui in carne sunt, deo placere non possunt. Eccle. 17. Nil nequius quàm quod excogitauit caro & sanguis, quia caro concupiscit aduersus spiritum. Gala. . Et spoliatur spiritum deliciis suis, vt inquit Ber. impossibile est animam repleti deliciis spiritus, quæ subiacer carnalibus delectationibus. Hęc tria retia simpliciter sunt relinquenda. s. peccati, mundi, & carnalis vitij. Quia secundum Grego. Momentaneum est quod delectat, æternum quod cruciat. Quæ reliquerūt sancti Apostoli Petrus & Andreas, ideo perfecte sunt cōuerſi. Dixi: secundo subiungitur eorum digna consecutio in textu, ibi: *Et secuti sunt eum.* s. fide operationē, virtute & passione. Sūt enim qui sequuntur Deum per fidem, sed ab eo recedunt per operationem malā, vno pede, s. fide sequentes, sed gressu operationis diabolum imitantes. De quibus 3. Reg. 18. Vsq̄ue quo claudicatis in duas partes? Et sunt hi de quibus ad Tir. 1. Confitentur se nosse Deum verbis, factis autem negant. Et cuius utilitas est hoc? De quo Isid. Quid prodest, quod fide iungimur deo, & operibus disjungimur: quasi diceret, nihil. Iacob. 2. Fides sine operibus mortua est. Alij sunt qui sequuntur per fidem, sed non per finalem consummationē. De quibus Luc. 8. In tempore credunt, & in tempore temptationis recedunt, s. ab opere bono, vt habetur Iudicum 2. Citò deseruerunt viam per quam ingressi fuerant patres eorum. Et talibus non est salus: quia dicit Leo Papa: Non inchoantibus, sed perseverantibus dabitur præmium. Et ideo Greg. In cassum bonum agitur



agitur, si ante terminum vitæ deseratur. Sed B. Andreas secutus est Christum per fidem & operationē virtutis. Vita enim Christi in mundo, erat operatio virtutis, vt sanctitas, pietas, iustitia, mansuetudo & charitas. Per has vias secutus est Andreas Christum. Vnde turba de eo clamauit: Redde nobis hominem sanctum, iustum, mansuetum, & pium, Deoque charum. Cūq; duceretur ad crucem, factus est concursus populorum dicentiu: Innocens sanguis eius sine causa damnatur. Quos tamen rogauit Apostolus ne suum martyrium impedirent. Item secutus est finaliter per viam passionis. De quo saluator ait Matth. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suam, & sequatur me: quod fecit S. Andreas, dicens illud Iob 23. Vestigia eius secutus est pes meus. Nam passio S. Andreae fuit aliquo modo similis passioni Christi, & aliquo modo dissimilis. Primò dissimilis, quia Christus crucifixus rectus, Petrus reuersus. Andreas transfuersus. Christus tanquam caput, obtinuit superiora. Petrus tanquā alter princeps obtinuit inferiora. Ideo conueniens fuit vt Andreas teneret medium, dextram sursum ad Christum, sinistram deorsum, ad designandum spreuisse temporalia. Secundò passio Andreae similis est passioni Christi, quantum ad quinque. Primò, quia Christus voluntariè sustinuit. Vt habetur Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. Sic B. Andreas videns crucem paratam, dixit: Securus & gaudens ad te venio, vt implererer in eo illud Heb. 12. Proposito sibi gaudio, sustinuit crucem. Item dicit cū crucem vidit: Amator tuus semper fui, semper desideravi amplecti te. Ipse enim ideo crucem amauit, quia sciebat se in ea redemptum, & amatorem suum in cruce pendisse nouerat & per crucem tanquam per viam compendiosam ad regnum ire sperauit. Secundò est similis in hoc, quia Christus volentes eum a passione auertere, aduersarios reputabat, sicut Petrus Matth. 16. qui cū audiuit Christum loquentem de passione, dixit ei: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Qui conuersus, dixit Petro: Vade post me Satana, scandalum mihi es, quia non sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominum. Et B. Andreas cū populum voluit impedire passionē suam, & Aegæam lapidare, ne hoc faceret rogauit. Tertio, Christus de cruce descendere noluit, cū Iudei clamarent, Matth. 27. Si filius dei es, descende nūc de cruce, ipse recusauit. Et sic B. Andreas cū Aegæas eum de cruce deponere voluit, ait: Ego vitus de cruce non descendam, iam enim video regem mecum qui me expectat. Et in cruce orauit Deum, ne de cruce eum deponere

per

permitteret. Quarto Christus in cruce docuit nos pro perceptoribus orare, & spiritum patri commendare. Sic fecit Andreas, quia legitur quòd biduo viuens pēdebat in cruce pro Christi nomine, & docebat populū. Quintò Christus per crucis ignominiam in gloriā intrauit. De quo Luc. vii. Nonne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriā suam? Et sic B. Andreas dixit, O sancta crux, accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, vt per te me recipiat, qui per te me redemit. Moraliter, sic per ista datur nobis intelligi, quòd homo ascendens crucē pœnitentiæ, debet ista quinque habere. Primò debet crucē pœnitentiæ ascendere voluntariè, dicens cū Psal. 53. Voluntariè sacrificabo tibi, nō coactè. Quia dicit August. Nemo iniurus benefacit, etiam si bonū est quod facit. Coactè non acceptat Deus: quia non necessitatem, sed arbitrij libertatem respicit Deus. Secundò, volentes auertere eum a pœnitentiā, debet inimicos reputare, iuxta illud Matth. 7. Inimici hominis domestici eius. Nam per istum modum iubemur odire parentes, quando à deo volunt nos auertere. Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem suam, non potest meus esse discipulus. August. Licet amandus est genitor, tamen proponendus est creator. Tertio crucem pœnitentiæ non debemus vsque ad mortem dimittere. Nam crux pœnitentiæ est lectus in quo discipulus Christi debet mori. De quo August. Lectum super reliquias Iesus discipulis suis: qui vult cum isto quiescere in cælo, in isto iaceat lecto: moriatur in cruce pœnitentiæ; si vult Christum crucifixum placatū videre. Quarto, debet verbo & facto alios informare. Gala. 6. Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite. Nam non sufficit quòd quis nititur seipsum saluare, nisi etiam alios trahat ad Deum. Apocali. 22. Qui audit diuinam inspirationem, dicat: Veni, scribitur enim Iaco. 5. Qui conuerti fecerit peccatorem, saluabit animam eius à morte. Et conuerso habetur Ezech. 3. Si non locutus fueris impio vt auertatur à via sua mala, sanguinem eius de manu tua requiram. Et talis potest conuerti illud Isaia. 6. Vae mihi quia tacui. Quintò, per pœnitentiā debemus ad gloriā peruenire. De quo Mart. 3. pœnitentiā agite, & appropinquare vobis regnum cælorum. Ecce quam preciosa crux pœnitentiæ. Dicit Chrysostom. O crux rutilantior auro, splendidior sole, quid de te referam? omnia ligata soluis, paradysum aperis, contritum sanas, tristem lætificas, ad vitam æternam reuocas. Ideo Matth. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem

crucem suam, scilicet penitentia, & sequatur me. *Chryf.*  
Non sufficit crux sua sine qua: qui propria mala committit,  
iustum est ut per propriam penam diluat.

## ENARRATIO III.

**V**enite post me. scribitur Mat. 3. ¶ Nota Beati Andreas & alij  
discipuli à domino Iesu quintupliciter sunt vocati. Pri-  
mò, vocauit eos ad sui notitiam, vt habetur Ioan. 1. Venite &  
videre. Et post hoc redierunt ad sua. Secundò vocauit eos ad  
discipularum gratiam, vt habetur Mat. 4. Venite post me, fac-  
iam vos fieri piscatores hominum. At illi relictis retibus se-  
cuti sunt eum, tanquam discipuli magistrum, Tertiò vocauit  
eos ad singularitatis & familiaritatis amicitiam, & sic frequen-  
ter legimus, Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum & Ioanè secre-  
tè, vt habetur Mat. 9. dum suscitauit puellam, & Luc. 8. Mat.  
17. & Mar. 20. cum reuelauit eis secretum eius passionis in mó-  
te, quando trāsfiguratus fuit. Quartò vocauit eos ad Aposto-  
larum excellentiam, vt habetur Mat. 10. Conuocatis Iesus duo  
decim discipulis, misit illos binos & binos. Quintò vocauit  
eos ad passionis cōmunitatiā. Ioā. 15. Nō est discipulus super  
magistrum, nec seruus maior dō suo: si me persecuti sunt, &  
vos persecutur, & Ioā. 20. Sicut misit me pater, sic ego mitto  
vos, scilicet ad passionem. Mat. 10. Ecce ego mitto vos sicut oues in  
medio luporum. Et sic moraliter: quid enim prodesset singu-  
lis annis recitare vocationem Apostolorum, si non haberet  
moralem ædificationem? Idcirco sicut vocauit Iesus discipu-  
los suos corporaliter, sic nos vocat moraliter & spiritualiter.  
Primò vocatur à Deo ad sui notitiam, scilicet cum ratio-  
ne illuminati per creaturam cognoscimus creatorem, & hoc  
est principium salutis, quia sine dei notitia non est salus, de  
quo Bernarde. Si Deum ignoras, poteritne fore salus? qua-  
si diceret, non. Subdit: Non enim amare poteris quem  
ignorās. Cui consonat Agu. Inuisa amare possumus, incog-  
nita verò nunquam. Sed homo creatus est ad dei cognitio-  
nem & dilectionem, vt dicit Magister in 2. Sentēt. dist. 1. Rati-  
onalis creatura creata est, vt deum cognosceret, cognosce-  
ndo amaret, amando possideret possidendo, sua frueretur dei-  
tate: modo quomodo amabis, quem non cognoscis? Ideo de  
ignorantibus dicitur, in Corin. 14. Ignorans ignota  
bitur: hoc est ignorans Deum, ignorabitur, id est, non accep-  
tabitur à deo vt dicit Gre. 38. dist. Qui ea quæ dei sunt, igno-  
rat, nescitur à domino: & qui ea quæ Dei sunt sapiunt, à  
domino sapinunt, id est, acceptantur. Sed dices: Qualis debet

esse dei notitia de necessitate salutis in adultis in hac vita?  
Responderetur, generalis & imperfecta, scilicet vt cognoscas eū crea-  
torem, conseruatorem, omnium bonorum largitorē & remune-  
ratorē: quia perfectè non potest deus cognosci in hac vita  
vt dicit Ber. Perfecta cognitione nulla creatura potest deum  
cognoscere, quia tali cognitione deus sibi soli cognitus est,  
Et hoc est quod scribitur, Matth. 11. nemo nouit filium nisi pa-  
ter, Gloss. scilicet essentialiter, plenè, perfectè & comprehen-  
siuè. Et subdit ibidem Euangelista: Nemo nouit patrem nisi fi-  
lius, scilicet perfectè, & cōprehensiuè. Nam licet homines cogno-  
scunt deū hīc per fidem, & sancti in patria per manifestā visio-  
nem: nō tamē per visionē apprehensiuam: quia dicit S. Tho.  
part. 1. q. 11. artic. 8. Nullus intellectus creatus totaliter potest  
deum apprehendere, quia deus infinitus est, cognitio homi-  
nis finita: modò finiti ad infinitum, nulla est proportio: pro-  
pter quod scribit Hugo de sacram. lib. 1. parte 3. c. 2. Deus ab  
initio sic notitiam suam ab homine temperauit, quod sicut  
nunquam totus poterat comprehendi, sic nunquam profus  
totaliter ignorari. Et secundum Bern. Sicut nullus perfectè  
potest deum cognoscere, sic etiā nullus debet esse qui deum  
simpliciter veller ignorare. Pro quo sciendū quod triplex est  
cognitio dei, quæ in sacra reperitur scriptura, scilicet cognitio rati-  
onialis, deuotionis, glorificationis. Prima est cognitio ratio-  
nalis, quam per creaturam intuitionem inuestigamus, quia  
creaturæ non sunt à seipsis, Psal. 99. Ipse fecit nos. Et si crea-  
turæ placabiles tibi sunt, magis vero tibi placere debet crea-  
tor, vt habetur Sap. 13. Si qui specie creaturarū delectati sunt  
sciant quāto his dominator eorū speciosior est: aut si virtutē  
& opera creaturarū mirati sunt, intelligāt ab illis, &c. A ma-  
gnitudine enim speciei & creaturæ poterit eorū creator co-  
gnoscibiliter intueri. Et Ro. 1. Inuisibilia dei per ea quæ facta  
sunt intellecta cōspiciuntur. Hæc cognitionē de deo antiqui  
philosophi habebāt, quem nō deum, sed causam rerū appella-  
bāt. De hac notitia dicit Greg. in Mora. super illo verbo Job  
36. Omnes homines vidēt eū, vnusquisque inuētus, procul.  
Omnis homo eo ipso & rationalis est, debet ex ratione dili-  
gere deum qui cōdidit eū. Et subdit: procul intueri, quod nō  
est speciem cernere, sed ex sola operū suorum admiratione  
pensare. Secunda est cognitio deuotionis, quæ fit per fidem.  
Vnde 1. Cor. 13. Nunc cognoscimus ex parte, & per speculum  
in ænigmate. Et illa cognitio fidei oritur ex prædicatione  
verbi dei. Rom. 10. Quomodo credent sine prædicatōe? nam s-

des ex auditu, auditus per verbum Christi. Nam ex nullo habetur clarius dei notitia, quã ex sacra scriptura, vt inquit S. Tho. part. 2. q. 1. art. Maior cognitio non habetur in hac vita, sicut in sacra scriptura: idcirco qui eam legere nesciunt, saltem audire diligenter debent, iuxta illud Gre. super Ezech. Omnes qui viam vitæ desiderant, verba vitæ audire debent vt deum ex eis cognoscant, vt impleatur in eis illud Ioan. 10. Ego cognosco oues meas, s. cognitione deuotionis. Et sunt hi qui propter eus declinant delectabilia & aggrediuntur difficilia, & cum hoc seruati dei mandata in vera fide. Hi probant se nonnisse deũ. de quo, 1. Ioan. 2. In hoc scimus quoniã cognoscimus eum, si mandata eius obseruamus. Qui verò dicit se nosse deũ, & mandata eius non custodit, mendax est. Tertia cognitio est, cognitio glorificationis. De qua 1. Cor. 3. Tunc cognoscent, sicut cogniti sunt, si facie ad facie contemplantes, iuxta illud 1. Ioã. 3. Videbimus eum sicuti est. Tunc adimplebitur illud Iere. 31. Nō vltra docebit vir proximum suũ dicens: Cognosce dominum, omnes enim cognoscēt me à minimo eorũ vsque ad maximum. nam secũdũ Bern. Magistrũ ibi semel vidisse, est omnia didicisse. Prima notitia notificat deum, quia est. Secunda, quia bonus est. Tertia, quia gloriosus est. Secundo, nos vocat Christus ad discipulatus gratiã. Et hoc fit, cum inspirat nobis fortissimum affectum, & desideriu discendi omnia eius beneplacita, pro viribus faciẽdo doctrinã eius, & vitam nostram vitæ eius conformando in quantum possumus, vt impleatur in nobis illud Ezech. 1. Similitudo hominis erat in eis. In hoc enim fiunt homines eius discipuli, cum magistri sui discunt doctrinã, & faciunt secũdũ eam, iuxta illud Ioã. 10. Oves meæ vocẽ meã audiũt, & sequũtur me. proponit enim nobis Christus magister noster tres lectiões, quas si disceremus, verè eius discipuli essemus. Prima lectiõ est mandatorũ obseruatio. De quo Ioã. 8. Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Secunda lectiõ est temporalium rerũ abdicatio. Lu. 14. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Notã ter dicit, renũtiau erit, nō reliquerit, quia secundum Bedã in Gloss. super eodẽ verbo, Relinquerẽ est perfectorum qui omnia postponũt, sed renũtiare conuenit omnibus, qui ita temporalia possidēt, vt mente ad aeterna tendant, iuxta illud Augu. Omnia vilescũt, cui solus deus dulcescit: tales omnia temporalia ordinãt ad aeterna. Tertia lectiõ est proximorum dilectiõ. Vnde Ioã. 13. In hoc cognoscent omnes q̄ mei estis discipuli

si dilectionẽ habueritis adinuicem, s. ordinatam & deificam, quæ talis est vt Ber. dicit: Sic diligãtur homines, ne amentur eorũ errores. Tertiõ vocat nos ad sui familiarem amicitiam. Hæc amicitia consistit primò in frequenti visitatione, s. dei ad hominem, & hominis ad deũ, vt interpolatis tẽporib' deus hominem, & homo deũ sæpe visitet. De dei visitatione habetur Iob 10. Visitas eũ diluculo. Super quo Gre. in persona dei Cum homines visito, dura corda emollio, rigida flecto, aspera mitigo, frigida accendo, debilia roboro, vaga stabilio, nuntantia confirmo: & dum venio tenebrositatem illustro. Similiter homo debet Deum visitare, s. à strepitu secularium tumultuum cessare & elongare, meditãdo eius magnalia, & cõtemplando mirabilia & alia eius quæcunq; opera, dicendo illud Psal. 118. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Nam per hæc exercitia visitamus dominum, vt inquit Aug. Cum aeterna cogitamus, iam non in hoc mundo sumus, quia eũ transcendimus, & deo appropinquamus. Et secũdũ Hug. Quãtò magis accrescit mentis ascẽsus, tãtò familiarior erit dei cognitio. Secũdò familiaris amicitia consistit in secretorũ reuelatione. Nam crebrius se visitãtes: semper aliquid de secretis suis mutuo reuelãt. Quod ex parte sua promissũ de', Isa. 45. Dabo tibi thesauros absconditos & arcana secretorũ, vt scias quia ego dominus. Et illa reuelatio fit secundum magnitudinem dilectionis. Ideo Richar. Ex magnitudinẽ diuinæ dilectionis, dependet modus diuinæ manifestationis. Aliquando est reuelatio sensualis vt cum res corporalis videtur per quam interius mystica res intelligitur, vt Moses vidit rubum ardentẽ & non combustum, vbi ostendit ignẽ diuinitatis, vidẽdo rubũ humanitatis. Aliquando intellectualis, s. imagines metales intellectualiter vidẽdo. & intelligẽdo, vt Ioannes, aliquãdo sine omni imaginatione spiritus sanctus tãgit mentẽ: aliquãdo est superintelectualis, & hoc plus fit per dilectionẽ quã per intellectũ, quia Deus plus diligitur, quã intelligitur, ideò dilectio iurat, vbi intellectus foris stat. Et talis reuelatio fit per inspirationẽ diuinã, vt habetur Iob 4. Dicitũ est mihi verbũ absconditũ. Gre. Absconditũ verbũ audire, est locutionem spiritus sancti corde percipere. Et subdit Iob. 4. Quasi furtiuẽ suscepit auris mea venas susurrj eius. Vbi Greg. Susurrum percipere, est subtilitates intimæ allocutionis occultè cognoscere. Vox domini auditur, cum inspiratio mēte concipitur. Similiter homo viceuersa debet secreta sua deo reuelare, & intimas cordis sui affectiones euã

porando exhalare, vt sic contingat voces emittere magis ex officio affectus quam intellectus, iuxta illud Cāt. 1. Dilectus meus mihi, & ego illi, s. reuelando secreta per affectiones & desideria. Quia dicit Gre. in Moral. Animæ verba sunt desideria. Nam si desiderium sermo non esset, propheta nō diceret, Desiderium cordis eorum audiuit auris tua. Psal. 6. Sed dices: Quæ tunc est dei locutio? Respondet Bern. super Cant. Locutio dei est infusio doni: sed responsio animæ est admiratio cum gratiarum actione. Sed dices: Quid tūc est susurratio? Respondetur q̄ est intima inspiratio, vt dicit Greg. in Mora. quæ per os carnis exprimi non potest. Et hæc est familiaris amicitia deuotæ animæ cum deo. Tertio ista familiaris amicitia consistit in fidelitate, & illam deus habet ad nos, Deutero. 32. Fidelis deus & absque vlla iniquitate, & fictio fidelẽm affectionẽ debemus habere ad eũ, vt in omnibus dei gloriam & nō nostrã quæramus, vt docet Apost. 1. Cor. 6. Si ue inãducatis, siue bibitis, vel aliquid aliud facitis, omnia ad dei gloriã facite. Sed heu conqueritur Salomon Proverb. 20. Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelẽ quis inueniet? quasi diceret, est rarus. Et Philip. 2. Omnes quæ sua sunt querũt, & nō quæ Iesu Christi. Quarto vocauit eos ad apostolatus excellentiam, & sic nos. Et hoc fit cum deus inspirat nobis desiderium animas quærendi, vt non solo homo sit sollicitus de salute animæ suæ, sed etiam aliorũ. Nam hoc est valde acceptum deo, vt inquit Gre. super Ezecl. Nullum deo tale sacrificium sicut zelus animarũ. Et hoc cõsiderãs Apostolus inquit, 2. Corint. 12. Ego autem libentissimẽ impendam, & superimpendam ego ipse pro animabus vestris. Et sic Christus vocauit Petrũ, Ioã. vlti. Petre, amas me? interrogando trina vice. Et subiũxit: Pasce oues meas, s. scr̄plo, prædicatione, conuersatione, & oratione. Nam dicit Bern. Oportet apostolicũ virũ vbique denuntiare deũ. s. voce & opere, & etiam fecit sanctus Andreas. Quinto vocauit discipulos ad concomitantiam passionis. Et de hac vocatione scribitur in multis locis. Primo Ioan. 15. Nō est discipulus super magistrũ, nec seruus maior domino suo: si me persecuti sunt & vos persequentur. Secundo de eadem vocatione habetur Ioan. 10. Sicut me misit pater, sic mitto vos in mundum, scilicet ad passionem. Tertio de eadem vocatione habetur Matth. 10. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Sic hodie deus vocat electos suos ad concomitantiam passionis. 1. Tim. 3. Omnes qui piẽ volunt viuere in Christo Iesu, perfe-

cutio

cutionem patientur. Nam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Act. 14. Et sic B. Andreas secutus est Christum. Iob 21. Vestigia eius secutus est pes meus, vt impleretur in eo illud Sap. 18. Simili p̄ona seruus cum domino afflitus est. Vide de similitudine passionis in præcedenti sermone qui incipit: Relictis retibus secuti sunt eum, scilicet per ignominiam passionis crucis, prout dixit Matth. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã, & sequatur me, &c.

De S. Barbara.

## ENARRATIO I.

**Q**uinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum, prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Matth. 25. 4. In præmissis duo innuuntur. Primo virginum insipientium negligentia damnosa, ibi: *Quinque fatuæ non sumpserunt. Secundo subiungitur virginum prudentium diligentia, ibi: prudentes vero.* De primo dicit: *In illo tempore, s. feria iij. post palmarum, volens Christus ostendere quòd Iudæi non essent intraturi ad nuptias cœlestes, dixit parabolam istam: Simile est regnum, id est, præsens Ecclesia militans, decem virginibus.* Greg. Per illas non tantum qui seruabant castitatem virginalem, intelliguntur: sed omnes fideles in Ecclesia sancta dicuntur virginẽs, propter integritatem fidei. De qua Athana. Quam nisi quisque integram inuiolatamq; seruauerit, absq; dubio in æternum peribit. Et sic mulieres dicuntur hęc virginẽs. De quibus Apost. 2. Cor. 11. Respondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo, i. integritatem fidei. Et figurantur per numerum denarium propter decem præcepta ad quæ obligamur. Matth. 9. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et dicuntur virginẽs propter continentiam ab illicitis actibus. Et ponitur hic duplex quaternarius propter duplicem sexum, scilicet propter viros & mulieres. *Quæ accipientes lampades suas.* Chry. id est, fidem quæ illuminat animam sicut lampas domũ. Ideo Christus vocauit fidem lumen. Ioan. 12. Adhuc modicum lumen in vobis est. Glos. i. parua & modica fides: *Exierunt obuiam sponsi & sponse.* Chryl. i. præparauerunt se ad obediendum Christo & Ecclesiæ, quia ex quo accepimus fidem, concorditer debemus concordare cum voluntate Christi & Ecclesiæ. Subdir: *quinque autem erant fatuæ, & quinque prudentes.* Orige. Qui rectẽ credunt & iuste viuunt, dicuntur prudentes: qui autem proficentur fidem, & non agunt opera ad salutem, dicuntur fatui. Greg. Quid prodest quòd fide Deo iungimur, & mori-

cc 3

bus disungimur? quasi diceret, nihil. Iaco. 2. Fides sine operibus mortua est, q. d. fatuitas. Nota multiplices sunt fatui Christiani, qui comprehenduntur & intelliguntur per quinque virgines fatuas, vt dicit Orige. quia sensuum delictis & vitiis se dederunt. Primi fatui sunt, qui fidem habent & male agunt. Vnde Prouer. 14. Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur. Et si ille qui cogitat, multo magis ille qui operatur. Tales sunt secundū Aug. qui lampades habent, & non oleum, i. fidem, & non opera Greg. Sicut lāpas sine oleo fœtet & non lucet, sic fides sine operibus bonis. propter quod dicit Saluator, Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Nam fides sine operibus est fides dæmonum. Iaco. 2. Dæmones credunt & contremiscunt. Et subdit ibidem: Sicut corpus sine spiritu mortuum est, sic fides sine operibus. Ideo collaudat Isid. fidem formatā, dicens: Beatus est qui recte credit, & credēdo bene viuūt. Secundi fatui Christiani sunt, qui postquam male agunt, per sapientes corrigi nolunt. Vnde Prouer. 18. Non recipit stultus verba prudentiæ. Ratio ponitur, Eccl. 12. Verba sapientū sunt quasi stimuli, per quos contempitur vesania. Et quia talia verba correctionis non recipit, est signū fatuitatis, de quo Prouer. 7. Qui odit correctiones, insipiens est. Et quid amplius odit corripiētem, & non amat. Vnde Prouer. 15. Non amat pestilens eū qui se corripit, & habet disciplinam tanquā pro ludibrio. De quo Prouer. 15. Stultus deridet doctrinam patris sui. Sed contra Prouer. 15. dicitur: Cor sapiens querit doctrinam, quam fatuus spernit, eo q̄ scribitur Eccl. 21. Cor fatui quasi vas contractū, & omen sapientiam nō tenet. Nam sicut cribrū tenet fursura & non farinam, sic tales stulti tenent inutilia & non proficua. Tertij fatui Christiani sunt, qui aliorū vitam respiciūt & excessus, & se per aliorū malitiam excusare volunt. Hæc est fatuitas de qua Eccle. 21. Pes fatui facilis in domum proximi, nam fatui currunt hinc inde, & sic tales ad vitam alienā habent adpetentiam. Quid tibi de vita aliena, cum scribitur Gala. 6. Vnus quisque onus suum portabit: nam non portabit pater iniquitatem filij, nec econuerso; Ezech. 18. sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ideo Apost. Rom. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? si stat, domino suo stat: si cadit, domino suo cadit. ideo Sene. Proprium est stultitiæ alienā vitam cernere, suāque obliuisci. Tales enim sunt stultiores asinis. Nam si aliquis asinus videt alium cadentem, ipse circumit. *Ipsa autem*

autem fatui per eandē viam sequuntur, dicētes: Iste fecit hoc, similiter & ille, cur non ego? Hieronymus: Multitudo sociorum non finit impunitū crimen. Ideo Exod. 23. Non sequeris turbam ad faciendū mala. Dicit nauque Rex. Non minus ardet qui cū multis ardet. Videmus enim de quātō plura ligna, de tantō maior flamma. Idcirco homo sapiēs attēdat ad inertiā, & consideret seipsum. Hugo. Multe sciētia hominum, sed nulla melior, quā quā homo seipsum cognoscit. Ideo dicit Seneca: Summa philosophia est, sui ipsius notitia. Bern. Quid prodest scire cursus siderum, quādo homo non cognoscit seipsum? q. d. nihil, sed est fatuitas. Quarti fatui Christiani sunt, qui in tali statu viuūt, in quo mori inuiti vellent, vt luxuriōsi, adulteri, & omnes qui scienter viuunt in mortalī peccato, quia sciunt quōd non est salus in tali statu, & tamen nolunt cessare nec desistere. O fatuitas magna, q̄ nunquam vna hora securi sunt. Eccl. 6. Nescit homo finem suū, sed sicut aues capiūtur laqueo, & pisces homo, sic homo in tempore tribulationis, id est, mortis. Nam homo nescit tempus, an manē, meridie vel vespere, die vel nocte morietur, iuxta illud Iob 32. Nescio quā diu subsistam, & tollat me factor meus. Neque homo scit locum, vtrum in mensa vel in lecto, vel in domo, vel in foro. Bern. Quōd morietur, certum est: incertum autem, vbi, vel quomodo: mors vbiq̄ te expectat, sed si prudens es, vbiq̄ expecta eam. Ideo fatua audacia est, in peccato mortali viuere, imō etiam in mortali obdormire, vt dicit Aug. Qui in vno peccato mortali obdormit, audacior est quā qui cum septem hostibus de morte sua adiuuicem obligatis configit. Heu hoc non aduertunt adulteri, fornicarij, ebrii, vsurarij, superbi, & auari. De quibus Eccl. 8. Sunt impij qui ita securi sunt, ac si vitam iustorum habeant. Sed hoc vanissimū iudico, imō fatuissimum, quia sine timore peccant, non ex ignorantia aut infirmitate humana, sed ex malitia. Et tales timēt damna rerum, prouidi sunt ad custodiendum temporalia, sed non curant amissionē bonorum spirituum, & æternorū. Tales timent infirmitatem & mortē corporis, quæ rētes medicos ad conseruationē vitæ, sed non timent infirmitates æternas & mortem animarū, cum sacundū Aug. maius est damnū in vnus animæ amissione, quā corporum mille. Imō dicit Bern. Totus mundus iste non potest estimari ad pretiū vnus animæ. Ideo prudēs homo nec per diem, nec per horā in tali statu viuere deberet, in quo mori noller, cum hortamur in euangelio Mat. 25. Vigilate, quia nescitis diem

neque horam. Aug. Si nescis qua hora dominus veniet, semper vigila, vt paratū te inueniat. Idem : Latet vltimus dies, vt obseruentur omnes dies, id est, singulis diebus & horis debemus ita viuere, ac si singulis diebus & horis mori deberemus. Quinti fatui Christiani sunt, qui quærūt quod inuenire non possunt, s. longam vitam in hoc mūdo: & non quærunt quod faciliter inuenire possunt, s. virtuosē viuere, quod est sapientis. Eccl. 6. Quid habet amplius sapiens stulto, nisi vt pergat illuc vbi est vita, s. permanēs? Stultus vero solum videt, vt in hac vita fluida viuat, de quo Seneca: Stultus est qui querit vi diu viuat, sed nō vt bene viuat curat. Talis fatuus fuit diues. Luc. 11. qui dixit: Anima mea, requiesce, comede, bibe & epulare: habes enim multa bona reposita in añaos plurimos. Cui dixit Deus: Stulte, hac nocte animam tuam reperet: a te: quæ verō congregasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues, id est, non quærit diuitias virtutum, nec cogitat de futura vita, sed solum de præsentī quæ est modica. Iob 14. Breues dies homiuis sunt. Reuera breues. Iacob 4. Quæ est vita vestra? vapor ad modicū parens. Psal. 143. Dies hominis sicut vmbra prætereunt. Sed heu multi cogitant super multa & longa tempora, & ædificant firma ædificia, cū tamen hic simus hospites, Hebr. 13. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. De præsentī verō vita scribitur Sapiea. 5. Tanquam nuntius præcurrens, & nauis quæ pertransit fluctuantem aquam: cuius cū præterierit, non est vestigiū inuenire: aut tanquā auis quæ trāsuolat in aëre, & nullum inuenitur argumentū itineris eius, sed tantū sonitus alarum, aut tanquā sagitta emissa in locum destinatum, tanquā spuma gracilis quæ à procella dispergitur, tanquam fumus qui à vento diffusus est, tanquā memoria hospitis vnus diei prætereuntis. Sic nos nati continuo definimus esse. Ecce faruitas magna, considerē in istam fluidam vitam. Sed diceris: Num debeo habere medicos ad conseruandum me in præsentī vita? Responderetur quōd sic, quia scribitur Eccles. 38. Honora medicum propter instantem necessitatem. Et subdit: Altissimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam. Sed dicit S. Tho. in ordine ad vitā gratiæ & gloriæ. Nā scribitur Isa. 30. Expectat nos Deus vt misereatur nostri. Et sic nos intētē viuere debemus, vt misericordiam eius acquiramus, & vt pœniteamus, quia dicit Apost. Roma. 2. Ignoras quoniam benignitas Dei te ad pœnitentiā adducit? Et sic Christus ait Paralytic. 38. annis in

infr

infirmitate iacenti: Vade, amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Sexti fatui Christiani sunt, qui bona opera faciunt, sed recta intentione carent. Hi sunt qui lapides habent bonorū operum, sed carent oleo rectæ intētionis. De quibus Aug. Qui non propterea gaudent, vt intrinsecus Deo placeant, non habēt oleum secū: nihil enim habent dum continenter viuunt, nisi id quod in laudibus hominū attingunt. De talibus Greg. Qui rectam intētionē in opere non tenent, totū opus amittunt. Cui consonat Magister in 2. Senten. di. 40. Actus simpliciter mali sunt, qui peruersam intētionem habent. Hi dicent in iudicio: *Date nobis de oleo vestro*, id est, perhibete nobis testimoniū bonorum operū. Respondent prudentes: *Ite potius ad vententes, & emite nobis*, id est, ad homines adulators, quorum laudem desiderastis & acceptastis, quasi dicerēt, quid prodest vobis laus hominum, nisi sonus verborum transeuntiu? cesset homo laudare, perdet hypocrita præmium suum: fatuus mercator est, qui exponit merces suas nihil habentibus. Et sic hypocritæ opera bona faciunt propter aspectum & laudē hominū. De quibus Eccle. 20. Iasciuus & imprudens non seruabit tēpus, s. futurum ad remunerandum. Septimi fatui Christiani sunt, qui bona opera agunt, & charitatem non habent. De quo Greg. Sicut lapas non lucet sine oleo, sed sæter: sic opus bonum charitatis vnctione Deo non placet. De quo Apost. 1. Cor. 13. Si charitatē non habuero, nihil sum, s. in conspectu Dei. Vnde Hilari. Frustra est omnis operatio, nisi Dei assit dilectio. Sed diceris: Quare charitas designatur per oleū? Respondetur, septem de causis, secundū septem proprietates seu similitudines olei charitati comparatas. Prima oleum est dilatatiuum, nam parua gutta stillans in vestem, in magnū dilatatur spaciū: sic charitas non manet inclusa, sed operatur & dilatatur in multa bona opera. De quo Greg. Charitas non est otiosa, sed operatur magna si est: & non solū quo ad se, sed etiā quo ad alios, sicut Apost. inquit, 1. Cor. 10. Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Secūda proprietates, oleū est penetrabile, sic charitas penetrat interiora cordis, non solum exterius, i. verbis. De qua dicitur 1. Ioan. 3. Filioli, non diligamus verbo & lingua, sed opere & veritate: non sicut hi de quibus scribitur ad Titū, 1. Contentur se nosse Deū verbis, factis autē negant. O quot sunt tales de quo Psal. 77. Dilixerūt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei, cor autē ipsorum non erat rectum cū eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius, vt di-

centes se Christianos, & agentes opera diaboli. Mat. 7. A fructibus eorum cognoscetis eos. Orig. Quid speratis in hoc saluari, quod Christiani appellamini: nā nomen Christiani non saluat hominē, sed opus, iuxta illud Mat. 7. Nō omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnū cælorum: sed qui voluntate facit patris mei qui est in cælis, hic est qui intrabit in regnū cælorū. Nā dicit Apost. 1. Cor. 4. Non est regnū Dei in sermone. Tertia, oleū non est sonoriū, sed leniter cadit cum fuditur: sic charitas non cū indignatione agit opus, sed piē. De quo Apost. 1. Cor. 13. Caritas non agit perperam, non irritat, nec irritatur, sed implet illud Gre. Qui verē Deū amat, omnia æqualiter portat. Videmus q̄, rota non vncta, murmurat aut sonat: sic homines charitatē non habentes, cum murmuratione & difficulter operantur. Orige. Plura non toleramus, quia charitatē non habemus. Quarta, oleū est lenitiū: sic charitas omnia grauiā facit leuia. Greg. Amanti nihil est difficile, propter quod dicit Ber. Vbi est amor, ibi non est labor, sed sapor, vt impleatur in homine amāti illud quod scribitur à Greg. Mens quæ fortiter Deum diligit, dulcē æstimat quod amarū sit, vt B. Laurētius qui dixit: Carbores tui refrigerium mihi præstāt. Quinta, oleū est purificatiū, quia ferum vel calybe politū à rubigine conseruat: sic charitas conseruat hominē à rubigine peccati, 1. Pet. 4. Caritas operit multitudinē peccatorū, vt patet de Maria Magdalena, Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniā dilexit multum. Ideo Prouer. 10. dicitur: Vniuersa delicta operit charitas. & Gre. in Homil. super Luc. 7. Quid fratres credimus dilectionem, nisi ignē: quid culpā, nisi rubiginē: tantō plus rubigo peccati conseruitur, quātō plus mēs hominis acceditur charitate. Sexta, oleum est conditiū cibi: sic charitas gratificat & ornat cetera bona opera. De qua Aug. Charitas est que valet ad omnia, sine qua nihil valet omnia. Nam sicut cibus sine condimento, sic alia bona opera sine charitate. Nam non gratificat hominem quo ad Deum. Ideo Hugo lib. de laude chari. Omnia sacramenta habere potes, & malus esse potes, sed cum charitate malus esse non potes. Ideo subdit ibidem: Dilige, & fac quicquid vis, quia diligētibus Deū, omnia cooperantur in bonum. Rom. 8. Septima, oleū est ab arbore processiuum: sic charitas fluit & fluxit ab arbore sanctæ crucis. Vnde Bern. Nihil te mihi reddit ita amabilem o bone Iesu, quā calix quem bibisti, in arbore sanctæ crucis. Idcirco si es frigidus in Dei amore, appropinqua ad hanc oliuam, id est, recordare passio-

nis dominicæ. De qua Damascē. Quid magis ad charitatē accēdit quā quod proprio filio suo nō pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illū: Hoc oleū charitatis habuit Beata Barbara, quia patrem reliquit, mundū spreuit, corpus ad pœnam mortis dedit, vt patet in eius Legenda.

De sancto Nicolao Episcopo. ENARRATIO I.

**M**emento creatoris tui in debet iuuenitibus tuis. scribitur Eccle. 12. & proponitur ad laudem & honorem Nicolai in festo hodierno. In verbis præmissis duo innuuntur. Primo hortamur ad Dei commemorationem, ibi: *Memento creatoris tui*. Secundō subiungit temporis determinationem, ibi: *in debet iuuenitibus*. De primo dicit, *Memento creatoris tui*, Pro quo sciendum quòd tria habemus à creatore nostro. Primò ea quæ ducunt ad timorem. Secundò, ea quæ mouent ad amorem. Tertio, ea quæ mouent & incitant ad gratiarum actionem. Primò debemus commemorare ea quæ incitant seu quæ incutiunt timorem, sunt duo. Primum est ira Dei prouocatio. De qua Deuter. 9. Memento & ne obliuiscaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum Deum tuum, scilicet per peccatum. Nam irascitur peccato. Eccle. 12. Altissimus odio habet peccatores. Et quis est qui non offendit? Iac. 3. In multis enim offendimus omnes. Qui sunt qui nō peccauerunt? Ro. 3. Omnes peccauerunt & egent gratia Dei, propter quod exherbet se reū, dicens, Terret me vita mea, quia nihil est nisi sterilitas in ea. Si quos fructus habet, aut simularum habet, aut imperfectum, aut corruptum. Idcirco timendū est, & penitentia agenda est, vt docemur Apoc. 2. Memento vnde excideris, & age penitentiam. Quia hoc est remedium contra Dei iram, vt scribit Chry. nullum delictorum tale remedium habet, sicut continuata memoria eorum, dicendo cū ser. Thre. 3. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea, Nā per talē memoriā Ezechias acquisiuit Dei misericordiā, & prolongationē vitæ suæ 15. annorū. Isa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amicitudine animæ. Secundum quod memorandum est, quod incitat ad Dei timorem, est mortis & iudicij Dei meditatio. Vnde Eccl. 12. Si homo multis annis vixerit, & in his omnibus lætus erit: meminisse debet reprobis temporis, s. mortis & diei necessitatis, 1. iudicij, vbi homoq̄ necessitate angustiatur ad reddendum rationē. De quo Ber. In meditatio. Statim præsentabor ante districtū iudicem, de omnibus operibus meis redditurus rationē. Tūc dimissa capite malæ conscientie, in medio stabo, & dicitur mihi, Ecce

homo & opera eius. Hoc debemus memorari. Prou. 12. Cogitationes iustorum iustitia. Hoc fecit Hier. dicens: Siue comedo, siue bibo, siue aliquid aliud facio, semper sonat vox tubæ in auribus meis: Surgite mortui. Et hæc memoria inducit timorem. Psal. 118. A iudiciis enim tuis timui. Timor enim operatur peccati vitiationem. Eccle. 1. Timor domini expellit peccatum. De quo & Fabianus Papa, in cano. 11. quæst. 3. Qui omnipotentem Deum timet, nec contra Deum, nec contra Ecclesiam, nec contra sanctorum statuta facit. Secundò debemus memorari ea, quæ mouent nos ad Dei amorem. Et sunt duo. Primum est digna creatio, Psal. 99. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Fecit nos non simpliciter vt alias creaturas: sed dignanter ad imaginem & similitudinem suam, Gene. 1. O quantus honor! quia dicit Aug. 11. de ciuitate Dei: In rebus creatis nihil Deo propinquius sua imagine: propter quod debemus eum diligere, quia scribitur Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile. Sed in omnibus rebus creatis, anima rationalis nihil sibi simile potest inuenire, nisi in creatore, ad cuius imaginem & similitudinem facta est. Dignè ergo totum suum amorem in Deum debet reflectere. Secundum quod incitat ad amorem Dei, est incarnatio, de quo Aug. lib. 3. in rebus per tempus ortis illa summa est gratia: quòd homo in vnitatem personæ Deo coniunctus est. Nam in creatione facti sumus ad sui imaginem, in incarnatione assumpsit nostram naturam, factus ad nostram imaginem: propter quod magis eum debemus diligere, perpendendo illud Aug. super Psal. 52. Filius Dei factus est particeps nostre mortalitatis, vt homo fieret particeps suæ diuinitatis. Tertio debemus memorari ea quæ inducunt ad gratiarum actiones. Et sunt etiam duo, scilicet redemptio & glorificatio. Primum est redemptio. Psal. 110. Redemptionem misit dominus populo suo. Greg. Quid nasci profuit, nisi redimi profuisset? Ideo Ber. Si totum debeo me illi pro me facto, quid faciã pro me redempto? quod amplius me Deo gratum exhibere debeo, dicendo illud Apo. 11. Gratias agimus tibi domine Deus, quia recepisti virtutem magnam, scilicet ad redimendum nos. Secundum est glorificatio, scilicet gloriæ præparatio. Ioan. 15. Vado vobis parare locum, scilicet in regno meo. Luc. 22. Ego dispono vobis sicut disposui mihi patet meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Ecce quantam gloriam exhibuit nobis, etiã sine meritis nostris, vt dicit Bern. Non sunt talia merita propter quæ datur vita æterna, nisi ex Dei gratia. Ideo merito debemus ei gratias agere, dicendo cum Apost. 1. Cor. 1. Gratias ago Deo

Deo meo semper. Et cum Psal. 102. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Ber. Sicut nullum est momentum in quo non vtamur Dei bonitate & misericordia: ita nullum debet esse momentum, in quo non debemus habere eius memoriam. Et hoc quantum ad primum. Dixi, secundò subiungit temporis determinationem cum dicit: *In diebus iuuentutis*, qui scribitur Thre. 3. Bonum est viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia. Reuera bonum est vt in pueritia incipiamus seruire domino Deo propter sex utilitates inde prouenientes. Primum, propter bonitatis impressionem. Secundò, propter iucundam vitæ possessionem. Tertio, propter seruitij acceptionem. Quarto, propter spei certificationem. Quinto, propter pœnæ purgatorij minutionem. Sexto, propter præmij futuri augmentationem. Dixi, Primum bonum est seruire domino Deo à iuuentute propter bonitatis impressionem, quia profundius bonitas imprimitur iuuenibus. Aristo. 3. de Anima. Anima pueri est tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictum, sed apta depingi. Et quicquid primum depingitur in ea, difficulter deletur: vel habet se sicut pergamenum bene præparatum, in quo nihil est scriptum, & quicquid primum scribitur in eo, vix deletur: & si deletur, manent quædam vestigia. Et sic est de iuuenibus, quicquid eis primitus imprimitur siue bonum siue malum, ad hoc inclinatur, quia ducunt in consuetudinem. Dicit enim Philo. 1. Rhetor. Consuetum quasi innatum est. Nam puer habet se sicut virgula, quæ facilliter potest flecti ad dexteram vel sinistram: & quò flectitur, illuc crescit: sed si fuerit magna arbor, si curuatur facillius frangitur quàm quòd ad rectitudinem ducatur. Ideo quidam super librum Sapi. Omne peccatum incurabilius est in senectute in iuene: & hoc propter consuetudinem antiquam. Scribit enim Arist. 7. Ethic. Facilius est transmutare naturam quàm consuetudinem. Et hoc est quod dicit Salomon, Prou. 12. Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit, non recedit ab ea. Cui consonat Seneca. Peccata senum prædicantur in quid, peccata verò iuuenum in quale. Ideo Eccl. 7. dicitur: Filij tibi sunt: erudi illos à pueritia, non expecta senium, postquam in consuetudinem duxerint mala, quia scribitur Iere. 13. Sicut Aetiops non potest mutare pellem suam, & pardus varietates suas: sic & vos non potestis benefacere, cum didideritis malum. Idcirco bonum est viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Secundò propter iucundam vitæ possessionem. Nam dicit Seneca. Tam iucunda forma viuendi est eligenda, quàm virtutis consuetudo. Nam nihil melius & iucundius



In hac vita quam virtuosè viuere: nã talis securè viuít, securè moritur, qui se in iuuentute virtutibus exercitauit. **Pro. 15.** Secura mens quasi iuge conuiuíu. Hoc patet quia si oculis mentis videt sursum, videt quã grauiter nõ offendit: & si offendit, tamè pœnituit, & habet sp̄e de remissione. Iuxta illud, **1. Io. 1.** Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est dominus vt remittat. Si videt deorsum, videt infernum, ad quem nullus vitiosus descendit siue pœnitens. Si retrò videt, tẽpus præteritũ videt quodd in seruitute Dei expedit: si videt, antè, tunc cognoscit tẽpus futurũ, & videt bonã intentionẽ, quod expẽdere in honorẽ Dei intendit quãdiu viuít. Si ad sinistrã, cognoscit dæmones quibus resistit pugnando, qui nunquam potestátẽ super eum habebunt. Si ad dexteram: cognoscit angelos quibus seruit, & quorũ inspirationibus consentit. Illa omnia conferunt gaudia. Ideo **Isido.** inquit: Si vis nunquam esse tristis, bene viuic, i. virtuosè. Ecõtra qui malitiosè & iniquè viuít, nunquã verè delectãtur & lætantur. De quo **Aug.** Iussisti domine, & ita est, quodd omnis inordinatus animus est sibi ipsi pœna, s. in remorsu cõscientiæ. Vnde **Eccl. 12.** Non est bonũ ei qui assidue, est in malis, etiã siue velit, siue nolit, eum conscientia redarguit, quia timida nequitia dat testimonium condemnationi. **Sap. 15.** Semper enim præoccupat pessima redarguente cõscientia. Vnde **Boët.** de cõsola. philoso. Sicut probitas piis est solatiũ, ita improbis nequitia ipsa est suppliciu: & sic nequitiosi nõquã possunt verè gaudere, quia dicit **Sen.** Nunquã nascitur vera lætitia, nisi ex pura cõscientia, quam habent virtuosí portantes iugũ domini à iuuentute. Tertiã, propter seruitij acceptationẽ: quia grãtius est Deo seruitium iuuenũ quam senũ, quia optimũ Deo offerunt, videlicet florẽ iuuentutis: senes autè feces senectutis. Ideo scribitur **Mal. 1.** Maledictus homo qui habet in grege suo masculũ, i. forte, & offert debile dominõ. Nã optima sunt Deo offerenda. **Nume. 18.** Omnia quæ offeretis, optima & electa erunt cuncta. Sed illi qui expectant senium, tales contempserunt eorum fortitudinem & iuuentutem in seruitio diaboli & mundi: & cum cessabunt in senectute ab aliquibus peccatis, quæ perpetrate non possunt, volũt Deo seruire. De quibus **Aug.** Si vis agere pœnitentiam, quando peccare iam non potes, tunc peccate dimiserunt, & non tu illa, quid tunc habebis præmiũ? q. d. nihil: quia non necessitatem, sed arbitrij libertatem respicit Deus. Sic cum homo aptus esset ad peccandum, & possẽt, & haberet occasionem, scilicet diuitias, pulchritudinem, iu-

u-  
uena

uentutem, & dimittit ea propter Deum, hoc est valde Deo acceptum. Nam sibi subtrahere delectabilia carnis cum oportunitatem habet perficiendi, hoc est quasi spirituale martyrium coram Deo. Vnde **Eccl. 31.** Beatus vir qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit: quis est hic, & laudabimus eum? Talis enim fuit **B. Nicolaus,** qui in iuuentute cœpit Deo seruire, quod beneplacitum est ei: hoc Dominus Deus insinuat **Mat. 19.** Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere ipsos: talium enim est regnum cœlorum. Nam eorum oratio & laus est Deo valde accepta. **Luc. 19.** Cum pueri clemabãt in tẽplo, & pharisæi indignabantur, respondit Iesus: Si hi tacuerint, lapides clamabunt, & **Mat. 12.** dixit: Nunquid legistis, Ex ore infantium & lactantium perfecit laudem? Quarto, propter spei certificationem: quia certior est de salute, quã si ad senectutẽ expectaret: quia dicit **Aug. de doct. Christ.** Non potest malè mori, qui bene vixit: ecõtra verò dicit: Vix bene moritur, qui malè vixerit. Nã inquit **Arist. 3. Ethic.** Qualis est vnusquisq; talis videtur eius esse finis. Nam sicut frondes arboris quo pro maxima parte declinatur, illuc arbor decisa corruit, siue ad dexteram, siue ad sinistrã: sic etiam est de homine, quomodo fuerũt eius cogitationes, locutiones & operationes, communiter talis erit eius finis. Ideo **Sene.** dicit Cõgitauí ante senectutem vt bene viuere, vt in senectute bene morerer. Ideo **Eccl. 5.** dicitur: Ne tardes conuerti ad dominum Deum tuum, & ne differas de die in diem: quia valde incautũ est, vt dicit **Aug.** Si quis in vltima necessitate positus petit pœnitentiã, nõ negamus quã petit, sed securitatẽ dare nõ possumus: non dico, dãnabitur: nec dico, saluabitur: tene certũ, & dimitte incertũ. Age igitur pœnitentiã dum sanus es, quia securus es quid egistis: incertũ autem est quid agas in futuro tẽpore, s. in senio, neq; scis an serueris. **Gre.** Qui veniã spopõdit, diẽ crastinũ non promittit. Ideo **Apost. Gala 6.** dicit: Dum tẽpus habemus, operemur bonũ. Quintò, propter pœnã purgatorij inuentionẽ: Nam si cõtingat eos intrare purgatoriũ, tũc breuiori tẽpore ibi manebũt, respectu eorum qui hic multa peccata commiserunt, & tardè pœnituerũt, nec condignã egerunt pœnitentiã, quã scribitur **Deut. 25.** Secundũ mensurã delicti erit plagarũ modus. **Gre.** Crescete cõrumacia, meritò, crescere debet & pœna. Nam si diu fuisti in delectatione culparum, diũ etiam eris in cruciatione pœnarum. **Apoc. 18.** Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Ideo

Apost. 1.

**Apost. 1. Cor. 3.** Vnusquisque videat, quomodo & quid super fundamento ædificet, si fundamento fidei superædificet aurum & argentum, aut lapides pretiosos, lignum, scœnũ aut stipulã, vnusquisque opus manifestum erit: & quale opus sit, ignis probabit: quia dicit Hüberrus: Facies Dei non videbitur, donec per pœnam etiam minimus quadrans persoluatur venialiu peccatorũ. Sexto, propter præmiij futuri augmentatione. Nam dominus remunerat omnes, & qui à iuuentute Deo seruierunt, & qui in senectute conuertuntur. Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt, sed dissimiliter: quia vnus in vno anno ante mortem seruit Deo, alter à iuuentute. Mar. 16. Reddet vnique iuxta opera sua. Licet denarius est vnus, qui datur omnibus, Mat. 20. s. Dei visio, tamen alter vi debet clarius altero, id est Corin. 15. Sicut stella differt à stella in claritate. Nam si quis nosceret distantiam inter primum & secundum chorum angelorum, hic libenter duceret centum annos duram vitam, etiam centum martyria & centum mortes, vt de primo choro angelorum ad secundum posset peruenire, & iterum intantum pateretur, vt de secundo ad tertium, & sic de singulis. Ecce quam reprehensibilis est negligentia nostra, vt etiam in vno anno promereri possimus, vt ad quartũ vel quintum chorum angelorũ peruenire possemus. Ideo nullus labor durus, nullum tẽpus longum videri debet, quo gloriam æternitatis acquirere valeamus. Quã lidenter deberemus carere omnibus delectationibus, gaudiis & honoribus, vt ad tale gaudium peruenire possemus vitæ æternæ. De quo Aug. Tanta est pulchritudo visionis dei, tanta est iucunditas lucis æternæ, vt etiam si non liceret amplius manere in ea nisi vnus diei hora, innumerabiles anni huius vitæ pleni deliciis merito contemneretur, quod & fecit Bearus Nicolaus, vt habetur in eius vita.

## ENARRATIO II.

**Vigilate, quia nescitis quã hora dominus venturus sit.** Matth. 24. Cõsuetudo est hominum, quando recedunt à familia & venturi sunt improuisẽ, dicunt: Vigilate vt omnia parata & ornata inueniam. Spiritualiter sic dominus Iesus Christus dum recedere voluit à discipulis suis per mortem & ascensionem suam, & venturus est nouissimo die, præmonuit eos vt vigilarẽt: dicẽs: *Vigilate, quia nescitis quã hora dominus venturus sit.* In summa verborũ duo inuũtur. Primò præcipit operis exercitationem, ibi: *Vigilate.* Secundò subiungit vigilantĩ ratione, ibi: *quia nescitis quã hora dominus venturus sit.* De primo dicit: *Vigilate,*

Nota,

Nota, multiplices homines solent vigilare. Primò vigilat pauperes in labore vt ditẽtur. Secũdò castrẽses, ne opprimantur. Tertio nauatã, ne submergantur. Quarto cubicularij regum ne molestantur. Quintò pastores gregum, ne perdãtur. Sextò thesaurarij, ne thesauri furentur. Septimò vigilãt serui aduentũ domini præsolãtes, ne verberẽtur. Primò vigilãt pauperes in labore, vt ditẽtur: & sic nos pauperes sumus. Psa. 78. Pauperes facti sumus nimis, &c. Ideo oportet vt laboremus & ditemur hic in gratia, & ibi in gloria: propter quod scribitur Prouer. 20. Noli diligere somnũ, ne te egestas opprimat: propter quod vigilare debemus in bonis operib⁹, quibus repellamus egestatẽ spiritus. Pl. 87. Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Hi sunt labores spirituales, s. in ieiuniis, eleemosynis & orationibus. De quibus Apo. 2. Tim. 4. Tu verò vigila in omnibus & labora, i. sollicitum te exhibe in bonis operibus: quia scribitur Prou. 8. Qui vigilauerint, inuenient benedictionẽ: propter quod canit Ecclesia: Non sit nobis vanũ ante lucem surgere, promissit enim dominus corõnã vigilantibus. Secũdò vigilat castrẽses, ne opprimãtur, s. ab hostibus. Spiritualiter, sic & nos vigilare debemus. Habemus enim multos hostes. Psa. 55. Multi bellantes aduersum me, s. mundus, caro & diabolus. Primus hostis est diabolus, 1. Pet. 5. Vigilate fratres & sobrii estote, quia aduersarius vester diabolus quasi leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. Ideo opus est exhibere magnam cautelam, quia multi sunt. Chry. Sicut atomi in sole, sic dæmones sunt in tenebroso aere. Sũt etiã astuti, ait Ber. vt propter longã experientiã, & sunt inuisibiles. Ber. Spiritus à natura corporalibus sensibus videri nõ potest. Sũt etiã potentes. Iob. 41. Nõ est potestas super terram quæ comparetur ei. Ephe. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem sed aduersus principatus & potestates tenebrarũ harum. Idcirco meritò vigilandũ est. Greg. Assidue nõ impugnat, vt saltẽ nos tãdio vincat. Secũdus hostis est mũdus, 1. Ioã. 5. Totus mũdus in maligno positus est. Nam nos nõ impugnat principaliter, sed instrumentaliter: sicut rex expugnat per machinã castrum, & sic diabolus nos per mũdũ. Aug. Mũdus est diaboli machina, de qua tot sagittas emittit, quot blandimenta in nos mittit. Ioã. 16. In mũdo pressurã habebitis: Ideo 1. Ioan. 2. Nolite diligere mũdũ, quia secundũ Chry. semper mundana opera excluderũt hominẽ ab æterna vita. Tertius hostis est caro. Galat. 6. Caro concupiscit aduersus spiritum. Bern. Manifestum est

Pars Hyem.

d d

quòd nos laqueum gerimus nostrū, s. carnem. Nā antiquus hostis noster vtitur carne, tanquam faber vtitur follibus ad incendendum ignem luxuria. Ideo Apo. hortatur nos Ephe. 6. In omnibus s. tētationibus, sumētes scutū fidei, in quo positis omnia tela ignea nequissimi hostis extinguere. Scutum inquam fidei, s. credentes q̄ fornicatores & adulteri regnum Dei possidere non possunt. Sed heu pauci sunt qui huic hosti venaciter resistunt, vt conqueritur Aug. de vita Christiana, dicens: Inter omnia certamina duriora sunt castitatis prelia, vbi quotidiana pugna, & rara victoria. Ratio, quia hostis hic est nimis familiaris. Et quantum hostis familiarior, tantò periculosior: quia nil peius quàm familiaris inimicus, qualis est caro. Ideo Apost. 2. Corinth. 10. Arma militiæ nostræ sunt nō carnalia, sed spiritualia. Roma. 8. Qui in carne sunt. Deo placere nequeunt. Propter quod vigilare debemus cōtra hostes. De quo Bern. Vigilandum est omnino, & somnus ab oculis nostris auferendus, quia latrones & hostes multi obsidēt iter nostrū. Tertio vigilāt nautæ, ne submergantur in mari Spiritualiter, mare per quod nauigamus ad patriam nostram, est mundus iste. Ps. 103. Hoc mare magnū & spatiosum manibus. Nauicula verò est cor nostrū. In mari verò huius mundi sunt Sirenes, cātū suo nauigantes decipientes, s. deliciis diuitiarū. Ideo necesse est nos vigilare & surda aure perrāfire blādimenta huius mundi: videlicet diuitias, honores & potētias eius. Iacob. 4. Qui vult esse amicus mundi, inimicus Dei constituitur. Et sic qui dormiunt delectati in eis, pereunt, vt figuratum est Ionæ 1. cum Ionas descēdisset ad interiora nauis & dormiret, excitatus & proiectus est in mare, & cetus deglutiuit eū Spiritualiter, per Ionam dormientē in nauis & nauigatē possessor diuitiarū & bonorum huius mundi intelligitur, qui deberet surgere in prosperitate, dominū Deum suum in uocando per gratiarum actionē, & orando vt sic trāsiret per bona temporalia, ne amitteret aeterna, vt ea ad salutem expēderet. Sed heu dormit securē viuendo, imò eis abutendo, vt diues de quo Luc. 16. Tandē veniet hora in qua excitabitur, cum ei dicitur: Redde rationem villicationis tuæ. Tūc proicietur in mare, scilicet inferni: & deuorabitur à cetō, id est, diabolo, iuxta illud Iere. 51. Deuorauit me rex Babylonis. Quarto vigilāt cubicularij regū, ne molestentur vnā cum rege, vt habetur 3. Esdræ 3. quòd tres custodiētes corpus regis, dixerunt alter ad alterum, quòd signum fuit quòd vigilabāt cubicularij regis, quia cogitabant de sapientia. Spiritualiter sic

sic omnes sumus cubicularij regis aeterni, regem cōli in cor de nostro habentes. Apoc. 21. Et habitabit cum eis corū Deus. Propter quod necesse est vigilare in bonis operibus, & meditari de sapientia aeterna, ne rex noster perturbetur, & nos molestemur, ne dicatur nobis quod dixit David 1. Reg. 26. ad dormientes seruos Saūlis, quando tulit scyphū & hastam regis: Quomodo custodistis regem? Viuit dominus, quia filij mortis estis, quia non custodistis regem vestrum. Ita etiā dico de illis quòd filij mortis sunt, qui percepto domino per sacram Eucharistiā, eā non custodiunt vt debent. Debēt ergo vigilare qui frequēter sacramētum recipiunt, vt sacerdotes & alij, ne turpius agāt euicētes receptū, quàm si non recepissent: scientes q̄ dominus cōceptus est in Nazareth, & natus de pura virgine, ad signadū q̄ in florido corde recipi debet & pura mente. Ideo Apost. 1. Cor. 16. dicit: Vigilate & stare in fide, viriliter agite & confortamini in domino, & omnia vestra in charitate fiāt. Nā per charitatē custoditur. 1. Ioā. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Quia tō vigilāt pastores gregu, ne perdātur. Luc. 2. Pastores erant in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum, scilicet ne grex perderetur, alias pastorem oportet rationem dare, & dabit animam suam pro anima illius. Ideo vigilandum est cum summa diligentia. De quo Prouc. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. Non enim excusatur pastor, si lupus rapit oem, & pastor ignorat. Bernard. Qui dimittit oues absque custodia, non est pastor ouium, sed luporū. Propter quod diligens custodia est adhibenda, quia dicit Apost. 1. Timot. 5. Presbyteri qui bene præsunt, duplici honore digni habeātur scilicet hic & in futuro: quod & fecit beatus Nicolaus. Sexto vigilāt thesaurarij, ne thesauri furentur, signanter quādo habent debile seruaculum: & sic nos, 2. Corin. 4. Habemus thesaurum in vasis fictilibus. Et sic nos pretiosum thesaurū, s. animam, habemus in corpore luteo. Iob 4. Qui habitant domos luteas qui terrenum habent fundamentū. Videamus igitur ne fur, id est, diabolus veniat & suffodiat, & pretiosum thesaurū animæ furetur. Propter quod scribitur Luc. 12. Si sciret pater familias qua hora fur veniret, vigilaret vtrique, & non sineret perfodi domum suam, ne perderet thesaurum: sic & nos. Bern. Quid ego infelix facerē quòd me verterem, si sanguinem Christi in cruce collegissem, & si positū in vase quādam seruaueret custodirem: sic seruandum est illud

pro quo mercator nō inspiciens sanguinem suum dedit & animam. 1. Cor. 6. Empti estis pretio magno: quod autē sit illud, scribitur 1. Petr. 1. Non auro vel argento corruptibilis empi estis, sed sanguine incontaminati agni. Propter hunc igitur thesaurū pretiosum vigilate. Septimō vigilant serui aduētū domini præstolātes ne verberentur. Sic nos sumus serui expectantes aduentum domini nostri Iesu Christi. Luc. 12. Vos similes hominibus expectantibus dominū suū quādo reuertetur à nuptiis. Spiritualiter, nuptiæ sunt æterna gaudia, quæ in cælo habentur de vnione diuinitatis ad humanam naturam. De his nuptiis venturus est dominus dupliciter, s. generaliter & specialiter. Generaliter, in die iudicij. Act. 1. Sic veniet quemadmodū vidistis eū euntē in cælū. Specialiter, in die mortis vniuscuiusque hominis. Exod. 19. Veniā ad te in caligine nubis, i. mortis, in qua obscurabuntur oculi, & rigescunt membra. Job 10. Reversus mirabiliter me crucias: nam cum venerit, pulsat per ægritudines & molestias dolorū, ut sciamus mortem vicinam, & quod vigilare debemus sollicitē in bonis operibus. Prou. 8. Beatus homo qui vigilat ad fores meas quotidie. Greg. Ille vigilat, qui ad aspectum veri luminis oculos interiores apertos habet. Secundo subiungit in secundo membro vigilantia rationem, quia nescitis diem neque horam, quando dominus venturus est s. ad mortem. Eccle. 9. Nescit homo suam suā. Aug. de cura agēda pro mortuis: Si nescis qua hora veniet mors, vigila semper ut paratū te inueniat: quia scribitur Luc. 12. Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenit vigilantes: amē dico vobis, præcinget, id est, præparabit se ad retributionem, & faciet illos discumbere, hoc est, in æterna beatitudine quiescere, & transiens ministrabit illis. Simon de Cas. Non passibus pedum aut locorū, sed claritate speculationis diuinitatis, & singulis dabit præmiū sicut meruerunt. Rrou. 8. Qui manē vigilauerit ad me, s. per assiduationem operationis bonæ, inueniet me, s. in retributione gloriæ. Et talis fuit B. Nicolaus, ut meritō legatur de eo illud Eccl. 39. Iustus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Deum qui fecit illum. Quomodo autē, patet in eius legenda.

¶ De conceptione Virginis Mariae.

## ENARRATIO II.

**S**ignum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. Apoc. 12. ¶ Signum est magnæ dignitatis alicuius ciuitatis, cui alia ciuitates sunt sub tributo: & ipsa sola privilegiata

uilegiata est; & sit libera & nihil tributi soluat. Spiritualiter, sic omnis creatura purē humana fuit peccato subdita, & per consequens diabolū tributaria, excepta beata Virgine, quæ privilegio æterni regis dotata est, ut esset libera à censu peccati & tributo culpæ. Ideo Ansel. de conceptū Virginis dicit: Si omnes sancti & sanctæ interrogarentur, vtrū hinc peccato essent, puto q̄ responderent illud. Ioan. . Si dixerimus q̄ peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nō est, dēpta beata Virgine. Quod figuratur Gene. 41. Tempore egestatis caritatis tota terra Aegypti fuit tributaria Pharaoni, excepta sacerdotali terra, quæ fuit libera ex legis privilegio. Spiritualiter, tempus quo fuit tanta carissima gratia, per excessum primorum parentum, omnis creatura humana fuit tributaria peccato, dempta sacerdotali terra, i. Maria, de qua Ps. 74. Benedixisti domine terram tuam, s. per gratiam privilegij, & decuit eam esse liberā. De quo Aug. in lib. de natura & gratia: Cum de peccato agitur, de Maria nullā prorsus vōlo habere mentionem, quia meruit illum cōcipere, quæ nullū constat habuisse peccatum. De quō habetur figura Gene. 7. Dum venit diluuiū, aqua operuit omnes montes altiorū quā decem cubitis, præterquā paradysum. Spiritualiter per aquas diluuii intelligitur peccatum. Psal. 68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, i. peccatum operuit omnes montes, i. omnes sanctos præterquā paradysum, i. beatam Virginem. De quo Ecclesi. 40. Sicut paradysus in benedictionibus, sic Maria in privilegiis. De quo Bernard. Maria proprium peccatum non habuit, & ab aliis longe innocens fuit. Et hoc vidit Ioannes, & mirabatur dicens: Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta, & c. In verbis præmissis beata Virgo commendatur à tribus. Primo, à status dignitate. Secundo, à sanctitatis claritate. Tercio à defectus emunitate. Primum patet in principio, ibi: Signum magnum apparuit in cælo. Secundum ibi: mulier amicta sole. Tertium ibi: luna sub pedibus eius. De primo dicit: Signum magnum apparuit in cælo. i. Maria. Nota, Maria comparatur cælo triplici de causa. Primo ratione in habitationis, secundo ratione euagationis, tertio, ratione clarificationis. Primo ratione in habitationis, quia cælum est Dei habitaculum. Isa. 66. Cælū mihi sedes est. Non quod Deus esset ibi solū, sicut quidā non alibi, quia dicit Magister in 1. dist. 36. c. 1. Deus est vbi que essentialiter, præsentialiter, & potentialiter. Nā ipse est in cælo laudabilis, in creaturis mirabilis, in angelis desiderabilis.

Matt. 18. Angeli eorum semper videt faciem patris. In hominibus bonis amabilis, in malis intolerabilis, in se incomprehensibilis. In Maria per carnis susceptionem factus est visibilis. Græc. Quem cæli & terra capere non poterant: tuo gremio contulisti. Eccle. 27. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Secundò ratione eleuationis, quia sicut cæli eleuatum est à terra, sic Maria ultra omnes creaturas. Ideo dicitur Eccl. 24. Ego in altissimis habito. Ans. O domina, nihil tibi quale: omne quod est, aut infra te, aut supra te est. Supra te solus Deus, infra te omne illud quod Deus non est. Nā ipsa fuit alta in tribus. Primò in puritate, nam nullus pulvis peccati eam maculauit. Cant. 4. tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Vbi dicit Ansel. Ea puritate nitebat, qua maior sub Deo intelligi nequit. Rationem ponit S. Tho. part. 1. q. 3. art. 26. De quanto magis aliquid appropinquat primo principio, de tanto magis participat effectu eius. Exemplificat Dion. in cælesti hierarchia: Angeli qui sunt Deo propinquiores, magis participant bonis diuinis quàm homines. Christus autem est principium gratiæ secundum diuinitatē autoritatiuē, secundum humanitatē ministerialiter. Ioan. 1. Gratiæ & veritatis per Iesum Christum facta est. Sed maria est magis propinquissima Iesu Christo, eò quod ipse de ipsa humanitatē accepit, ideo alta est Maria in puritate. Secundò alta est Maria in gratiæ, & veritate. Eccl. 24. In me gratia omnis vitæ & veritatis: ac si diceret: Omnis gratia omnibus hominibus in præsentia & in futuro necessaria misericorditer est mihi collata. Hier. Crateris per partes, Mariæ verò se totā infudit gratiæ plenitudo. Tertio est alta in virtuositate. Prou. vlti. Multæ filia congregauerunt diuitias, rui supergressa es vniuersas. Bar. Ipsa excelsit fidem patriarcharum, spem prophetarū, charitatem apostolorum, constantiā martyrum, sobrietatem & misericordiam cōfessorum, castitatē virginum, fecunditatē coniugarum. Hier. Nullo genere virtutū vacauit, cui angelus plenitudinē gratiæ promittit. Ruth. 3. Scit omnis populus te esse mulierem virtutis. Tertio Maria dicitur cælum ratione clarificationis, quia cælum empyreum est lucidū, & sic Maria. Hugo: Splendor gratiæ in anima splendebat, & in corpore eius miracula faciebat. Nam dicit Hila. super Matt. Ioseph cognouit sacramentum incarnationis per diuini luminis radium, qui in canitebat, eò quod verum Deum & hominē in vtero habebat. Hoc cognoscens Dionysius videns eam dixit: Si diuinis literis eruditus non essem, & fidem non haberem, aliud lumen

hōn

non credere propter eius splendorem. Idcirco his de causis Maria vocatur cælum. Ideo bene dicitur: *Signum magnum apparuit in cælum*. i. beata Virgo. Dixi, secundò commendatur beata Virgo à sanctitatis claritate, ibi: *mulier amicta sole*. Ber. Quoties sacra scriptura talia verba nobis proponit, in quibus exterior notatio non potuit esse vera, hic spiritus sanctus nobis innuat, vt mysticū sensum inquiramus. Et sic intelligitur de proprietatibus solis quæ plures sunt. Primò gaudiū generat, secundò securitatē parit, tertio viam ostēdit, quartò in oculis vibrat, quintò mediū tenet, sextò claritatē omnibus communit, septimò varias operationes causat. Dixi tertio commendatur B. Virgo à defectus emunitate, ibi: *luna sub pedibus eius*. Per lunam intelligitur defectus, & sic per lunæ suppeditionem, omniū defectuum designamus conculcationem. Et sunt septem. Primū peccati forditas. Rom. 3. Omnes peccauerunt & egēt gratia Dei, intellige secundū communē cursum. Eph. 2. Eramus omnes natura filij iræ. Et Eccl. 42. Vx vobis qui dereliquistis legē domini altissimi. Si nati fueritis, in maledictione nascemini: si mortui fueritis, in maledictione moriemini. P. sal. 5. Ecce in iniquitatibus cōceptus sum. Et Prover. 20. Quis potest dicere, mundū est cor meū? q. d. nullus secundū communē cursum. De quo Aug. de cons. d. 4. firmissimè: Firmissimè tene & nullatenus dubites, omnem hominem cōcubitu viri & mulieris genitū, conceptū fuisse in peccato: hoc verū est secundum cōmunem cursum naturæ, nō autem secundū privilegiū. Ipsa verò Virgo beata speciali priuilegio fuit præseruata. Quod cōsiderans Salomon in spiritu dixit, Can. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te. Nā si vnquā fuisset in peccato originali cōcepta, non posset pro eodē tēpore dici immaculata. Pro quo sciendū quod beata Virgo meritò fuit præseruata ab originali peccato. Nā Deus potuit matrē suam à peccato originali præseruare. Similiter & decuit ratione matris & filij. Dixi, primò Deus potuit matrē à peccato originali præseruare, quia princeps statuens legem autoritate sua, eadem autoritate potest legem eandē reuocare, quia lex ista habet vim ex eius institutione. Item potest eandem legem ad tēpus suspendere. Item potest eadem autoritate cum aliquibus dispensare, vel potest alicui priuilegium dare. omnia ista patent in legibus diuini, vt institutis & authenticis & in alijs libris legalibus. Et de hoc etiā sunt exempla in sacra scriptura. De primo, circumcisio fuit data à domino Deo rege supremo sub anathematis præcepto, Gen. 17.

Masculus cuius præputij caro circūcīsa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo. Sed hæc lex in nouo testamento totaliter est reuocata. De quo Apost. Gala. 6. In Christo Iesu neque circūcisio aliquid valet, neque præputiū, sed noua creatura. Et ca. 5. Dico vobis quoniam si circūcidamini, Christus vobis nihil proderit. Et post dicit: Vos in libertatem vocati estis, s. à corporali circūcīfione. De secundo, s. de dispensatione ad tempus habetur etiam de circūcīfione, quia ad tempus fuit suspensa in deserto. Et hoc propter laborē itineris. Exo. 4. De tertio, s. de dispensatione legis, Exo. 11. Nam non spoliare pauperem fuit lex à domino data, imò nec proximum quemcunque, vt Leui. 19. & tamen præceptū fuit filiis Israel spoliare Aegyptios, Exo. 11. Et sic dominus legis potest circa legem dispensare, sicut & fecit beatæ Virgini, quæ fuit singulariter priuilegiata, sic quòd sine originali peccato est concepta. De quo 3. Sentent. dist. 7. Deus potuit conseruare semen decisum ab ista morbida infectione, manente substantia eius sicut conseruauit tres pueros in camino ignis, Daniel. 3. Alio modo: Deus potuit illud semen mundasse. Tertio dicit, Deus potuit in eodem instati corpus perfectum organizatione immediate sua virtute mundare ab illa contracta qualitate ante infusionem, & post hoc animam creando corpori infundere, & gratiam sanctificantem in ipsa creare. Secundò decuit beatam virginē præseruari ab originali peccato. De quo Ansel. in de concept. virgi. Decuit vt ista virgo ea puritate niteret, qua sub Deo maior intelligi nequit. Sed si nõ fuisset præseruata, tunc fuisset maior puritas angelica. Tertio decuit, nam si non fuisset præseruata, tunc maior fuisset puritas primorum parentū, videlicet Adæ & Euz tempore innocentie, qui fuerūt in originali iustitia. Modò non decuit maius priuilegium cõferre Adæ & Euz quàm Dei matri Mariæ. Quarto decuit eam præseruari. Nam dicit Aug. Non decuit quòd corpus Mariæ fuisset incineratum & corruptum. Sed maior est corruptio animæ quàm corporis, ergo Christus multò minus permisit q̄ anima virginis subiiceretur peccato originali, si non voluit permittere corruptionem corporis eius. Quintò decuit ipsam præseruari. Nam sicut mater domini super omnes choros angelorum erat exaltanda, ita decuit, vt angelicis priuilegiis esset honoranda. Modò omnes angeli erant in innocētia creati sine originali peccato, & non est verisimile quòd aliqua creatura quæ fuit in ira Dei, fieret omnibus angelis prælata. Igitur Ber. dicit: Nequaquam super omnes

omnes choros angelorum ascendisset, si eos in puritate non transcendisset. Sextò decuit eam præseruari, quia non est deus aliquē filiū suam matrē odio habere, cum sit præceptum Exo. 20. Honora patrem & matrē: modò si fuisset in peccato originali concepta, tunc eius filius ita odio eam habuisset, vt sententiam condēnationis contra eam contulisset, quod non est verisimile. Septimò decuit eā præseruari. Nam quicquid honoris & laudis possumus, debemus Dei genitrici attribuerē. De quo Hiero. Quicquid ei dignè impēsū fuerit, totum ad laudem Dei pertinet. Oppositum verò tenentes, arguunt sic Psal. 13. & 51. Omnes declinauerunt vsque ad vnum. Item Psal. 115. Omnis homo mēdax, & allegant Apost. Rom. 3. Omnes peccauerunt & egent gratia Dei. Scotus dicit, ista soluedo: hoc verum est de communi modo loquendi, non autē singulari priuilegio. Secundò arguunt: Si fuisset præseruata à peccato originali, tunc fuisset Christo eius filio pacificata. Responde quòd non, quia adhuc est triplex differentia inter matrem & filium. Primò quantū ad mysterium incarnationis & generationis, quia non fuit cõcepta à Spiritu sancto virgo Maria nec sine corruptione matris genita sicut Christus. Secundò fuit differentia, quantum ad mysteriū præseruationis: quia Christus non indiguit præseruari, ipsa verò habuit indigentiam præseruandi. Tertio fuit differentia quantum ad mysterium glorificationis, quia anima Christi fuit ab instati conceptionis beata, habens fruitionem deitatis: non sic anima beatæ Virginis. Ideo Aug. de natura & gratia dicit: Cum de peccatis agitur, nullam prorsus de ea volo fieri mentionem. Et Orig. Sicut mater Domini fuit intacta, ita immaculata & incorrupta. Si originalem maculā contraxisset per quancunque horam, immaculata non fuisset. Ideo Ber. dicit: Decuit reginam virginū sine omni macula vitam ducere, quæ genuit illum quem nullū constat peccatum habere. Tertio arguunt sic: Si mater domini fuisset præseruata, & non contraxisset originale peccatū, tunc non indiguisset redēptione. Responder. Ansel. lib. 2. Cur Deus homo, c. 10. Indiguit redēptione & Christi passione, non propter peccatū quòd in fuit, sed propter peccatū quòd in fuisse, nisi ipsemet ex speciali priuilegio ipsam præseruasset. Vnde quantū fuit ex parte humane nature, & quantū fuit ex parte sui ipsius, ipsa cõtraxisset originale, nisi fuisset à Deo præseruata specialiter. Et ideo indiguit ista satisfactione. non pro peccato quòd in fuit: sed pro delicto quòd actu in fuisse, quantum fuit ex parte sua. Vel di-

citur sic quod indiguit illa redemptione non propter peccatum quod contraxit, sed propter ianua celestis apertionem. Vnde quantum multi sancti patres etiam hic in vita fuerunt mundati ab omni peccato tam actuali quam originali, & taliter quod nulla amplius poena ipsis decedentibus debebatur: nihilominus celestis paradisum introire non poterunt propter diuinum decretum, qui propter primorum parentum peccatum decreuit, quod nullus per propagationem genitus, limbum enaderet, & celestis paradisum intraret, nisi per passionem Christi filij Dei incarnati. Quarto arguunt sic, allegantes Damascenitentem quod sanctus spiritus venit in ipsam purgans. Respondetur quod aliquid dicitur purgari dupliciter. Vno modo, quod aliquid immundum auferatur. Alio modo, quod aliqua perfectio superadditur, per quam non solum mundum ostenditur, sed etiam ab omni immunditia peccati praeseruetur. Primo modo non intelligitur Damascenitum, sed secundo modo, & sic oportet intelligi commune dictum tam sanctorum quam magistrorum, quo dicitur quod ipsa sanctificata fuit in utero, hoc est, quod Deus infundens animam eius corpori, prius virtute spiritus sancti ab omni foeditatis contractione mundato vel purgato, in eodem instanti infudit ei gratiam sanctificantem aut gratiam gratificantem: non quod purgaret eam ab aliqua culpa quae praefuit, sed ultra illam mundationem, seu praeseruationem gratiae datam, quae istam unionem praueinit, eam gratiosorem & perfectiorem reddidit. Haec ergo dicitur prima sanctificatio. Haec eadem gratia in conceptione filij sui fuit augmentata, & dicitur secunda sanctificatio. Haec eadem gratia in assumptione fuit consummata, quia tunc facta fuit eius glorificatio. Ideo correlatiue sequitur quod sanctificare proprie loquendo non est idem quod mundare vel purgare: sed potius sanctum facere, vel sanctitatem alicuius conseruare. Et hoc prauidens Salomon in spiritu dicit Sapien. 7. Nil coinquinatum in ea.

## ENARRATIO II.

**P**ulchra es & decora filia Hierusalem. Cap. 6. Originaliter, & legitur in praesenti festiuitate in matutino officio. Rex volens sibi construere palatium habitationis, licet respicit ad hoc ut omnia habitacula sint decorata, signatertamen habet respectum ad habitaculum suum, quod per se inhabitare velit, ut est aula regia, quod haec aula sit decora. Spiritualiter, sic rex gloriae, rex regum & dominus dominantium, Dei filius, inhabitare decreuit cum hominibus, ut promissit per prophetam Zaca. 2. Ego veniu & habitabo in medio vestri. Et ut scribit Ioan. Apoc. 21. Habitabit

abit cum eis eorum Deus. Licet omnia habitacula, i. electorum corda debet esse munda, ut docet Isa. 1. Lauamini & mundi estote. Ratio, quia non habitabit in corpore subdito peccatis. Sap. 1. Signatert aula regia, i. beata virgo Maria debuit esse munda. quod figuratur 3. Reg. 10. Salomon fecit sibi thronum de ebore grandem, & vestiuit eum auro purissimo, & habuit sex gradus. Summitas eius erat rotunda, & duae manus erant tenentes hinc inde, & duo leones erant iuxta manus, & duodecim lunculi. Sic spiritualiter, per Salomonem intelligitur Christus, Mat. 12. Ecce plus quam Salomon hic, qui parauit sibi thronum, i. matrem benedictam gloriosam virginem Mariam de ebore castitatis, & de auro charitatis. Cant. 2. Ordinauit in me charitatem. Sex gradus ascendebatur, hoc est, sex ordines sanctorum transgreditur, s. angelorum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, & virginum. Summitas throni erat rotunda, i. tota perfecta & clara. De quo Aug. Quid ignorare potuit, in qua plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitauit? Duo leones sunt duo testamenta, scilicet vetus & nouum. Et duodecim lunculi sunt duodecim articuli fidei. Et subditur: Non erat opus tale in vniuersis regnis, id est, ipsa excedit omnes sanctos in sanctitate & dignitate. De quo Chrysostomus. Nihil in gloria omnium praecedentium memorabilium, & Hieronimus. Quid nobilius, quid ab aeterno sanctus matre domini? quid splendidius quam illa quam splendor elegit, & candor lucis aeternae ab aeterno praedestinauit? Ideo de ea dicitur Psal. 88. Thronus eius sicut sol in conspectu meo, propter quod prauidens eam Salomon Cant. 6. dicit: Pulchra es & decora filia Hierusalem. In summa verborum duo inuenerunt. Primum proponitur beatae Mariae virginis puritas & decor, secundo subiungit eius dignitatem & honorem. Primum ibi: pulchra es & decora: secundum ibi: filia Hierusalem. De primo dicit: pulchra es & decora. Glo. pulchra facie, & decora mente. Pulchra facie fuit, ut dicit Ambrosius. Nullus enim eam aspiceret potuit, quin eam non amaret: nullus eam amauit, quin eam inordinate concupisceret. Idcirco comparatur cedro. Eccl. 24. quasi cedrus exaltata sum in libano, quod interpretatur candidatio: nam cedrus suo odore serpentes interficit: sic Mariae candida virginitas & cordis eius puritas interficit omnes carnis concupiscentias & omnes inordinatos animi motus. Nam facies eius ita radiabat, quod dicit Dionysius, Si diuinis literis eruditus non essem, & fidem non haberem, aliud lumem non crederem propter eius splendor. Et sic erat pulchra facie. Secundo fuit decora mente: nam intus nitentem puritate,

puritate. Triplex enim fuit eius puritas, scilicet perfecta continua, & impetmixta. Primo eius puritas fuit perfecta: quia transcendit puritatem humanam & angelicam, & appropinquat ad puritatem diuinam. Primò dico, eius puritas transcendit omnem puritatem. De quo Prou. vlt. Multae filiae regum congregauerunt diuitias, scilicet puritatis: quas tu sola supergressa es vniuersa. Et loquitur Ansel. de conceptu virginali: Nil tibi o dña equale, nil eò parabile: omne quod est, aut supra te, aut infra te est: supra te solus Deus: infra te omne illud quod Deus non est. Ita etiã transcendit puritatem angelicam. De quo Ber. Sic eius fuit mens puritas, vt se ei non audeat comparare angelica dignitas. Et si angelos transcendit, pensa quantae perfectionis eius puritas fuit, ita vt ad puritatem diuinam appropinquarit, vt etiam puritatem diuinam nouem mensibus in utero baiularit, & candorem aeternae lucis huic mundo apportarit. De quo Grego. Huic mundo lumen aeternum effudit Iesum Christum dominum nostrum. Et sic eius puritas fuit perfecta. Secundò fuit eius puritas continua, quia non interpolata, quia à deo firmata. Vnde Eccl. 24. Et sic in Sion firmata sum, hoc est, in potentia liberi arbitrii. Vnde liberum arbitrium potest considerari quadrupliciter. Primò prout se habet indifferenter ad peccandum vel non peccandum, & sic liberum arbitrium fuit in statu innocentiae in primis parentibus, quia Adam potuit non peccare. De quo Eccl. 15. Deus creauit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Secundò consideratur liberum arbitrium cum dispositione ad peccandum, & hoc est in regeneratis per baptismum, quia fomes peccati manet, & eis non aufertur. De quo Prou. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? quasi diceret, nullus de quo Richardus super Mat. dicit: Liberum arbitrium ante prauaricationem omnia liberè habuit, nihil contradictionis inuenit, quandiu suo superiori sponte se subiecit: sed post prauaricationem est rebellio in cogitationibus & affectibus, in locutionibus & operationibus, vt iam impleatur illud Gen. 8. Sensus & cogitatio hominis ab adolescentia prona sunt ad malum. Tertio consideratur liberum arbitrium cum necessitate ad peccandum. Hoc modo est in non regeneratis per baptismum, in quibus fomes non solum est dispositio; sed quasi necessitas ad peccandum. Quarto consideratur liberum arbitrium cum dispositione ad non peccandum, id est, nullo modo peccandum, & sic se habet liberum arbitrium in angelis & beatis, quia liberum arbitrium eorum est in bono confirmatum. Et sic fuit in beata Virgine: quia

quia fomes totaliter fuit ablati, & nullam inclinationem habuit ad malum, nec difficultatem ad bonum, quod nulli sanctorum legitur concessum. De quo Aug. Si omnes sancti & sanctae interrogarentur, vtrum sine peccato essent, dicerent illud 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, dempta gloriosa Virgine Maria. De qua Ber. Propriū delictū Maria non habuit, & ab alieno longe innocens fuit. Nam gratia dei ita rutilabat in eius mente, vt resplenderet in corporis facie, quod Hilari. dicit: Ioseph cognouit sacramentū per diuini luminis radium, &c. Tertio impetmixta fuit eius puritas, quia non habuit admixtionem originalis peccati, nec actualis, nec venialis, nec mortalis. Non originalis, quia fuit ex speciali priuilegio conseruata. De quo Ansel. de conceptu virginali: Decuit vt ista virgo ea puritate niteret, qua sub deo maior intelligi nequit. Nec habuit admixtionem peccati mortalis, quia fuit à puritate filij & clementia spiritus sancti impregnata. Nec venialis, quia fuit à potentia patris obubrata. Ideo potuit dicere illud Eccl. 24. Quasi balsamum non mixtū odor meus, propter quod dicit Ber. Decuit virginem sine omni peccato vitā ducere, quia genuit illum quem nullum constat habere peccatū. Et talis praeseruatō decuit eam, vt probatur multis persuasionibus & rationibus in secundo membro praecedentis sermonis. Dixi, secundò innuit eius honorē & dignitatē, cum dicit: *filia Hierusalem*. Dicit Ansel. Multoties euenit in scriptura, vt vnum verbum significet plura, verbi gratia, vt Leo & Hierusalē. Leo ali quando significat diabolū. 1. Petri. 5. Aduersarius vester diabolus quasi leo rugiens circuit. Aliquādo leo significat Christum. Apoc. 5. Ecce vicit leo de tribu Iuda. Sic Hierusalem capitur aliquando pro ciuitate terrestri, quae fuit ciuitas sanguinaria & occisionis. Mat. 23. Hierusalē Hierusalē quae occidis prophetas. Aliquando capitur pro regno caelesti. De quo Gal. 4. Illa quae sursum est Hierusalē, libera est, quae est mater nostra. Aliquando capitur pro Eccl. militanti, vt, in Psal. 146. Aedificans Hierusalē dominus, i. Eccl. militantiē praedicatione & signis. Aliquādo pro beata Virgine, vt in praesenti themate, *pulchra es & decora filia Hierusalē*. Et merito beata Virgo significatur per Hierusalē, & hoc quing; de causis. Primò ratione dilectionis, secundò ratione pulchritudinis & repletionis, tertio ratione situationis, quarto ratione glorificationis, quinto ratione refugij & oblationis. Primò Maria vocatur Hierusalē ratione dilectionis. Fuit enim Hierusalem ciuitas dilecta à domino



domino. Psal. 86. Diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Et sic beata Virgo diligebatur à deo super omnes mulieres: & figuratur per Hester 2. Adamauit eam rex Assuerus super omnes mulieres, propter quod potest dici de ea illud Sapient. 8. Dominus omnium dilexit eam. Reuera dilexit, nam secundum Greg. Probatio dilectionis est exhibitio operis. Et sic Deus multa praerogatiua ostendit ei prae aliis sanctis. Primò ab aeterno eam praefigurauit. Prou. 8. Dominus possedit me ab initio viarum suarum, à principio antequam quicquã faceret, ab aeterno ordinata sum. ipsa est rubus Moisi, Exod. 3. qui ardebat & non comburebatur. Ipsa est vellus Gedeonis, Iudic. 6. quod maduit, & tellus arida mansit. Ipsa est templum Salomonis. Ipsa est porta Ezechielis. Ezechiel. 44. quae fuit clausa, & nullus transiit per eam nisi rex. Ideo Ber. Ipsa est à patriarchis praefigurata, à prophetis praeannuntiata, à deo praedeterminata. Et secundum Damasc. Ipsa dei genitrix virgo ab aeterno est praesens in trinitatis consilio. Secundò ipsa est ab angelo reuerenter saluata, Luc. 1. Aue gratia plena. O inaudita saluatio! nulli sanctorum legitur hoc concessum, quia nullus sine vae, dempta illa sola. Tertiò ipsa est spiritu sancto obumbrata. Bern. Quis enim intellectus capere possit, qualiter splendor ille inaccessibilis virgineis se infudit visceribus, nisi forsitan illa quae experiri meruit? Luc. 1. Et virtus altissimi obumbrabit tibi, quasi diceret: In altissima virtute spiritus sancti operationem in suo secretissimo consilio occultabit. Quarto apparuit signum dilectionis, vt diuino conceptu fecundata, Deum & hominẽ parturiret. Nam si de beata Elizabeth legitur, quae humano more concepit & peperit hominem, quòd amici congratulabantur, eò quòd dominus magnificauit misericordiã suam cum illa: quid de beata Virgine, quae non tantum hominẽ, sed Deum & hominẽ protulit nobis ad salutem, propter quòd Elizabeth eã benedixit, Luc. 1. Benedixta tu in mulieribus. Quintum priuilegium est, quòd in conceptu non fuit grauata vt aliae mulieres. Ratio Aug. quia portauit illum à quo portabatur. Ideo Ber. inquit. Sola illa graue diuinẽ nõ sensit, quae sola sine libidinosa voluptate concepit. Vnde ab initio fuit quòd ceteras mulieres miseria grauedinis ex conceptu affligit. Ipsa verò cum gaudio montana ascendit. Sextum priuilegium amoris est, quòd in partu dolore non est aggrauata, licet omnibus mulieribus in persona Euae dictum est, Gen. 3. Multiplicabo arumnas tuas, in dolore paries filios tuos. De ea autẽ scribitur Isa. vlt. Quis vnquam

audiuit

audiuit tele? & quis vidit huic simile, scilicet quòd virgo pareret sine laesione pudoris? Nec mirum, secundum Ber. quia nouam prolem nouo modo edidit: canit enim Ecclesia: Sicut sidus radium, parit virgo filium pari forma. Neque sidus radio, neque virgo filio sit corrupta. Septimum priuilegiũ, quia in partu & post partum inuiolata permansit. de quo Aug. O benedicta virgo Maria, filius tuus fecunditate tibi tribuit, & virginitalis gloriam non abstulit, quòd nulli alteri collatum est. De quo Ber. Multae virginitalatem possident, sed nulla habet gaudium matris cum virginitalis pudore. Secundò, Maria dicta est Hierusalem, ratione opulentiã & repletionis, quia scribitur Isa. 33. Videt oculi tui Hierusalem ciuitate opulentã. Et sic Maria est diues in virtutibus. De quibus scribit Gre. Vera diuitia non sunt opes, sed virtutes: his abundat. Prouer. vlt. Multae filiae regũ congregauerunt diuitias, scilicet virtutum, quas tu supergressa es vniuersas. Ber. Ipsa excessit fide patriarcharum, spem prophetarũ, charitate apostolorũ, constantiam martyrum, sobrietatem & misericordiam confessorum, castitatem virginum, fecunditatem coniugatorum. Ideo Hier. Nullo genere virtutum vacauit, cui angelus plenitudinem gratiae promissit. Ecce opulentiã in virtutibus. Tertiò Maria vocatur Hierusalem ratione situationis, quia Hierusalem sui situata in alto. De quo scribitur Iere. 30. Edificabitur ciuitas in excelso, & sic Maria in altissimis gratiis, meritis & praemiis. Vnde Eccle. 24. Ego in altissimis habito. Primò in altissimis gratiis, quia secundũ Hier. Ceteris sanctis gratia per partes praestatur, Mariae se tota infudit plenitudo gratiae: propter quòd inquit Bern. Si quid gratiae, si quid salutis, ex ea nouerimus redundare. Secundò in altissimis meritis: nam vita actiua valde est meritoria, quae consistit in operibus misericordiae, vt dicit Grego. super Ezech. vt esurientem cibare, exulem hospitare, &c. Ipsa est quae pauit dei filium virgineis visceribus, ipsa est quae hospitauit creatorem caeli & terrae in vtero virginali nouem mensibus. O quam altum meritum. Nam scribitur Matt. 10. Qui prophetam suscipit in nomine prophetae, mercedẽ prophetae accipiet. Quid illa meruit, quae dominum Deũ & hominẽ suscepit? Propter quod canit ecclesia. Quae gloria in caelis ista virgo colitur, quae domino caeli praebuit hospitium sui sanctissimi corporis? Tertiò in altissimi praemiis, de quo canit ecclesia: Quae splendida polo stella maris rutilat, quae omnium lumen astrorum & hominum atque spirituum genuit? Quarto Maria dicitur Hierusalem n.

rufalem ratione glorificationis. Nam super omnes alias ciuitates in Iudæa Hierufalem fuit honorata, & scribitur in Pfa. 86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei: similiter Tobia 13. Benedictus Deus qui exaltauit Hierufalem. Sic matrem eius super omnem creaturam exaltauit & glorificauit in assumptione. De quo Bern. O benedicta omnis gratiæ, quis altitudinē gloriæ tuæ poterit inuestigare; q. d. nullus. Idem **Quantam gratiam adepta est præ cæteris in terris, tantam excellentiorem gloriam obtinet in cælis. Nam sicut dicit Ilac. 44. & Apost. 1. Corinth. 2. Oculis non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Quinto Maria dicta est Hierufalem ratione refugij & oblationis. Nam omnes homines habebant refugium ad Hierufalem, de quo Pfa. 121. Illuc enim ascenderunt tribus domini, s. Gentium & Iudæorum. Et sic nos omnes ad Mariam, de quo canit Ecclesia: Omnis homo omni hora hanc adora, ac implora eius Patrocinia. Nam ipsa inuitat omnes. Eccle. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me. Ratio quia dicit Anselmus: Omnis ad te auerfus, necesse est vt intereat, ad te vero conuersus impossibile est vt pereat, quia secundum Bern. Maria sinum pieratis omnibus aperit, & pro singulis necessitatibus subuenit. Item ratione oblationis. De quo Deut. 16. Ad locum quem elegerit dominus, offeret vnusque quod habet. Et sic per Mariam Dei matrem electam omnia debemus Deo offerre, vt docet Bernard. Quicquid Deo vis offerre, per os Mariæ commendes.**

De sancto Thoma Apostolo. ENARRATIO I.

**D**ominus meus, & Deus meus, scribitur Ioan. 20. ¶ In summa Euangelij duo inuenerunt. Primo, dubitatio Thomæ permissiua, ibi: *Thomas non erat cum eis.* Secundo, apparitio Christi teratiua, ibi, *post dies octo iterum erant discipuli congregati.* De primo dicit: *In illo tempore, scilicet in die paschæ, Thomas non erat cum eis quando venit Iesus:* quia singulariter abiit in locum speciale. Nota singularitas est duplex, s. bona & mala. Bona, quando aliquis separatur ab iis qui malè viuunt. hoc est laudandum, & docetur in c. 45. dist. Recedite, immundum nolite tangere, quia qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Eccl. 13. Sic qui conuersatur cum malis & immundis hominibus, de quo Pfa. 17. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Ideo Prou. 1. Si relaxauerint peccatores, ne acquiescas eis. Poëta: De consorte malo fit mēs tua sapius ægra. Hoc considerates Dei sancti, vt Antonius & alij, reliquerunt conuersationem mundi, & in-

trauerunt eremum & edificauerunt monasteria: sicut adhuc non decet claustrales intrare mundum, vt haberetur in cano. 16. q. 1. Si cupis esse monachus, quid facis in urbibus? Sed eis, est consulentum, sicut angelus consuluit Loth, Gen. 18. dicens: Surge, ne pereas in ciuitate sceleris huius, s. mundi. Nam totus mundus in maligno positus est, Ioan. 5. Idcirco signatè malorum consortia sunt declinanda, iuxta illud Nume. 16. Recedite à tabernaculis impiorum: nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum, & illa singularitas est bona; Isid. in syno. Melius est habere malorum odium quam consortium. Talis fuit Ps. dicens Ps. 25. O diu Ecclesiam malignantium & cum impiis non sedebo. Alia est singularitas mala, cum homo non seruat consuetudinem bonorum cum quibus habitat. Vnde in cano. 41. di. Quisquis excedit metas consuetudinibus bonorum inter quos uiuit, superstitiosus est vel hypocrita; quia dicit August. in cano. 1. dist. In his rebus de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi dei & consuetudo pro lege est seruanda. Et sicut præuaricatorum legum diuinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum sunt coercendi. Similiter singularitas intelligentiæ scripturæ mala est, vt haberetur in cano. 24. q. 3. Quicumque scripturam sacram aliter intelligit quam spiritus sanctus flagitat, licet ab Ecclesia non recedat, tamen hæreticus appellari potest. Ideo hortatur nos Apostolus Hæbr. 13. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci, eò quod dicit Innocentius papa, in cano. di. 11. Quis nesciat: Ab omnibus debet obseruari, quod sancta Romana obseruat Ecclesia, quia secundum S. Thom. in 2. 2. q. 9. Maximè authoritatem habet Ecclesia quæ ab omnibus est imitanda, quia qui Ecclesiam non audierit, sit sicut Ethnicus & publicanus. Cui alludit Greg. dicens: Peccatum paganitatis incurrit, qui Ecclesiæ sanctæ per inobedientiam contradicit: propter quod scribitur in ca. 24. q. 1. ca. rogamus: Aliud quam Romana iubet Ecclesia, nec sentire nec permittit dicere. Ideo collaudat Pfa. unitatem, dicens Pfa. 132: Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Pro qua quidem unitate rogauit Christus, Ioan. 17. Rogo pater, vt vnus sint sicut ego & tu vnus sumus. Erat hac unitate separauit se Thomas, non credens resurrectionem, cum cum alijs discipuli dixerunt: Vidimus dominum, respondit: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. August. illa dubitatio permissa est propter nos, quia deus est

adeo bonus quòd nullum malum permittit quin bonum ex eo elicere velit. Nam licet dubitatio in se fuit mala, tamen bonum venit ex ea, quia nostra fidei firmitas. De quo Grego. in homil. hod. Plus valet nobis Thom. incredulitas, quam Mariæ Magdalenaë repentina fidelitas: quia dum ille palpando ad fidem reducitur, nostra mens omni dubitatione postposita, in fide solidatur. Nam sicut dispensatiue voluit matrem suam dispensare, vt sponsus esset testis virginitatis: sic discipulum dubitare permisit, vt esset testis veræ resurrectionis. Dixi, secundo subiungitur apparitio Christi reiteratiua, cum dicitur: *Post octo dies iterum erant discipuli congregati, & Thomas cum eis: venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio eorum, & dixit: Pax vobis.* Nota. ex quo est in aduentu, & nos secundum repræsentationem Ecclesiæ expectamus aduentum gratiæ, qualis debet fieri dispositio illorum, quibus Christus apparebit per gratiam. Respondetur, dispositio debet fieri secundum modum & formam in euangelio expressam. Primò fuit sermò & in fine dicit, & significat mortis memoriam. Et figuratur Gen. 28. Apparuit dominus Iacobi dum sol occidisset. Spiritualiter, occasus solis est memoria mortis, Nam post occasum solis duo communitate accidunt tempore æstiuo, scilicet quòd calor euanescit, & sic calor peccati. Ecc. 7. Memorare nouissima, & in æternum non peccabis. Vnde Aug. Nihil sic reuocat à peccato, sicut frequens mortis meditatio. Et post occasum cessante calore, cadit ros; id est, gratia bene operandi & fructificandi in bonis operibus. De quo Greg. in Moral. Valde se sollicitatis bono opere, qui frequenter cogitat de extremo fine. ergo ubi est desertio mali & operatio boni, ibi adest gratia dei. Aug. Sola gratia homines perducuntur ad bonum. Ideo dicit Greg. Dei gratiæ deputo, quod bonum ago & malum refuto. Secundo fores erant clausæ, & significat sensum retrænationem, scilicet oculorum, aurium & omnium sensuum exteriorum. De quo Isa. 26. Popule meus, intra in cubicula tua, & claudes ostia tua super te, id est, tuorum sensuum. Ratio, Iere. 9. Mors intrat per fenestras: id est, sensualitates. De quo Greg. in Moral. Mors per sensus intrat, ideo non licet intueri, quod non licet concupisci. Nam si Eua pomum vetitum non inperisset, non concupiisset. Dicit enim Philof. Nihil est in intellectu, quia prius fuerit in sensu. Claudantur igitur oculis qui conqueritur Iere. Thre. 3. dicens: Oculus meus deperditus est animam meam. Aug. Impudicus oculus, impudicus cordis est nuntius. Claudatur os, quia scribitur Prou. 13. Qui custodit

dit os suum, custodit animam suam. Mat. 12. Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis: Dic igitur cum Psal. 140. Pone domine custodiam ori meo. & Psal. 38. posui ori meo custodiam. Nam Amb. in lib. de Offi. dicit: Difficilius est nosse tacere quàm loqui, propter quod Agathon per tres annos portauit lapidem in ore, vt disceret tacere, animaduertens quod dicit poeta:

Nulli tacuisse nocet, nocet tamen sæpe esse locutum.  
Item nota, nò solùm fores exteriores debet esse clausæ, sed & interiores: vt sunt, sensus cõmunis, memoria, imaginatio, phantasia & estimatio, qui dicuntur sensus interiores, quos omnes Aug. cõprehendit sub imaginatione. Nã cor est ostiũ, & illud debet fore clausum: quia scribitur Matth. 15. De corde exeunt malæ cogitationes: imo nò solùm malæ cogitationes, sed & consensus prauorum operum. Ideo Prou. 4. Omni custodia serua cor tuum. Nam cõsensu habet se vt porta ferrea, vt figuratur Act. 12. Pertrāscentes primam & secundam custodiam, peruenerunt ad portam ferream, quæ vltro aperta est eis. Nã prima porta si aperiretur, non multum noceret, scilicet cogitatio. Ber. Nulla est damnatio, si cõcupiscis absq; cõsensu. Sed secunda porta, vide licet cõsensu, si aperta est in malo, multum nocet, quia factum dñi Aug. peccatur ex consensu, etiã si opus vel factum nullum sequatur. Idcirco fuerunt ostia clausa propter metum Iudæorum, & sic cõsensu cordis nostri debet esse clausus. Tertius ostiarius istius clausuræ debet esse timor domini: ille enim nihil mali permittit intrare. Pro. 15. In timore domini declinat omnis à malo. Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum. De quo Ber. in veritate comperi nil ita efficax ad gratiam dei promerendam, conseruandam, nutriendam, sicut non alta sapere, sed timere. Quarto, discipuli erant intus congregati, per discipulos intelliguntur potentia animæ, scilicet memoria, intellectus & voluntas hominis, quæ non debent esse vagabundæ, sed dicendo illud Isa. 18. Quiescam in loco meo. Ratio, secundu Richard. quia quãto quis cordi suo viciniore, tantò deo propinquior. Et sic debent esse congregati in fide, spe, & charitate. Primò in fide Ecclesiæ, quia scribitur in cano. 24. q. 1. loquimur: Extra vnitatem Romanæ Ecclesiæ Spiritus sanctus non datur. Secundo in spe gratiæ. Rom. 5. Spes non confundit: & Rom. 5. Deus spei repleat vos omni gaudio. Tertiò in charitate Christi. Corinth. 16. Omnia vestra in charitate fiãt, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum.

stum. Rom. 5. Et ubi est charitas, ibi est spiritus sancti gratia. Ioan. 15. Si quis diligit me, ad eum venimus, & manionem apud eum faciemus. Et hæc est congregatio de qua loquitur Saluator Matt. 18. Vbi duo vel tres in nomine meo congregati sunt, in medio eorum sum. Et talibus ita congregatis, nuntiatur pacem mentis: dicens: *Pax vobis*. Nam secundum Augustinum. Pax mentis est à volutate dei non diuidi: & in his quæ solius dei sunt, delectari. Et hæc gratia datur his discipulis, id est, potentiis animæ. Quinto ad operationem mentis requiritur exercitatio corporis, & tangitur in textu cum dicitur: *Infero guttur tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam*, id est, extendere ad operationem. Greg. Vacuæ charitati non creditur, sed quæ operibus approbatur: quia charitas nõ est otiosa sed operatur magna, si est. Et hæc operatio causetur ex præsentia gratiæ. De quo Augu. in lib. de correctione & gratia. Gratia est quicquid bene agimus. De quo Apostolus. Corinth. 13. dicit: Abundantius omnibus laboravi, non ego, sed gratia dei mecum. Et hæc est fidei vera ostensio, scilicet, operari bonæ gratiæ & in fide vera. De quo subditur: *Noli esse in vedulus, sed fidei*, id est, noli habere fidem informem, sed formatam, id est, charitate habituatam, & bonis operibus decoratam. Grego. Quid prodest quod fide deo iungimur, moribus verò distingimur? Iacob. 2. Fides sine operibus mortua est. Greg. Ille verè credit, qui exercet operando quæ credit, & sic fides vera, est fundamentum apparitionis gratiæ. Nota, iustificati sumus per fidem in gratia qua stamus, quia scribitur in ca. 24. quæst. 1. Vbi non est fides sana, non potest esse iustitia. Ideo subditur: *quia vidisti me Thoma, credidisti; beati qui non viderunt, & crediderunt*. Sed diceres: Meruit etiam beatus Thomas in hoc quod credidit, quod quod dicit Grego. in Homil. Fides non habet meritum, ubi ratio humana præbet experimentum. Respondet idem Grego. in Homilia: Thomas aliud vidit, aliud credidit: vidit hominem & credidit deum, quæ videre non poterat, & in hoc meruit, quia utræque naturam confessus est: unam quam vidit, scilicet humanam, reliquam credidit, scilicet diuinam, dicens: *Dominus meus*, secundum humanitatem: & *deus meus*, secundum diuinitatem. Sed diceret: Tamen scribitur Lucas. 10. Beati qui non viderunt & crediderunt. Respondetur quod visio est duplex, corporalis & spiritalis. Vbi Lucas loquitur de visione spiritali, hic verò Ioannes de visione corporali.

De natiuitate domini nostri Iesu Christi.

## ENARRATIO.

**E**vangeli. 20 vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia hodie natus est Saluator. Lucæ 2. ¶ In summa Euangelij tria innuuntur. Primò temporalis natiuitatis congruitas. Secundò nati infantis tractabilitas: Tertiò angeli annuntiantis claritas. Primum ibi: *Ex utero editum*: secundum, *impleti sunt dies*: tertium ibi: *profectus erat in eadem regione*. Dixi primò innuitur temporalis natiuitatis congruitas. De quo dicit: *In illo tempore*. scilicet anno quadragesimo secundo Octauiani, qui cognominatus est Augustus, quia valde auxit imperium. Roma. à quo omnes imperatores dicuntur Augusti, & mensis qui dicebatur Sextilis ab eo dicitur Augustus, quia tunc rediit de victoria contra Antonium & Cleopatram, quæ totum orbem Romano imperio subiugauit: ideo dicit: *Exiit editum à Casa è Augusto, vt describeretur vniversus orbis*. Dicit Simeon de Cassia: illa descriptio à superbia processit Cæsaris. Scire studuit quorū homines suo imperio subdidit. & tamen non legimus eum temerè poraliter punire, sicut David 2. Reg. 24. qui simile facere in regno suo præsumpsit: ideo optione sibi data elegit tres dies pestilentiæ, & obierunt septuaginta milia hominum. Hic autem sic non fuit punitus, quia Gentilis & indignus præsentis correctione: David verò erat fidelis, ideo correctus est. Dicit namque Augu. Aliqui indigni sunt præsentis correctione, ideo erunt in æterna damnatione, vt dicit Grego. Continuus successus temporalium est æternæ damnationis indicium, vt exemplificat de Assuero, qui erat in continua prosperitate, Hæc verò in tribulatione cum populo. Item iste etiã ideo non fuit punitus, quia diuina providentia permisit in præfatiū, quod vnus rex omnibus imperaturus erat. De quo Zac. 14. In illa die erit dominus vnus, scilicet dominator hominum & Angelorum. Et erit nomen eius vnum, scilicet Christus Iesus, qui dixit Matt. vlti. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Ideo Teop. Dignum erat vt vnus dominus toti orbi imperaret quia vnus Deus adorandus erat, scilicet Christus. Et merito tempore vnus dominationis nascitur, ad significandū quod spiritaliter nascitur in his qui credunt in vnum Deum Iesum Christum & non in aliis, vt habetur in cano. 1. q. 1. Cum Paulus. Vbi Christus non est fundamentum, nullum boni operis superædificatur ædificiū. Consimile habetur 14. quæst. 1. Alienus: Non habet Deum patrem, qui non tenet Ecclesiæ unitatem. Item congruè nascitur tempore descriptionis, quia dicit

Greg. in Homil. Quia ille veniebat in carne, qui electos suos ascriberet in æternitate. Cuius contrarium de reprobis per Psal. dicitur: Deleantur de libro viuētium, & cum iustis non scribantur. Et bene congruit: peccatores enim & homines mundani cū sueuerunt hic amplificare nomina sua in terris, eōntra pauperes & humiles occultare. Ideo dignū est vt iustorū nomina in cælis scribantur, peccatorū verò statim post mortem deleantur. iuxta illud Sap. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. In cuius approbationem etiam nomen diuitis epulonis subicitur: nomen verò pauperis recitatur. Luc. 16. Ad certitudinem ergo illius quod suos in æternitate ascribere veller, ideo sub mundi descriptione deus natus est. Et bene illis qui sic ascribuntur: quoniam beati sunt, Luc. 10. Gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in cælis. Corollarie sequitur, q̄ perrinaciter in peccatis mortalibus existētibz hodie spiritualiter non nascitur dominus, iuxta illud Prou. 15. Longe est ab impiis dominus, in cuius figuram etiam vt dicit Hiero. in nocte natiuitatis Christi omnes peccantes seu laborantes vitio Sodomitico, extincti sunt: ne in natura quam assumpsit deus, tanta de cætero immunditia inueniretur. Secundo quod in nocte natus est, iuxta illud Sap. 18. Dum medium silentiū teneret omnia, & nox in suo cursu medium iter teneret, omnipotens sermo tuus domine exiliens de cælo à regalibus sedibus venit. Ratio, ad significandum quod ipse esset lux vera, quæ illuminat omnē hominem venientē in hunc mundum. Ioan. 1. Tunc impletū est illud Isa. 9. Populus Gentium qui ambulabat in tenebris, vidi lucem magnā: etiam ad designandū, quod ipse esset qui educaturus esset de limbo sedētes in tenebris & in vmbra mortis, iuxta illud quod Christus per se dixit: Ego sum lux mūdi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Vnde in infidelibus spiritualiter non nascitur dominus. Ratio, quia lumen fidei nō habent. Vnde Ioan. 1. Qui non credit, iam iudicatus est. Et sequitur. Hoc autē est iudicium, id est, causa iudicij, quia lux venit in mundū, & dilexerunt homines magis tenebras quā lucem. Tertio, q̄ tempore frigiditatis natus est ita q̄ præ frigiditate vagiret. Vnde canit Ecclesia: Vagit infans inter arcta positus præsepia. & c. imò præ frigiditate & membrorū tēnitate lachrimas plorando emisit. Iuxta illud Sap. 7. Ego natus accepi cōmune mærem, & primam vocem similem omnibus emisit plorans, ad significandum, quod ipse nouerat frigiditas hominum mentes cale-

facere

facere: iuxta illud Luc. 12. Ignem veni mittere in terram: & quid volo nisi vt ardeat? Et cōgruē, nam ignis charitatis quā si planē extinctus erat: iuxta illud Psal. 13. & 54. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, nō est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, s. Christi hodie natum. Vnde in iniudis & iracundis hodie spiritualiter non nascitur dominus: quia in maleuolam animā non iustroibit spiritus sapientiæ, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sap. 1. Quarto natus est tēpore accrescente, ad significandū quod venit crescere quantū ad suā potentiam manifestationē coram Deo & hominibus, i. ad gloriā Dei & vtilitatem hominum: iuxta illud Luc. 2. Iesus proficiebat sapientia & ætate, & gratia apud Deū & homines. Similiter ad significandū, ad quencūq; veniret, illi apportaret omnia bona secum: iuxta illud Sap. 7. Venerūt mihi omnia bona pariter cum illa, & loquitur hic de sapientia increata quæ est filius Dei. Et congruē. Nam ante ipsius aduentū valde pauperes fuimus, nihil boni habentes: iuxta illud Tob. 4. Fili, recordare quia pauperē vitam gerimus. In cuius etiam figurā dicit Orōsius. Fons aquæ in hquore olei versus est, & erūpens vsque in Tiberim fluxit, & tota illa die largissimē emanauit: prophetauerat enim Sibylla quod nisi erumperet fons olei, nō nasceretur Saluator. Vnde sequitur, q̄ in misericordibus hodie non nascitur dominus. Cuius ratio colligitur Eccl. 13. vbi dicitur: Omnis caro ad similitē sibi coniungitur: sic quia puer misericordissimus natus est, vt patet, igitur, &c. Quinto natus est in tempore pacis, iuxta illud Psal. 71. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, quod & factū est, Vnde & Innocētiū tertius scribit, quia ante natiuitatē Christi Romæ pax cōtinua fuit 12. annis: & ideo Romani templū Pacis pulchrū construxerunt, & ibi statuam Romuli posuerūt. Consulentes autem Apollinē quantum duraret, acceperunt responsum, quousque virgo pareret. Hæc audientes, dixerunt: In æternum manebit. Impossibile enim credebant virginē parere posse. Vnde in foribus templi scripserunt hunc titulum: Templū Pacis in æternum. Sed in ipsa nocte qua virgo peperit, templum funditus corruit: & ibi hodie est Ecclesia sanctæ Mariæ rotūda. In hoc figuratur quod ipse esset faciens pacem inter Deum & hominem peccatorem, iuxta illud Ephes. 2. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Et sequitur: Interficiens inimicitias in semetipso. Corollarie sequitur, quod iracundis, discordantibus, & inimicitias inter se habentibus, hodie spiritualiter

non nascitur dominus, iuxta illud Eccl. 28. Homo homini seruat iram, & à Deo quærit Medelâ? In hominē sibi similit non habet misericordiam. Et sequitur: Quis exorabit pro delictis illius? q. d. nemo. Sexto natus est in Bethlehē. Vnde dicit hic Lucas in euangelio, *Factum est autem cum Maria esset in Bethlehē, impleti sunt dies eius vt pareret. & peperit filium suum primogenitum, ad significandum secundū Hier. quod ipse esset qui venit reficere suos hęc & in futuro, secundū Greg. in Homil. hod. Bethlehē domus panis interpretatur, & ipse est qui de se ait: Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Ioan. 6. Locus ergo in quo dominus nascitur, ante locus panis vocatus est: quia futurū erat vt ille per materiā carnis appareret, qui electorū mentes interna satietate reficeret. hęc Greg. Correlariē sequitur, superbis & imundis hunc panē spernentibus, hodie spiritaliter non nascitur Christus, iuxta illud Iaco. 4. Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam. Ideo hortatur nos Aug. Erubescat superbiere humana infirmitas, cum ita se depressit diuina maiestas. Ideo volentes hodie Christū spiritaliter in cordibus corū nasci, debent habere sex virtutes. Primò penitentiam & veram contritionem, quia aliās in libro vite non scriberentur. Secundò sincerā fidem, quia aliās condemnabuntur. Tertiò veram dilectionē, quia aliās Christo non vniuntur. Quartò misericordiā & benignitatē, quia aliās Christo non assimilaretur. Quintò concordia & pacem, quia aliās Christo non obsequerentur. Sextò munditiā & aequitatem & humilitatem, quia aliās Christo non consociaretur. Dixi, secundò subiungitur nati infantis tractabilitas, vbi dicitur, *factum est cum esset ibi scilicet in Bethlehē, impleti sunt dies. Simon de Cassia: Dies neque custodibus cogniti, neque virgini, sed deo soli, vt pareret filium suum. De quo partu dicit Simon de Cassia: De tali tantāque benedicta natiuitate loqui, excedit facultatem humani ingenij, similiter & eloquij: sed virtute diuina creditur esse quod agitur. Ideo potius taciturnitate opus esset quā disertione verborum. Ibi intellectus humanus obruitur, & angelicus superatur. Attamen dicit Adueniente hora partus, tunc Christus mirabiliter capit exultare in vtero materno, iuxta illud Psal. 78. Exultauit vt gigas ad currendum viam. Et per hoc mater similiter maxime fuit impleta desiderio & gaudio. Et non mirum. Si enim Elizabeth impleta desiderio erat & gaudio, cum in vtero Ioannes exultauit, vt habetur, Luc. 1. quanto magis mater Saluatoris gaudebat: Simon de Cassia dicit: In illa hora par-**

tus virgo Maria fuit nube clara recta, nec ab vllō visa, in summa & iucundissima contemplatione rapta, nullo dolore prægaurata, vt impleretur illud Isa. vlti. Antequā parturiret, peperit, nullis sociata complicitibus, nec obstetricum officiis, vt errantes estimant. Et sic peperit filium suum primogenitum, non post quem aliū, nec antequam nullū. Vnde canit Ecclesia de hac natiuitate benedicta & virgine intacta ac incorrupta: Sicut sidus radium, parit virgo filii pari forma. Neque sidus radio, neque mater filio sit corrupta. Et sic puer natus nudus in terra iacens, vocē cum lachrymis emisit iuxta illud Sap. 7. Primam vocem similit omnibus emisit plorans. Ad quā vocem ipsa mater à raptu rediens, velocissimē cū reuerentissima humilitate se ad natum puerū inclinauit. Et in primo eius intuitu tria cognouit & cōsiderauit. Primū erat miseria assumpta & mors futura. Et hoc concepit ex fetu nudi iacentis & gementis. Secundum quod cognouit, erat diuinitas eius vera, quam cognouit ex suo ortu & egressu iucundissimo: quia sine dolore, cum gaudio maximo & virginali integritate. Tertium quod cognouit, fuit trinitatis placatio & peccatorum nostrorum recōciliatio, & curiæ cœlestis exultatio, & humani generis redemptio. Hoc cōsiderauit ex angelico ministerio & concentu. Et primo fuit dolorosa, ex secundo & tertio valde gaudio. Et hęc duo sacrificia iugiter offerebat, scilicet gaudium passionis, & amorem congratulationis. Bern. Et gaudium fuit tam amœnum, quod maiorem oblectationem ex intuitu illius pueri habebat, quā habuerunt primi parentes ex amœnitate paradisi, quia fructus huius virginis omnes fructus paradisi excessit: quia, dicit Alexander super Cantic. Mater Iesu fuit pluries admissa cōtemplari intuituē diuinitatem filij, vt impleretur illud Sapient. 8. Cōuersatio illius non habet amaritudinem. Dicit namque Bern. O quam saepe osculata est eum. O quantum gaussa & consolata est in eius aspectu: quia diuinitas eius irradiabat per carnem: qui aspexit eius humanitatem, & contemplata est eius diuinitatem: vt potuerit dicere illud Cantic. Comedi faguū cum melle meo, bibi vinū cum lacte meo, i. delectata sum in eius humanitate & diuinitate. Ideo sciēdum, quod Virgo Dei genitrix, Christo nato principaliter sex exhibuit literaliter, quæ & nos ipsi exhibere debemus ministerialiter, scđ quod ipsa est exemplū nostrū, vt dixit Ambr. lib. 2. de virginitate. Vita Mariæ est nostra viuendi forma: quia in ipsius vita omnia magisteria probitatis sunt expressa. Primū quod habuit in huius

filij tractabilitate, est quod mox Christum adoravit. Et merito, quia ex revelatione angeli sciuit eum altissimi filium, quod & perfecte credidit Luc. 1. Beata quæ credidisti. Sic & nos licet semper eum venerari debemus & adorare, maxime hodie, iuxta illud quod canit Ecclesia: Venite, adoremus, quia venit saluare nos. Nā bos & asinus hodie venerabatur eum, ut impleretur illud Isa. 1. Bos cognouit possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, quia anhelitu suo calefaciebant eum in præsepio. Heu quor sunt hodie rudiores boues & asino, qui nullum colorē dilectionis ostendunt in nato Dei filio: ut sancti fores, in hac nocte pro offertorio ludentes, volentes offerre Deo ex malè acquisito. De quibus. 15. q. 5. immolās: Immolatis ex iniquo, est maculata oblatio, quia dicitur Prou. 7. Honora dominum de tua substantia, quia scribitur, Eccl. 34. Donum iniquorum non probat altissimus. Et Malach. 3. Erunt domino offerentes sacrificia in iustitia, & placebit domino, quia dicit Hier. in can. 24. q. 1. Odi. Non sacrificiorum magnitudinē, sed offerentium merita causāque respicit Deus. Nam secūndum Gre. Quid prodest sua dare Deo, & seipsū diabolo: ut sunt iutores pro offertorio. Dicit namque Aug. Nihil bonum, est nisi ex te bono: & ideo præbe teipsum, & offer te primo Deo: deinde quæ tua, quia non Abel ex munere Deo placuit, sed munus ex Abel. Sed heu aliqui offerunt sua & non aliena, sed tamē eligunt pessima, de quibus Malachia 1. Maledictus qui habet in grege suo masculum, & immolat debile: habetur namque in c. 49. dist. ca. sacerdotes. in fi. Indignum est dare Deo quod dignatur homo. Nam tales non venerantur puerum natum cum boue & asino, sed magis irritant. Secundū quod adhibuit beata Virgo puero nato, est quod pannis eum involuit, ut dicit hic Euangelista & ipsa sola hoc fecit, & non alia persona. Vnde canit Eccle. Membra pannis involuta Virgo mater alligat, & pedes manusque crura stricta cingit fascia. Non Ioseph hoc fecit, quia dicit Chryf. Ioseph mirabatur & gaudebat, & attingere non audebat. Et isti panni, ut piè credendum est, erant ex velamentis virginis. Ecce quanta humilitas: quia dicit Simon de Cassia: Vilitate pannorum cæca est superbia primorum parentum, quam ex suggestionē receperant sathanica, & absterse sunt nostrorum peccatorum fecerunt. Ecce ab ea hora qua in mundo voluit apparere, corpit prius facere quàm docere, nobis in exemplum: si nascitur in nobis spiritualiter per bonam operationem, debemus eum involuere in panno, id est, in humiliatione: non in serico vel auro

reo panno, id est, in vana gloria, quia habetur Iudith. 9. Superbi non placuerunt tibi domine ab initio, sed humilium semper tibi placuit deprecatio. De quo Ber. Magna virtus, humilitas, cui facile inclinatur diuina maiestas. Isti panni debent esse mundi, i. gradus humilitatis impermixti. Eccl. 19. Est qui se nequit humiliat. 8. q. 1. in scripturis: Humilitas ficta est cum superbia mixta. Gre. Simulata equitas, duplex est iniquitas. Ideo oportet esse ancillam quæ lauet illos pannos, & est melior respectus in operibus aliorum. Gregorius 5. Moral. Magna quæ agimus, minima sunt, dum fortiora pensamus. Itē alia ancilla quæ exiccat, est sui cognitio: bonum enim est scire propriam infirmitatē, s. quicquid habes, aliunde habes, & imperfecte habes, & amittere potes. Mich. 6. Humiliatio tua in medio tui. In his vilibus pannis humilitatis Christus quiescit. Ber. Nō quiescit Deus nisi super quietū & humilē. Tertiō strauit, subdit, *reclinavit in præsepio*. Ber. Si rex, vbi thronus vbi aula regia, vbi familia: Aula stabulū, thronus præsepiū, familia bos & asinus, quia nō erat ei locus in diuersorio. Ber. Ad dexterā Dei patris sedet, in diuersorio loco eger. Sic tibi fac hodie stratum per accumulationem virtutum. Cant. Lectulus noster floridus in præsepio cordis nostri. Inferior lectus debet esse patientia, quæ scit omnia æquanimiter tollerare. Iaco. 5. Patientes estote confirmate corda, quia scribitur Luc. 21. in patientia vestra possidebitis animas vestras. Superior verò lectus debet esse amor Dei. De quo 1. Pet. 4. Ante omnia mutuā. charitatē in vobismetipsis habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum: Si igitur multum peccasti, multum dilige. Prouer. 10. Vniuersa delicta operit charitas, ut patet in Maria Magdalena, Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Ideo hortatur nos Hugo: Quantum potes, tantum dilige. Ratio. Gregorius. Super Cant. Charitas sancta eorum pacificat, mentem in tentationibus roborat, & animæ iustæ quietē tribuit: ergo qui charitatē seruat, Christū securissimē intra cordis sui præsepiū habet: nec eum perdere potest, quandiu in charitate manet. De quo. 1. Ioan. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Item lectulus eius super fornū. De quo canit Ecclesia: Fornus iacere pertulit, præsepe non abhorruit. Sic non debemus sternere fornū, id est, considerationem propriæ infirmitatis & humanæ fragilitatis. Vnde Isaia. 40. Omnis caro fornū, & omnis gloria eius quasi flos agri. Eccl. Psal. 89. Manē floreat & transeat, vesperē decidat, induret, & arce

arefeat. Hæc consideratio inducit mentis humilitatē, in quā  
 requiescit Deus per gratiā, vt habetur Isa. vi. Super quē re-  
 quiescet spiritus meus nisi super humilem? &c: tem aptari  
 debetur mollities lecti per bonæ conscientia securitatem. In  
 hac puer natus habet quietem. Seneca. Non est ea mentis la-  
 titia, nisi ex pura conscientia de quo Richar. de S. Vict. Con-  
 scientia bona est titulus religionis, ac ager benedictionis, ac  
 templum Salomonis, hortus deliciarū, amœnum reclinatori-  
 um, aula Dei, habitaculum spiritus sancti. Et subdit ibidem:  
 Nihil iucundius, nihil securius pura conscientia & bona. Nā  
 si premit corpus, fremit mūdus, terret diabolus, illa est secura.  
 Item munda linteamina debemus supponere infantulo, i.  
 mundas cogitationes & cordis meditationes. Sap. 5. Cogitatio  
 eorum apud altissimum, s. in meditatione & contemplatione.  
 dicit nanq; Bern. Meditatio maiestatis diuinæ requirit  
 cor purgatū & liberū à cogitatione vitiōrū, quia dicitur Sap.  
 1. Aufert se à cogitationib; quæ sunt sine intellectu. Ideo Isa.  
 3. Auferte malū cogitationum vestrarū ab oculis meis. Itē de-  
 bemus ei aptare cervical, i. promptitudinē bonæ voluntatis.  
 Anse. Volūtas bona est quæ Deo subiectē est, quādo vult illud  
 quod Deus vult habere & debere. In hac quiescit Deus per gra-  
 tiā. Lu. 2. In terra pax hominibus bonæ volūtatē. Dicit enim  
 Hugo de claustro animæ: Velle quod Deus vult, hoc est iā Deo  
 simile esse. Ideo Hic. Volūtas bona sufficit per omnia, si de-  
 sunt cætera. Item tecturam superponere debemus, id est, op-  
 erum morum & honestatē bonorum operū, quia dicit Amb.  
 86. dist. Non satis est bene velle, nisi assit benefacere. Nam se-  
 cundum Bern. in talibus requiescit spiritus Dei, qui sunt com-  
 positi ad mores, probati ad sanctimoniam, parati ad obedi-  
 entiam, mansueti ad patientiam subiecti ad disciplinam. Quar-  
 to virgo eum lactauit. Vnde canit Ecclesia: Sola virgo lacta-  
 uit vberē de cælo pleno. In quo datur argumentū matribus,  
 per se si saltem sufficiunt, pueros suos lactare exemplo B. vir-  
 ginis, quia dicit Bern. Lacta Maria saluatorem, Lacta tuum  
 creatorem, lacta panem cæli, lacta præteritum mundi, præbe  
 lambenti mammillā, qui percutienti se dedit maxillam. Ideo  
 Aug. Magni debitores sumus huius beatissimæ Virginis, ge-  
 nericis, multasque gratias ei post Deū agere, debemus, quæ  
 saluatorem mundi nobis concepit, virgo peperit, aluit, in gre-  
 mio fuit, fascia cinxit, præterea solertia curauit. Sic nos  
 Christum lactare debemus per opera misericordiæ. Matth. 23.  
 Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Nam sicut

pueri

pueri compefcuntur dum lactantur, sic Dei ira mitigatur pau-  
 perum miserando. de quo Prou. 21. Munus absconditum ex-  
 tinguunt iras, & etiam pro opera spiritualis misericordiæ. De  
 qua 1. Pet. 4. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum  
 illam administrantes, quia ipse sibi met in omnibus sufficiens,  
 & honorū nostrorū non indigens, bonitatē suam ingenitum  
 eūmuniter omnibus voluit condiuidere. Et congruē signifi-  
 catur per lactationem, quia sicut paruuli lac pro nutrimento  
 concupiscunt, sic incipientes à proficientibus & perfectis cō-  
 municationem honorū operum appetere debent, iuxta illud  
 1. Pet. 2. Quasi modò geniti infantes lac concupiscite. Huius-  
 modi enim nō cibus durus, sed lenis, vt bonum facere assue-  
 scant, est proponendus. Quinto, virgo eū cibauit iuxta illud  
 Cant. 2. Dilectus meus pascitur inter lilia, i. inter virginicas  
 manus. Vnde propter humanam naturā quam cum omnibus  
 defectibus assumpsit, solo dempto peccato, quod omnīū non  
 tetigit, cibatione sicut alter homo indiguit: quare virgo ip-  
 sum cibauit. Et cōgruē, vt sic satisfaceret pro cōsumptione  
 Adā in paradiso contra Dei prohibitionē manducauit. Sic &  
 nos ipsum hodie cibare debemus, totū hoc tempus quantum  
 nobis possibile est, in eius volūtatē perficiendo, ex eplō Christi  
 qui dixit Io. 2. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui  
 me misit, vt perficiā opera eius. Sexto, virgo natū puerum va-  
 gientem & stentē sæpe dulcissimē alloquēdo quietauit. Vnde  
 Bern. in persona Virginis ad puerum dicit: Fili dulcissime, noli  
 flere, si exterius frigeat tua infantia corporalis, in charitate  
 tamen calefcit sancta mens & anima. Vnde & tu fili mi, quia  
 angelus Gabriel promisit mihi te regnaturū in domo Iacob  
 in æternū, noli ergo flere. An fortē ploras miseriam humanæ  
 conditionis? an fortē tuam futurā mortē tuæ amarissimæ pas-  
 sionis? An fortē dolorē & planctū mihi annūcias meā à te per  
 mortem separationis & gladiū doloris, qui tunc animā meam  
 pertransibit? sustine modicum, quia nondum venit hora. Sic  
 & hodie facere debemus, hinc inde ipsum mouendo & volu-  
 tando, vt in mentibus nostris nobiscum maneat. Hoc autem  
 maximē fit per gratiarū actionem, ad quam nos maximē hor-  
 tatur consideratio suæ diuinitatis, secundum quam nos ex  
 nihilo creauit. Similiter consideratio suæ assumptæ humani-  
 tatis, in qua nos recreauit. Hoc enim meditando, ipsum hinc  
 inde volutamus. Et congruē sicut in tali motu fit attractio &  
 motio animæ, sic meditando humanitatem secundum quam  
 nasci potest cum attrahimus, meditando verò diuinitatē,  
 secun-



secundum quam nosci non potest, ipsum mouemus: & tamen utrobique infinita beneficia nobis exhibita inuenimus. Quare ad gratiarum actiones hortatur nos Ecclesia, canens: Grates nunc omnes reddamus domino Deo, qui sua natiuitate nos liberauit de diabolica potestate. Huic oportet ut canamus cum angelis, semper gloria in excelsis. Dixi, tertio subiungitur angeli annuntiantis claritas, dicendo: *Pastores eratis in regione eadem, non longe à Bethlehem vigilantes & custodientes vigiliis noctis super gregem suum, s. propter timorem prædonum, quia multitudo populi erat. Ecce angelus domini stetit iuxta illos, & subitò apparuit. Et fuit angelus qui annuntiauit Mariæ, & claritas Dei circumfulsit illos. Beda: Nusquam in tota veteris testamenti serie reperimus, angelos qui tam sedulo apparuerunt patribus, cum luce apparuisse. Sed hoc priuilegium rectè huic temporì seruatum est, quando exortum est in tenebris lumen rectis corde. Ecce pauperibus pastoribus apparuit. Primò, ad denotandum quòd venit vocare pauperes. Isa. 61. Ad annuntiandum mansuetis. misit me. Iac. 2. Nonne pauperes elegit Deus diuites in fide, cohæredes regni? Secundo, propter solitudinem timoris: quia erant vigilantes ad carnalem & temporalem consolationem. Isa. 28. Quem intelligere faciet auditum: tablas atas à lacte. Exod. 16. Manna in deserto datur. Maximus in sermone: Plus congruit veritati simplex iustificatio quam superbia domino. Ber. Quam multi nobiles secundum carnem, quam multi sapientes huius sæculi, hora ista in stratis melioribus quiescebant, & nemo illorum dignus est lucem nouam videre, angelos cantantes audire, nisi pastores vigilantes. Mat. II. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Nam magnus natus pastoribus demonstratus, *Timuerunt timore magno, s. propter subiectâ claritatem. At angelus: Nolite timere, annuntio vobis gaudium magnum.* Reuera magni. Primo modo præstat gaudium, cum aliquid diu affectatum est. Et sic hodie, Luc. 10. Multi reges & prophetae voluerunt videre quæ vos videris, & audire quæ vos auditis, i. Perr. 1. In quem angeli desiderant prospicere. Isa. 64. Utinam dirumperes caelos & descenderes. Psa. 143. Domine, inclina oculos tuos & descende. & Psa. 88. Vbi sunt misericordiae tuæ antiqua domine? hodie venit. Bern. Misit saccum plenum misericordia in passione scindendum. Secundo præstat gaudium honor consumsecutus. Unde legitur de Tit. Cum audiuit patrem suum Vespasianum in obsessione Hierusalem electum in imperatorem, incidit præ gaudio in insumitatem. Et sic nos gaud*

dere debemus Io. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. August. Deus factus est homo, ut homo fieret Deus. Factus est particeps nostræ mortalitatis, ut homo fieret particeps suæ diuinitatis. Ansel. in libr. Cur Deus homo: Magnus honor in creatione ad imaginem, maior honor in incarnatione ut ipse suscepit imaginem nostram, Ro. 8. Hæredes Dei, cohæredes Christi. Itè gaudet cæcus cum illuminabitur: sic & nos. Sopho. 1. Ambalauerunt ut cæci, quia domino peccauerunt. Pl. 37. Lumen oculorum meorum, & non est mecum. Sap. 2. Excæcauit illos malitia eorum, potuimus conqueri illud Tob. 5. Quale mihi gaudiu cum in tenebris sedco, &c. Hodie lux orta. Isa. 42. Dedi te in lucem Gentium, ut aperires oculos cæcorum, Prouer. 15. Lumen oculorum lætificat animam. Eccle. 11. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem. Tertio gaudet quis à magno periculo liberatus, sicut Iudæi, Hester 8. omnes vna die liberati. Et sic hodie. Similiter Exod. 15. Iudæi à periculo à Pharaone sunt liberati & gauisi dicentes: Cantemus domino. Psa. 106. Redemptionem misit dominus populo suo. Aug. de verbis domini: Non liberaretur homo, nisi Deus fieret homo. Isa. 5. Populus meus captiuus ductus est, infernus dilatauit animam suam. Quarto, si audit quod à magno domino dilectus, O sic hodie cognouimus dilectionem. Ber. Nesciui quomodo me diligeret Deus, nisi pro me mori eligeret. August. Si Deus peccatores non amaret, de cælis ad terram non descenderet. Grego. O inestimabilis dilectio charitatis. August. 51. Communicauit tuum malum, ut communicare suum bonum. Quinto magnum, quia intonauit in cælo ut angeli gauderent, ut dicit Euangelium, multitudo cælestis exercitus gaudenter intonauit. Bern. Magnum presentis festiuitatis gaudiu, quia prius replet cælum quam terram. Itè in limbo, Isa. 9. Habitatibus in tenebris lux orta est eis. Itè in præteritos, præsentis & posteros. Amb. Hæc est gloria natalis, ut in futurum transeat ad prædestinatos, & in perpetuum maneat ad deuotos, Subdit: *Quid erit omni populo, s. Iudæo & Gætili, peccatoribus & omnibus iustis. Gaudere debet peccator, quia inuitatur ad veniam. Psa. 95. Exultabunt omnia ligna syluarum, quoniam venit prærium, scilicet ad venditios i. Tim. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, &c. Gaudet iustus, quia appropinquat, ad coronam. Psa. 12. Exultate iusti in domino. Tunc subiungit exultationis causam, dicens: *Quia natus est vobis hodie Saluator, id est, salutis dator. Psa. 36. Salus iustorum à domino, qui est Christu domi**

ans. Damascenus tractans illud Matt. 16. Tu es Christus filius Dei viui, dicit: Hoc nomen Christus, significat unitatem personæ in duabus naturis, & dignitatem regalem & sacerdotalem, & gratiæ plenitudinem propter vñctionis prerogatiuam, cuius plenitudinis venit nos facere participes, Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia, gratiam nouæ legis perfectam pro gratia veteris legis imperfecta. Ideo Bernard. Nunquid timeam quia venit Saluator in domum meam? nunquid fugiam vt Adam? nunquid desperem, quia venit ille cuius legem præuaricatus sum, cuius beneficio ingratus sum, cuius patientia abusus sum? Nunquid maior poterit esse consolatio quàm in dulci Saluatoris vocabulo, *Quia natus est vobis hodie saluator?* Nam ipse per se dixit Luc. 11. Filius hominis nõ venit animas perdere, sed saluare. Ideo Zach. 9. Exulta satis filia Sion, ecce rex tuus venit tibi iustus, Saluator & pauper. Paupertatem subdit in textu, *hoc sit vobis signum: Inuenietis infantem, ecce mitis & benignitas, ad Titum 3.* Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri. *Pannis inuolutum & positum in præsepio.* Ecce pauper in vestimento. Bernard. Qui totum mundum variis vestit ornamento, sine decore vestium apparuit. Ecce pauper in hospitio, quia in stabulo ponitur qui continet mundum. Vide Bernard. Vide homo qualiter pro te factus si rex, vbi aula? vbi thronus, vbi curialis frequentia? id est familia. O homo quàm sollicitus es de regali ædificio, cum deus tuus iacet in præsepio? quid cogitas de superfluo vestimẽto, cum rex tuus, indutus est vili panniculo? Quid laboras de clientũ collegio, cum deus tuus iacet cum boue & asino? Quid anxius de domino, cum rex gloriæ Mariæ & Ioseph obediuit imperio? Ipse enim est rex qui arma secum apportauit nostræ redemptionis. Præsepe durum significat crucẽ, duo animalia significant duos latrones, fascia stricta significat vincula, quibus mater sua eum, scilicet synagoga, ligatura erat. Mariæ & Ioseph circa præsepium, significant Mariam cum Ioanne sub cruce: foetidum stabulum significat Caluarie locum. Vide o deuora anima ad quid natus est Deus. hoc desleuit Ambrosius. Vagit infans, &c. Iob 16. Nunc oppressit me dolor meus. Ideo Ecclesi. 36. Innoua signa, immuta mirabilia, signa offensa in natiuitate, immutata sunt in passione. Hic infans, ibi clamans: hic pannis inuolutus, ibi vestibus spoliatus: hic reclinat in præsepio, ibi affixus patibulo: hic ortus medietate nocte, ibi occisus in meridie: hic inuolutus in præsepio

sepio, ibi inuolutus & positus in sepulchro: hic æternus nascitur, ibi moritur. Hæc omnia pro te sustinuit. *Ideo facta est cum angelo multitudo militia cælestis ex-rcitus, laudantium Deum & dicentium: Gloria in excelsis Deo: nobis in exemplum.* Beda: Vt de acceptis beneficiis Deo grates referamus. Vnde canit Ecclesia, Grates nunc omnes, &c. Et cum gaudio laudare, quia *in terra pax hominibus, non dæmonibus, sed hominibus: neque obstinatis malis peccatoribus, sed bonæ voluntatis.* Isa. 52. Non est pax impiis, dicit dominus. Iob 9. Quis restitit ei, & pacem habuit? Psal. 11. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: conuerso: Pax multa diligentibus legem tuam. Psalmo. 118.

## De sancto Stephano. ENARRATIO I.

**C**um esset Stephanus plenus gratia, intendens in cælum, vidit gloriam Dei & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Actu. 7. ¶ In verbis præmissis B. Stephanus commendatur à duobus. Primò: à plenitudine gratiæ sanctitatis. Secundò, à certitudine æternæ claritatis. Primum patet in principio. Secundum ibi, *vidit gloriam Dei & Iesum stantem à dextris.* De primò dicit: *Cum esset Stephanus plenus gratia.* Nota, legitur quod Christus fuit plenus gratia similiter Maria & discipuli in die Pentecostes, & hodie de Sancto Stephano. Quæ igitur est differentia istius plenitudinis? Responderetur quòd quadruplex est plenitudo. Prima superfluentiæ, secunda excellentiæ, tertia abundantiæ, quarta sufficientiæ. Prima plenitudo gratiæ dicitur superfluentiæ, illa fuit in Christo secundum quod caput est Ecclesiæ, & exuperanter redundat in alios vt fons scaturiens. De quo Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritate, quasi vnigeniti à patre. Illa plenitudo gratiæ excludit potentiam peccandi, quia peccatum est defectus gratiæ. De quo dicitur Colo. 1. In Christo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, quia habuit omnimodè omnem perfectionem. Ioan. 3. Non ad mensuram datus est ei spiritus sanctus. Et sic nullo modo potuit peccare, quia peccatum est recessus à Deo: & per se fuit Deus, & sic ipse à seipso recedere non potuit, & sic nec peccare. Vnde 1. Pet. 2. Peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: Et talis plenitudo gratiæ, nec inuenitur in B. Stephano. Secunda est plenitudo excellentiæ, scilicet specialis prerogatiuæ gratiæ, quando aliqua creatura speciali dono & Dei gratia priuilegiatur, quòd sibi conferuntur omnes virtutes, quæ ipsum non solum custodiunt à peccato mortali, sed & veniali. Illa erat in Maria, cui angelus, Luc. 3. **Aue**

gratia plena. Vnde dicit Bernard. Cogitatis me, &c. Cæteris sanctis gratia per partes præstatur, Mariæ se simul totam in-fudit gratiæ plenitudo. Si diligenter inspicies, nihil splendoris virtutis & gloriæ, quod in ea non resplendat. Et ideo bene circumdabant eam flores rosarum & lilia conuallium, vt virtutibus virtutes fulciantur, & formositas decore castitatis augetur: eò quòd dicit Anselm. Ea puritate nitebat, qua maior sub Deo intelligi nequit. Tertia est plenitudo abundantæ. Illa fuit in Apostolis. Act. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui magnalia Dei variis linguis, ita vt mirarentur Iudæi. Illa gratia consistit in hoc, quòd quis nullum peccatum mortale committit, & magnum habet ardorem ad bona opera & virtuosâ, & ad omnia Deo placita, ita quòd etiam talis rarò peccat venialiter. Istam etiam habuit Beatus Stephanus, Actu. 6. Iudæi non potuerunt resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur in eo, ita quòd impleteret illud quòd dixit Iesus discipulis suis, Lucæ 21. Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri. Et Matth. 10. Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Quarta est plenitudo sufficientiæ, quam vnusquisque habet electorum, intantum quòd sibi ipsi sufficit ad salutem. Et sic Elisabeth repleta est spiritu sancto, & sic Zacharias, Lucæ 1. & sic Simeon. Luc. 2. Mensuram bonam, s. quo ad gratiam sufficientem: conferram. s. quo ad gratiam abundantem, & coagitatam, quo ad gratiâ super excellentem, & superfluentem, quo ad gratiam exuperantem & redundantem in omnes electos, quæ est in Christo Iesu. Tunc subdit: *Intendens in cœlum, vidit gloriam Dei* Nota, homo libenter ad quatuor respicit. Primò ad thesaurû, secundò ad amicû, tertio ad auxiliû, quartò ad palatium. Sic B. Stephanus respexit primò ad thesaurû, videlicet ad cœlû, iuxta illud Mat. 6. Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuum: modo ibi vidit thesaurum suum, id est, gloriam Dei. De quo Mat. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Dicit Fulgen. Vbi thesaurus, ibi cogitatis affectus. Ideo Phil. 3. Nostra conuersatio in cœlis est, quia ibi noster est thesaurus. Secundò homo libenter respicit ad amicû, & sic B. Stephanus vidit Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Ipse enim secundum Ber. est amicus dulcis, adiutor fortis, & consiliarius prudens. Ipse amicus est, de quo Ioan. 15. Iam non dicam vos seruos, sed amicos: quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Ipse est amicus dulcis qui oēs vult saluari. 1. Timot. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri. Ipse est

amicus

amicus constans: de quo Proverb. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Et sic Christus dilexit beatum Stephanû in vita, quia spiritus sanctus eum repleuit. Dilexit & in morte, quia stetit ad auxiliû. Dilexit post mortem, quia coronauit eum corona gloriæ, & constanter pugnavit, quia 2. Timoth. 3. Nemo coronabitur, nisi legitime certauerit. Sic & tu si vis fore dignus corona, quia dicit Augu. Disce pugnare nõ scuitia, sed patientia: non malitia, sed beneuolentia. Et sic B. Stephanus. Item Christus non solum est amicus dulcis, sed etiam adiutor fortis: quia paratus est omnes adiuuare, & notatur in hoc, quia vidit eum stantem tanquam pronum. De quo Augu. in Solilo. Domine, semper te paratum offers, si paratum me inueneris. Item ipse est consiliarius prudens, quia consuluit terrena despiciere & cœlestia amare, & notatur in hoc, quia vidit eum à dextris virtutis Dei. Tertiò homo libenter vidit ibi, vnde sibi prouenit auxiliû, quia à Deo. Ps. 120. Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terrâ. Et hoc auxiliû ipse vidit, quia Iesum stantem, s. sibi ad auxiliû. Et sic nos, 2. Paralip. 20. Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, vt oculos ad cœlum leuemus. Quartò homo libenter respicit ad palatium suum seu domum suam. Et sic Stephanus vidit in cœlum, & vidit cœlos apertos, vt domum suam & tabernaculum. Vnde Ps. 87. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: sicut peregrini à longè terram suam libenter inspicunt. Vnde Hierem. 31. Recordamini procul domini, & Hierusalem ascendet super cor vestrum. Nam miles securû se putat, cum propè sibi castrum apertum. Et sic cœlum est castrum & domus nostra. Vnde 2. Corinth. 1. Simus cum domus terrestrius huius habitationis dissoluetur, habemus domum non manufactam. Et hanc vidit B. Stephanus, cum vidit cœlos apertos, non sic intelligendo quòd cœli fuerunt diuisi, cum sint incorruptibiles: sed quia sic clarè vidit, ac si nullû esset obstaculû. Et notanter dicit quòd vidit Iesum stantem à dextris virtutis Dei. hoc exponit S. Thoma parte 3. quæst. 38. Secundum diuinitatem à dextris virtutis Dei, id est, in plenitudine diuinæ potestatis & gloria diuinitatis: secundum humanitatem verò in potioribus bonis. Sed diceres: qualis fuit visio B. Stephani, qua vidit Iesum? an fuit mentalis, aut imaginaria, aut corporalis, quò ad Christi humanitatem? Respondet de Lyra super Act. Apost. quòd fuit imaginaria visio & etiâ mentalis quò ad diuinitatē, sed etiâ corporalis quò ad Christi humanitatē. De hoc notanter, quò ad Christi humanitatē fuit visio corporalis

quia in voluntate corporis Christi in cœlo est quod corpus suum videatur à longe sicut de prope: sicut in potestate eius est immutare visum in propria vel in alia effigie, sicut fecit Luca ultime. Deitate verò non potuit videre isto modo, sed sicut in visione imaginaria formatur virtute imaginatiua ali qua effigies ad representandum Deum, ita exterius potest di uinitus formare ad immutationem corporalis oculi, sicut suo modo fit in apparitione angelorum, quomodo apparent in corporibus sic assumptis, quæ corporaliter videntur, ita etiã aliqua effigies corporalis non à Deo assumpta, sed formata, potest ipsum representare oculo corporali. Et sic probabili ter potest dici quod fuit in visione Stephani mentaliter, ta men cognouit quod illa effigies non erat ipsa deitas, nisi tan tum representatiuè. Sed dicetes: Tamen habetur Exod. 33. Non videbit me homo & viuet. Respondet S. Thomas parte 1. quæst. 12. articulo 11. hoc est verum corporalibus oculis in hoc mortali corpore, licet potest fieri oculis mentis. Sed dice res: Tamen dicit Iacob Genes. 32. Vidi dominum facie ad faciem. Respon. Dionysius, 4. cœlestis Hierarchiæ: Hoc referen dum est non ad ipsam essentiam diuinam, sed quò ad figuram in qua representabatur Deus: quia vidit angelum in perso na domini. Nota, dicit: *video caelos apertos*. Pro quo sciendum est, legitur enim quod cœlum quatuor vicibus visum est aper tum. Primò à Christo Baptizato, Luca 3. Secundo à beato Petro, Actuum 10. Terriò à beato Stephano, vt hic. Quarto à beato Ioanne, Apocalypsis 4. qui dixit: Ego Ioãnes vidi ostiũ apertum in cœlo, ad designandum quod quadruplices sunt homines, quibus cœlum aperitur, scilicet innocentibus, pœ nitentibus, martyribus, & perfectis religiosis. Primò cœlum aperitur innocentibus, scilicet paruulis baptizatis: & non so lum paruulis, sed etiam adultis. Quantum ex se est baptis mus omnem culpam tam originalem quàm actualem, mor talem & venialem delet, & restituit innocentiam quò ad auis mam: sic si baptizatus moritur, statim in cœlum volat. Et hoc non potest fieri, nisi omnis culpa & pœna esset delata. Et sic tali homini qui seruauit innocentiam, semper cœlum est a pertum. In figura illius, Christo baptizato aperti sunt cœli. Luca 3. & Matthæi 3. Confestim ascendit de aqua, & aperti sunt ei cœli. Idcirco quando moritur puer in innocentia, pa rentes non debent ita dolere, quia fatuum est dolere, quòd quis transit de societate hominũ ad societatem angelorum, de exilio ad patriam, vt innocentes, qui nec peccata venalia,

nec

si cœ actualia super innocentiam baptismalem addiderunt. Nam licet tales pueri non habent propria merita, tamen ex meritis Christi est eis cœlum apertum. Ideo Bernardus, Nil est quod timeas, si innocentiam habeas. Bernardus: Secundi Adæ purgat tribulatio, quos cõtrahat prioris præuãricatio. Ideo Matthæi 19. Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos: talium enim est regnum cœlorum, scilicet ex meritis Christi. Bernardus: Qui ex aliena culpa obligatur, per alienam pœnam absoluitur. Qui propria culpa obligatur, propria ex pœna placatur. Secundo apertum est cœlum pœnitenti bus. Act. 10. Petrus vidit cœlum apertum, & descendit vas quã si lineum plenum reptilibus, & dictum est ei: Occide & man dca, & dixit Petrus: Domine, immundum non manducaui, & dixit ei: Quod Deus mundauit, immundum ne dixeris. Et receptum est vas in cœlum. Spiritualiter per animalia im munda, reptilia, serpentina, volatilia, intelliguntur vitia in lœ stulo conscientia: cum presentantur ante pedes Petri, id est, dignitati sacerdotali per contritionem & sacramentalem cõ fessionem, tunc mundantur. 1. Ioannis 1. Si cõfiteamur pec cata nostra, fidelis & iustus est Deus vt remittat, vt patet Lu cæ 17. de decem leprosis quibus dixit: Ite & ostendite vos sa cerdotibus, & fecerunt, & mundati sunt. Idcirco ista anima lia venenosa, scilicet peccata mortalia, sunt occidenda per ve ram pœnitentiam, & tunc recipiuntur in lineo vase pœni tentiæ in cœlum. Vnde Luca 3. Pœnitentiam agite, appropin quabitis enim regnum cœlorum. Dixi notanter, per veram pœnitentiam. Nam non qualiscunque pœnitentia cœlum a pertur. Difficillimum est inquinatum ad pristinam redire pu ritatem, patet in figura: Templum Salomonis à Gentibus pro fanatum, nunquam potuit ad pristinum decorem reformari. Et sic difficile est perfectam agere pœnitentiam. Vnde Ambr. Facilius inueni qui seruauerunt innocentiam, quàm qui ve ram egerunt pœnitentiam, quia singulis peccatis singulæ pœnæ debentur. de quo Iob 10. Luet omnia quæ fecit. & Salo mon Eccle. 12. De omni errore adducet te dominus ad iudi cium. Attende quàm profunda debet fore pœnitentia. Vnde Luc. 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ, id est, perfectã pœni tentiam. Nam modus pœnæ debet correspondere culpæ. Sap. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. Si per superbiam peccasti, per humilitatem pœniteas. Si per voluptatem carnis excessisti, per castigatione ieiunij & flagellationis deleas. Si per auaritiã transgressus es, per eleemosynam, & misericor

diam satisfacias. Rom. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatē, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationē. Nam scribitur Deu. 25. Secundū mensuram peccati plagarium erit modus. Nā si peccasti in corde consentiēdo, in ore loquendo, in opere implendo: eōdē pōnitēdas corde conterendo, ore confitendo, opere satisfaciēdo, sicut fecerat Hester 14. Omnia loca in quibus antea latari confueuerat, crinium laceratione cōpleuit, & deprecabatur dominū Deum. Et sic nos Apoc. 4. Inquantū glorificauit se & in deliciis fuit, intantum dare illi tormentū & luctum. Tertiō aperitur cœlū verē religiosus & perfectus, per religionis ingressum, vbi regulariter viuunt, quia dicit S. Thom. in 2. 2. quæst. vi. Nam hoc est holocaustū maximū quando homo diuinis seruitiis totaliter se mācipat, & excedit omne genus satisfactiois, vt habetur in decreto 33. quæ. 2. admonere. Nam religiosus offert Deo omnia quæ habet. Primō res temporales per paupertatis votum, omnino nihil possidēdo, vt habetur in decreto 12. quæst. 1. dilectissimis. In religione existēs non debet habere denarium, si non vult participare cum Anania & Saphira. Actū. 5. Dicit enim Gre. Monachus habēs obolum, non valet illum. Ideo Aug. 12. q. 4. Non dicatis vos habere proprium, sed sint vobis omnia communia. Secūdo religiosus offert corpus per votum castitatis & abstinentiæ, ad quas se obligat: vt non comedere carnes, iacere in straminibus, media nocte surgere, & hoc propter deum, dicens cum Apost. 1. Corin. 9. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Tertiō frangit liberam voluntatem propter Deum per votum obediētiæ. Et hoc est maximum quod homo frangit liberum arbitrium propter Deum, quod Deus homini frangere non vult, sed relinquit eum in manu consilij sui. Eccle. 15. Ideo Ansel. in libr. de similitudinibus: Sicut qui dat arborē cum fructibus, plus dat quàm qui solum fructum præbet, sic qui dat liberum arbitrium propter Deum in manus prælati: plus dat, quàm qui aliās multa opera bona ex libera voluntate faceret. 1. Reg. 15. Melior est obediētia quàm victima. Aug. Melior est vna obediētia quàm omnes virtutes, id est, omnium virtutum opera. Et figuratur per Ioānem Euangelistam, qui vidit cœlum apertum. Apoc. 4. qui fuit de numero perfectorum, quia reliquit patrem, retia & nauem propter Christum. Matt. 4. Quarto cœlum aperitur martyribus, sicut Beato Stephano qui vidit cœlos apertos. Hoc p̄uilegium habent martyres, si patiantur mortem pro Christo

inueniant vitam in cœlis. Vnde Aug. Qui orat pro martyre, iniuriam facit martyri. Sed diceret: Ex quo nostris temporibus non martyrizantur homines, quæ nobis facienda sunt vt Christi martyres efficiamur? Respondetur: sextuplex est spirituale martyrium, triplex secundum Greg. & triplex secundum Ber. Primum spirituale martyrium secundum Greg. est patiēs in aduersis toleratio. Secundū est afflictorum compassio. Tertium, inimicorū dilectio. Primum, dixi, est patiēs in aduersis toleratio. Gre. Martyres esse possumus, si patiētiā in animo toleramus. & quantō maior aduersitas cum patientia, tantō maius martyrium. Psal. 43. Propter te mortificamur tota die. Nam patientiā habere in aduersis, est maius signum gratiæ quàm mortuos resuscitare, cæcos illuminare, leprosos mundare. De quo Greg. Patientiam maiorem reputo miraculis, quia non natura dat patiētiā in aduersis, sed gratia. Dicit enim Arif. 8. Ethic. Triste fugit natura. Sed impatientes ostendunt se vacuos esse à gratia per murmurationem. Greg. Qualis vnusquisque apud se lateat, illata contumelia probat. Secundum spirituale martyrium secundum Greg. est afflictorum compassio. Vnde Greg. Qui dolorem exhibent in aliena necessitate, crucem portant in mente. Nam tot sunt vulnera mentis compatiētis, quot tribulationes patientis hominis. Sic Maria circa crucem Iesu martyr est effecta, quia dicit Damaf. Omnia vulnera quæ Christus sustinuit corpore, ipsa sustinuit mente. Et sic Ioannes iuxta crucem stans, factus est martyr. O quis cogitare poterit, quantum compassionem habuit, cum vidit illum ita grauiter pati, qui sibi in sero pedes lauit, corpus suū dedit, in cuius pectore requieuit? Et ideo nō permittit eum pati: quia compassio Christi mortis, fecit eum martyrem. Et sic si habes cōpationem cum pauperibus, si sustinent famem, sitim, tribulationem à malis hominibus qui eos spoliāt, vel quando vides aliquē peccare chorizando, blasphemādo, adulterando, luxuriādo, superbiendo: vel quādo audis mala de proximis, & eis compareris, signum est bonitatis quoddam sis membrum Christi. Vnde Gre. Non aliter membra Christi redemptoris nostri efficiemur, nisi proximi compatiāmur. Et quantō quis plus dolorem proximorum sentit, tantō melior corā Deo existit. Vnde Gre. Tantō quis perfectior, quantō dolores sentit alienos. Talis fuit Apost. 2. Corin. 11. dicens: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vreror? quasi diceret: Vnicuique in necessitatibus suis compatiōr. Nam tales sunt spirituales

martyres, crucem Christi gerentes. De quo dicit Gre. Duobus modis crux Christi tollitur, cum patientiam in animo toleramus, & proximo cōdolemus. Tertium spirituale martyrium secundum Gre. est dilectio inimicorum. De quo Greg. Ferre contumeliam, & odientē diligere, est martyriū in occulta cogitatione. Nam signum magnæ bonitatis est, illi optare bonum qui tibi optat malū, & illum diligere qui te odit, & pro illo orare qui te persequitur, vt docuit dominus, Matt. 5. Diligite inimicos vestros, & orate pro persequētibz vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. Nam diligere inimicos, est iniuriātibz indulgere ex corde, & est valde acceptū Deo. De quo Gre. Qui peccantibus clementer indulserit, nullum peccati vestigium in eius anima remanebit. Et Aug. in sermone de B. Stephano: Per amorem inimici, efficieris amicus Dei. Item sciendum adhuc secundum Bernardū, quōd triplex est spirituale martyrium sine sanguinis effusione. Primum est parcitas in vbertate, secundum est largitas in paupertate, tertium est castitas in iuēute. Dixi primum est parcitas in vbertate. De quo Ber. Quod martyrium grauius, quā inter epulas esurire, inter vestes algere, inter diuitias paupertatem sustinere propter Deum? non videre delectabilia, & non gustare, cum posset, est satis graue. Nā ibi vincitur natura quæ semper appetit delectabilia, verbi gratia: Sicut iacere in straminibus propter Deum, cum homo posset habere tres lectos: bibere aquā propter Deum, cum bene posset habere vinum, & sic de singulis. Hoc sine speciali gratia non posset haberi. Similiter si homo abundans diuitiis, posset chorizare, superbiere & carnis voluptatem exercere: & nō vult propter Deum, est spirituale martyrium. Vnde scribitur Ecclē. 31. Beatus vir qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala & non fecit. Secundum spirituale martyriū est largitas in paupertate, sicut vidua quæ misit duo minuta in gazophylacium. (Marc. 12.) collaudatur à Saluatore plus omnibus misisse, quia totum dedit quod habuit. Ex illo patet, si pauper dat denariū ex charitate, amplius meretur quā diues dans florenum. 3. q. 7. in grauibz: Affectus offerentis plus placet Deo quā munus. Gre. Cor & non substāciam pensat Deus: signanter de bonis iusto labore acquisitis. De iniusto verō habetur in can. 14. q. 5. Immolantis ex iniquo, maculara est oblatio. Ideo Prouerb. 3. Honora dominum de tua substātia, non dicit de aliena, quia scribitur Ecclē. 14. Dona iniquorum non probat altissimus. Tertium spirituale martyrium

rium est castitas in iuēute. Et hoc est Deo acceptum propter grauem impugnationem carnis, quā iuuenes personæ sustinet: quia dicit Auerrois: Complexio iuuenum est calida & humida, senum verō sicca & frigida. Vnde iuuenes qui volunt castē viuere, debent domare corpus cum abstinentiis. De quo Arist. 3. Ethi. Temperātia magis eligenda in iuuenibus quā senibus: quia iuuenes plus concupiscentiis molestantur: & sic resistēdo propter Deum, martyres fiunt propter certamen, quia dicit Aug. Inter omnia Christianorum certamina duriora sunt castitatis prælia, vbi quotidiana pugna, rara victoria. Quos plus collaudat Ambrosius in lib. de officiis: Maior est castitas virginum quā angelorum: angeli sine carne viuunt, virgines in carne triumphant: qualis triumphator fuit B. Stephanus, vt patet in eius Legenda.

## ENARRATIO II.

**V**eniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zacharia filij Barachæ quem occidistis inter templum & altare. Matt. 23. In summa Euangelij duo innuuntur. Primò Christi clemētia inexplicabilis. Secundò, Iudæorum malitia irreuocabilis. Primum patet in principio: secundum tangitur ibi: *Hierusalem Hierusalem.* De primo dicit: *In illo tempore, s. feria tertia post palmarum, postquam Christus manē rediit de Bethania in Hierusalem, & correxit Pharisæos, clericos & laicos & scribas, denunciās eis multiplex v̄g.* Dicit Simon de Cassia: V̄g, in sacra scriptura significat æternam damnationem. Et videns Iesus quōd in sua correptione nihil proficeret, tunc dixit ad turbas Iudæorum & principes sacerdotum: *Eccē ego mitto ad vos prophetas. Quasi diceret secundum Haymonem: Priusquā indutus carne venirē in mundū, misi ad vos patriarchas, quos non estis secuti in virtuositate vitæ. Deinde misi vobis Moysen, huic non credidistis. Post hoc misi vobis prophetas, hos respuitis: nunc verō me verum filium Dei negatis, & cruci tradere tanquā malefactorē rem conspirastis. Sed vt cognoscatis quantū affecto salutem vestram, Ecce mitto ad vos prophetas & sapientes, & scribas, id est, apostolos & martyres meos. Et dicuntur prophetæ, propter futurorum reuelationem, quia scilicet pœnas reproborum & merita iustorum denunciabant. Item dicuntur sapientes, propter Christi agnitionem, qui est sapientia Dei patris, eō quōd omnes thesauri sapientiæ & scientiæ in eo sunt reconditi. Colof. 2. Et dicuntur scribæ, quia legem Dei scriptam intellexerunt, vt habetur Luca. vlti. Aperuit eis sensum, vt intelli-*

gerent scripturas. Subdit *Et ex illis occideris & crucifigessis, & flagellabis in synagoga vestris, quod & factum est.* Nam Iacobum fratrem Ioannis occiderunt gladio. Act. 12. Petrum & Andream crucifixerunt, & Paulum flagellauerunt. 2. Corin. 11. Ter virgis caesus sum. Similiter & alios flagellauerunt, & prohibuerunt ne loquerentur in nomine Iesu. Qui ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Act. 5. Et subdit, *Et persequimini de ciuitate in ciuitatem.* Hoc factum est, quia expulerunt eos de Iudæa, & ad Gentes migrare fecerunt, iuxta illud Act. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos fecistis vos, ecce conuertimur ad Gentes. Ideo subdit: *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus*, id est vltio omnis sanguinis Christi. Ratio, quia quicquid iustitiæ aut virtutis fuit in aliis sanctis, abundanter fuit in Christo. Ioan. 3. Non ad mensuram datus est ei Spiritus sanctus. De aliis sanctis scribitur 1. Corin. 12. quod diuisiones gratiarum sunt. De Christo verò Colos. 1. Ipse in omnibus primatum tenens, quia in ipso cõplacuit toti trinitati omnem plenitudinem inhabitare, scilicet gratiæ & gloriæ, & per eum omnia reconciliari. Idcirco merito effusio omnis sanguinis iusti redûdat in eos à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachia, quem occidit inter templum & altare. Dicit Hier. Abel iste fuit frater Cain qui eum occidit. Genes. 4. Sed Zacharias fuit filius Ioiaðæ sacerdotis, de quo habemus 2. Paralip. 24. Et vocatur Barachias, quasi benedictum donum ratione iustitiæ, vel fuit forsitan binominis. Sed dices: Quare isti duo nominantur præ cæteris? Respondetur triplici de causa. Primò, ratione cõmunitatis: secundò, ratione singularis proprietatis: tertio, ratione grauitatis. Primò, ratione cõmunitatis: quia Abel fuit Pastor ouium in campo occisus. Zacharias sacerdos. Per hos significantur omnes martyres laicales & sacerdotales ordinis, quorum sanguis super illos veniet. Secundò, ratione singularis proprietatis, secundum Chrysol. cum morte Christi: quia sicut Abel occisus est à fratre suo Cain ex inuidia, & sic à Iudæis Christus. Matth. 27. Sciebat Pilatus quia per inuidiam tradidissent eum. Similiter sicut Zachariam hominem sanctum lapidauerunt in loco sancto, sic Christum Iudæi sanctum sanctorum in loco sancto, id est, in Hierusalem. Tertio, ratione grauitatis, scilicet culpæ. Nam maius peccatû, consanguineum occidere quàm extraneum, benefactoris quàm inimicû. Sicut

Abel

Abel occisus est à fratre, sic Christus à fratribus suis, scilicet Iudæis, ex quibus natus est. Et Zacharias à Ioas rege cui pater suus multa bona fecit. Sic Christus occisus à Iudæis, quibus infinita bona ostendit à patre cœlesti. De quo Ioan. 10. Multa bona ostendi vobis ex patre meo, propter quod opus vultis me lapidare: Ipsi verò non potuerunt negare, sed responderunt: Nò propter bonum opus lapidamus te, sed propter blasphemiam. Idcirco cò maius peccatû quàm plura susceperit bona. De quo Senec. Non est maius peccatû, quàm ad beneficia Dei esse ingratus. Ideo subdit: *Amen dico vobis, venient hec omnia super generationem istam, scilicet Iudaicam.* Sed dices: Quæ sunt hec omnia? Respondetur secundum Chrysol. hoc potest intelligi dupliciter. Primò ratione promissi: secundo, ratione meriti. Primò ratione promissi: quia omnia bona quæ promissa sunt singulis generationibus ab initio mudi, illis sunt data qui Christum receperunt: sic omnia mala veniunt super illos qui Christum repulerunt. Secundò, ratione meriti: nam sicut omnis iustitia sanctorum tantum mereri non potuit, quantum gratiæ datû est hominibus in Christo, quia scriptum est, Sapient. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, scilicet diuina sapientia: Sic peccata omnium impiorum tantum demereri non potuerunt, quantum demeruerunt Iudæi ex morte Christi, ex eo quod in Christo cõtinebatur generalis iustitia omnium sanctorum præcedentium & sequentium. Idcirco secundum Chrysol. sequuntur ex illo tria corollaria. Primum corollarium quod elicitur, est quod nec diluuium vniuersale, nec aliqua poena corporalis Iudæis vel Gæticis, qua afflicti fuerunt, fuit similis poenæ huic quam à Romanis Iudæi pertulerunt, cum crucifixerunt tot quod loca defecerunt, & triginta pro vno denario vendiderunt, vt dicit Iosephus in lib. de Iudaico bello. Corollarium secundum quod elicitur, quo dominus non statim punit peccata alicuius gæcis vel ciuitatis: ideo, vt post ea grauius puniat, si se non emendet, vt factum est de Iudæis quibus pepercit 42. anos. Corollarium tertium, quod saepe dñs Deus punit peccata parentum in filiis, vt habetur Exo. 20. Ego dominus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & in quartam generationem. Sed dices: Tamen habetur Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris. Respondet S. Thomas dicens: Verum est, vbi filij patres non imitantur in paternis excessibus: vbi verò eos imitantur, pro eis puniuntur corporaliter, quia secundum corpus sunt res paræum: & etiam æternaliter secundum imitationem vitiorum. Dixi, secundo tangitur Iudæorum maliti

malitia irreuocabilis, dic. *Hierusalem Hierusalem*. Nota. duplicat hoc verbum Hierusalem. Primò secundum Chry. ratione dilectionis & compassionis, quia eos dilexit. iuxta illud Psa. 86. Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Et compatiebatur eis, quia iniferi fuerunt suæ dilectioni, vt impleretur illud Psa. 108. Retribuebant mihi mala pro bonis & odium pro dilectione. Secundò duplicat Hierusalem ratione duplicis persecutionis, quia persecuti sunt Christum & sanctos eius dupliciter, corporaliter, & spiritualiter: corporaliter occidendo, spiritualiter mente inuidendo. Idcirco peccatum eorū aggravatur ex multis. Primò ratione gentis, quia Hierosolimitani fuerunt, nō babylo-nici: fuerunt Iudæi, non Gentiles: fuerunt scientes, non ignorantēs: quia Hierusalem fuit magistra legis. Vnde habetur Isa. 2. De Sion exhibit lex & verbum domini de Hierusalem. Idcirco peccatum eorum & verbum domini de Hierusalem. Idcirco peccatum eorum maius. Iaco. 4. Bonū scienti & non facienti, peccatum est illi. Secundo aggravatur eorum peccatū ratione interpretationis nominis, quia Hierusalē interpretatur pacifica. Ipsi occiderunt regem pacis. Hierusalem habuit quinque nomina. Primò fuit sanguinaria, ab interfectione, & notatur in textu cū dicit. *quo occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt*. Si enim ho-res vel prædones occideres, nihil esset, sed prophetas. Ideo Isa. 1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis? Olim iusti habitabant in ea, nunc autem homicidæ. Ideo comminatur eis propheta, Eze. 24. Væ ciuitati sanguinū, cuius ego grati-dem facio pyram, i. intensum ignem. Secundò vocatur hæc ciuitas perfida & rebellionis, & tangitur ibi: *quoties volui congregare filios tuos & nolui?* Ecce cōtradiçtio. De qua Ps. 54. Vidi iniquitatem & contradictionē in ciuitate. Nam Deus omni tempore voluit eos congregare ad se. Primò per legem nature, secundò per legem scripturæ, tertio per legem gratiæ. Sed non luerunt. Ideo arguit eos Stephanus Act. 7. Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper spiritu sancto resististis, quem prophetarū non sunt persecuti patres vestri. De quo Chry. dicit: O Hierusalē, misi ad te Isaiam, & secast eum: Ieremiam, & lapidasti eum: Ezechielem, & tractum per lapides exterebrasti eum. Quomodo ergo sanaberis, quæ nullum medicū admittis: sed medicos occidisti, medicinam speruisti? ideo non sanaberis. Iere. 15. Hierusalem, quis medebitur tibi? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? quasi dicat, nullus, quia fuit ciuitas rebellionis. Tertio Hierusalem fuit ingrata & paruipensionis.

Nami

Nam paruipendebat bona quæ Christus ei impendebat, & no-ratur in textu cū dicit: *Volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis*. Nam gallina pullis suis multa bona exhibet. Et sic Christus omnibus Iudæis & Gentibus. Primò pullos à miluo protegit, alas extendens: sic Christus extendit alas suas, i. manus in cruce, ad protegendum nos à miluo, i. diabolo quod desiderabat Psalmista, dicens: Psa. 16. Sub vmbra alarum tuarum protege me. Secundò propter dilectionem pullorum ægrotat & infirmatur, & sic Christus propter nos. Isa. 53. Verè languores nostros ipse tulit. Tertio plus de pullis cibandis quàm de seipsa cogitat. Et sic Christus aridus mansit in cruce. de quo Psa. 21. Aruit tanquam testa virtus mea. Et nobis prouidit de cibo animæ. De quo Ioan. 6. Caro mea verè est cibus. Quarto propter dilectionem pullorum fit rauca: & sic Christus pro nobis in cruce. De quo Psa. 68. Laboraui clamans, rauca factæ sunt fauces meæ. Quintò propter dilectionem pullorum plumis se spoliat: & sic Christus pro nobis in cruce nudus pependit, Vnde Psa. 21. Diuiserunt sibi vestimenta mea. Sextò propter dilectionem pullorum hispida apparet & deformis: & sic Christus pro nobis in cruce. De quo Isa. 55. Vidimus eum non habentem speciem neque decorem, sed tanquam leprosum reputauimus eum. Ecce ingrati fuerunt dilectioni dei. Hoc consequitur Isa. c. 5. dicens: Nunc enim habitatores Hierusalem & viri Iuda, iudicate in ter me & vineam meam: quid est quod debui vltra facere vineæ meæ? expectaui vt faceret vvas, & fecit labruscas. Et hoc est quod dicit, & nolui. Ecce contemptus omnium bonorum & ingratitudo eorum. Quarto Hierusalem fuit ciuitas deserta & desolationis, & notatur in textu cū dicitur: *Ecce relinquatur vobis domus vestra deserta*. Chry. per domum intelligit templum: Licet sit domus sua. Matt. 21. Domus mea domus orationis vocabitur: attamen propter abusum dicit domum eorum, quia non cultum diuinum, sed ambitionem & quæstum in ea exercebant. Ioan. 2. Vos fecistis domum meam speluncam latronum. Hæc domus fuit deserta temporibus Titi & Vespasiani, cum non mansit lapis super lapidem in tota ciuitate. Nunc autem non solum deserta est ædificio, sed sacrificio, & habitatorum numero, & regum præsidio & prophetarum eloquio. De quo prædixit Ierem. Thren. 1. Quomodo seder sola ciuitas plena populo, quasi vidua domina Gentium? & Isa. 1. Terra vestra erit deserta, & ciuitates vestre succensæ igni: regionem vestram coram vobis alieni deuora



deuorabunt, & desolabitur sicut in vastitate hostili, & derelinquetur filia Sion sicut umbraculum in vinea. Quinto, Hierusalem facta est ciuitas odiosa & repulsionis, & notatur in textu cum dicitur: *Dico vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis, Benedicite ei qui venit in nomine domini.* Hoc potest intelligi dupliciter. Primò de humanitate, secundò de diuinitate. Primò de humanitate, *non videbitis me* in humanitate, scilicet corporaliter, *amodo*, id est, vsque in diem iudicij, vbi dicetis, velitis: *Benedicite ei qui venit in nomine domini.* hoc est, secundum Chrysost. quòd cognoscetis me, & videbitis in effectu me esse filium dei benedictum. Nam licet mali non videbunt diuinitatem in iudicio, cognoscent tamen ex potestate & maiestate effectum diuinitatis. Secundò exponitur de diuinitate. q. d. non videbitis diuinitatem meam in claritate æterna, donec dicatis: *Benedicite ei qui venit in nomine domini.* id est, donec confiteamini me per fidem, spem, & charitatem, esse filium dei: quem pater misit in mundum, ad manifestandum nomen suum, quia visio diuinitatis correspondet fidei. Ideo Isa. 7. Si non credideritis, non permanebitis. Oremus igitur vt credamus, vt confiteamur eum esse filium dei, vt contemplemur faciem eius in æternum.

## De sancto Ioanne Euangelista. ENARRATIO.

**C**onuersus Petrus, vidit discipulum quem diligebat Iesus. Ioan. vlt. In summa euangelij duo innuuntur. Primò innuitur Petri interrogatio amorosa, ibi: *domine, hic autem quid?* Secundò subiungitur Christi responsio gloriosa, ibi: *sic eum volo manere.* de primo dicit, *In illo tempore,* scilicet post Christi resurrectionem, prandentibus discipulis, frustra, & tota nocte in pectatione laborantibus, & Iesus stans in littore, dixit: *Mittite dexteram nauigij rete, & inuenietis, & concluserunt multitudinem piscium.* Illis autem egressis ad terram, inuitauit ad prandium, & inter prandium ter interrogauit Petrum an ipsum amaret, & tertio amorem contenti, quia ter eum negauerat, tertio pascendas oues sibi commisit: & deinde quòd earum ouium cura pastoralis vsq; ad martyriũ crucis esset peruenturus intimauit dicens: *Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te & ambulabas vbi volebas: cum autẽ senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quòd tu nõ vis.* Hoc autẽ dicebat, significas qua morte clarificaturus esset Deũ: & protinus subiunxit, dicens: *Sequere me.* Glo. patiendo pro me martyrium crucis. Nota, Christus natus est in mundum, vt pateretur pro

nostra

nostra salute, vt patet Isa. 6. Paruulus natus est nobis, cuius principatus super humerum eius, id est, crux, & Isa. 22. Dabo clauem domus Dauid super humerum eius. Et ista clavis est crux Christi, quam in humeris gessit, & nobis ianuam regni aperuit. Ideo per se dixit Luc. vlt. Nonne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam? Sic & nos. Dicit enim Bernard. Si non pepercit filio, nunquid parceret nequam seruo? quasi diceret, non. Nam presens tempus est tempus passionis & martyrij, per quod veniemus ad consolationem: ideo dixit Mat. 10. Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Idcirco ad hoc figurandum triplex festũ sequitur, festum natiuitatis Christi, ad significandũ q̄ triplices sunt martyres. Aliqui sunt martyres actione & voluntate, vt S. Stephanus. Aliqui voluntate & noua actione, vt B. Iohannes. Aliqui actione & non voluntate, vt Innocẽtes. De quibus dicit S. Thomas in 2. 2. q. 1. 4. quòd martyrij gloriã sunt adepti. Nam quod in libero arbitrio defecit, hoc gratia dei impleuit. Nam effusio sanguinis propter Christum, gerit vicem baptismi. De quibus August. Licet non habuerunt ætatem vt in Christum crederent, habebant tamen carnem in qua pro Christo passionem sustinerent: ideo oportet quòd sit passio, quia dicit Gre. Si sine flagello nõ exiit, qui sine peccato venit: quomodo digni flagello nõ erunt, qui in peccato vixerunt: propter quod habetur Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ dei. & 2. Cor. 1. Si socij passionũ estis, eritis & consolationis. Et hoc est quod dicitur Petro, *sequere me.* Sed heu conqueritur Bernard. dicens: *Domine, omnes volunt ad te venire: pauci post te ire.* Oportet tamen fore vel per passionẽ illatã, innatã, vel voluntariẽ assumptã, iuxta illud Apost. 2. ad Timot. 2. nullus coronabitur nisi qui legitime certauerit. Ideo Mat. 10. Qui nõ accipit crucem suã & sequitur me, nõ est me dignus. Subdit: *Conuersus Petrus, vidit discipulum quem diligebat Iesus. sequentem se.* Ioannem, ex. ait: *Domine, hic autem quid?* Chry. Petrus dilexit Ioannem, ideo frequenter leguntur simul fuisse in euangelio. Nam fuerunt simul ante passionem ad parandum Pascha, Lu. 22. Sicundò tempore passionis simul introierunt in atrium principis. Ioan. 18. Tertio fuerunt simul in die resurrectionis. Ioan. 20. Circuebant duo simul ad monumentum. Ideo desiderabat eum secum habere in ministerio prædicationis. Nota, dicit in textu, *vidit discipulum quem diligebat Iesus:* Pro quo notare licet, dominus Deus diligit generaliter omnes, Sap. 11. Diligis omnia que sunt, &

& nihil odisti eorum quæ fecisti. Quæ quidem generalis dilectio attenditur in tribus, scilicet in creatione, redemptione, & saluatione. Primò in creatione, vt nos omnes ad imaginẽ suã crearet. P. sal. 19. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Et non simpliciter creauit, sed ad imaginem suam formauit, vt per rationem participes possemus fieri diuinæ essentia. Et magister in 2. Sent. dist. 1. Creatus est homo, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amare, amando possideret, possidendo æternaliter fruere. Et sic ratio creationis hominis fuit æterna dilectio & bonitas sua, quia est summè bonus, vt dicit magister in 2. dist. 1. vt beatitudinis suæ quæ æternaliter beatus est, alios velit esse participes, quam vidit communicari posse & minui non posse. Illud ergo bonum quod ipse erat, quo beatus erat, sola bonitate aliis communicare voluit. Et quia nõ valet quis beatitudinis suæ particeps existere, nisi per intelligentiã: quia quanto magis intelligitur, tanto plenius habetur, propter quod fecit Deus rationalẽ creaturam. Ecce signũ dilectionis. Secundò eius generalis dilectio patet in eius redemptione. De qua Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et illa dilectio est maior quam prima. Gregorius, Quid nasci profuisset, nisi redimi profuisset? Ideo de prima dilectione, scilicet creationis, dicit Bernard. Homines creati, Deo ingrati, tædio affecti. Ideo venit in mundum carnem assumendo humanam, in humanitate nos redimendo. Vnde Apocal. 1. Dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo à peccatis nostris, quod cœritudinaliter promisit, quasi iam prateritum esset dicens, Iere. 17. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manũ inimicorũ meorum, scilicet, pro omnibus, hominibus sicut dicit Apost. Ro. 5. Sicut per vnus delictum in omnes homines mors trá sit in cõdemnationem, ita per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. In omnes quò ad sufficientiam, non autem quò ad efficientiam. Terriò attenditur eius generalis dilectio in saluatione. 1. Timoth. 2. Vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. Vult voluntate consequenti, non autem voluntate antecedenti. Voluntas antecedens est, qua quis vult aliquid simpliciter & absolute & sine conditione, & sic non vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire, Sed volũtas consequens est, qua quis aliquid vult cum circumstantiis & conditionibus, & sic vult Deus omnes homines saluos fieri, sed cum vera fide &

obed

obedientia mandatorum. Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, quia scribitur Eccl. 15. Si volueris mandata conseruare conseruabunt te, scilicet, in saluatione. Et de tali communi dilectione saluatoris scribitur, Luc. 12. Nolite timere pusillus grex: complacuit patri meo vobis dare regnũ. Secundò aliquos diligit singulariter, quibus singularia priuilegia dilectionis exhibet, sicut beato Ioanni. De quo Greg. Priuilegio amoris præcipui meruit cæteris altius honorari, & hoc, in vita, & in morte, & post mortem. Primò in vita habuit plura priuilegia amoris. Primum est conseruatio virginalis castitatis seu puritatis. Vnde Hiero. Hic est Ioannes Euangelista, qui virgo à Deo est electus, quem nubere volentem vocauit, à nutris Deus. Nam munditia virginalis valde placet Deo. Vnde Prouer. 2. Qui diligit cordis munditiam, habebit amicũ regem: & Sapient. 6. Incorruptio facit proximum Deo: nam virginitatem seruare, non est in conditione hominum, sed in donatione Dei Matthæi 19. Non omnes capiunt verbum hoc, s. vt se castraret propter regnum cœlorũ: sed qui potest capere, capiat, id est, cui à Deo datum est. Sapient. 8. Non possum esse continens, nisi Deus det. O magnum donum! de quo in collationibus patrum: Maior virtus est castitatem tenere, quam dæmones expellere. Nam dicit Chrys. super Matt. Per castitatem homines assimilantur angelis. & Damasc. li. 4. Quanto angelus homine superior, tanto virginalis castitas nuptiis honorabilior. Hæc collata est S. Ioanni, ita quod potest dicere illud Tobia 3. Tu sis quia mundam seruauim animam meam ab omni concupiscentia, propter quod nunc est in cœlis in deliciarum affluentia. De quo Petrus Damiani: Qui exers erit carnalis dulcedinis, meritò cœlestium epularum fruatur delicias. Et sic ratione virginalis puritatis est dilectus, vt dicit Beda in Homil. Quem prærogatiua castitatis ampliori dilectione fecerat dignum. Ideo canit Ecclesia: Tu lene coniugis reclus respuisti, Messiam securus. Secundum priuilegium est reclinatio regalis maiestatis, de quo textus: *Reclines supra pectus Domini in cana.* O quis vnquam tale reclinatorium habuit: attendite rem nimiam! Nam Ioannes Baptista quo maior non surrexit inter natos mulierum, verticem Christi, eo etiam iubente tangere trepidauit. Maria etiam Magdalena pedibus domini osculandis se indignam reputauit, ideo retro accessit. Thomas etiam tangendo latus præ stupore, Deus meus & dominus meus exclamauit. Moses faciem domini videre desiderauit, cui tantũ posteriora & nõ facies promittebatur. Sed Ioã

Pars Hyem.

gg

nes Euangelista in dulcissimo pectore, in quo omnes thesauri sapientiæ & sciētix sunt absconditi. requieuit. Tertiū priuilegiū est reuelatio secretæ stabilitatis in hoc q̄ traditorem ei reuelauit. De quo Petrus Damiani in sermone: Tacet Petrus tacet cœli clauiger, tacet lingua quæ cœlum simul & terram soluit, cui portæ inferi nō praualebunt. Silet Andreas qui ad fontē vitæ primus fuit, non præsumit os aperire Philippus, qui patrē sibi ostendi poposcit, omnes tacēt, omnes dubitat, sed latēter, inquirūt, nō prolacione verborū, sed nutibus oculorū. Petrus inuirit Ioanni vt interrogaret, quod & fecit, dicens: *Domine quis est qui te tradit?* Ideo Petrus Damiani: Considerandū est quanta deuotionis instantia, beati Ioānis debemus implorare auxilia, quæ sibi met interuentorē & ipsi apostoli petierūt: quāntū prodesse apud iustū iudicem peccatoribus poterit, qui & pro ipsi cœlestis curiæ senatoribus interuenit, & qui aduocatus est summus quā humiliter implorandus est. Quarrū priuilegiū est cōmēdatio beatæ Virginis matris. Bēda: Cui Christus in cruce matrē virginē virgini Ioāni cōmēdauit: quod enim poterat esse clarius signū dilectionis. quā in cruce extensus dominus noster, & in vltimo articulo mortis amarē cōstitutus, etiā suorum vulnerū oblitus, matris nō obliuiscēbatur, & hūc thesaurum pretiosum dilecto Ioanni discipulo cōmēdauit? Quod enim poterat esse clarius signū dilectionis, cū illa Beatissima mater, quæ est omni laude dignissima, fuit ei commendata? De qua Hiero. Si omnium nostrū mēbra verterentur in linguas, eius laudem minimā explicare nequiremus. Hāc Christus sibi cōmēdauit. Et videmus modum recōmendandi, quia non dixit: Ecce seruus tuus ecce nepos tuus, sed ecce filius tuus: nec dixit: Ecce domina tua: sed ecce mater tua. Credendū est enim, q̄ si Christus meliorē inuenisset, hūc thesaurum pretiosum sibi recōmendasset. Securē igitur iusti ad Ioannem debent accedere, quia habet in potestate matrē gratiæ. Securē & peccatores, quia habet in potestate illam, quæ in hora mortis suscipit. Vnde canit Ecclesia: *Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.* Ideo dicit Bern. Per Ioannem ad virginem, per virginem ad filium, per filium ad patrem: in hoc vehiculo vehitur ab hoc seculo. Quintum priuilegium est, repletio sapientiæ claritatis. Ideo canitur & legitur hodie de eo illud Ecc. 11. Impleuit eū dominus spiritu sapientiæ & intellectus. Vnde Amb. Ioannes dum caput suum

Super

Super pectus Iesu inclinauit, profunda secreta diuinæ sapientiæ hausit. Nam primō ibi fuit reuelatum mysterium æternæ generationis, quod scripsit Ioannes, Ioannis 1. In principio erat verbum. Secundō ibi vidit, vt dicit Orig. filij Dei cum patre cōternitate, dicens: In principio erat verbum. Ibi vidit filij à patre distinctam personalitatem, cū dixit: Et verbum erat apud Deum. Tertiō vidit verbi cum patre confubstantialitatē, ibi cū dixit: Deus erat verbum. Quarto vidit assumptam humanitatem, ibi, cū dixit: Et verbum caro factum est. Quintō vidit suam benignam familiaritatem, ibi cū dixit: Et habitauit in nobis. De quo Baruch. 3. In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Sextō vidit gloriæ iucunditatem, ibi cū dixit: Vidimus gloriam eius quasi vniueritatis à patre. Septimō vidit gratiæ amicitiam ibi, Plenum gratiæ & veritatis. Ideo Orig. Homi. 1. super Ioannem præfert eum Paulo, dicens: Paulus raptus est in tertium cœlum, Ioannes super omne cœlum. Paulus in paradysum, Ioannes verō in paradysum paradysorum: hoc est, omnem humanum angelicūque intellectum excedit vel trāsgreditur. Paulus audiuit verba quæ non licet homini loqui: Ioannes audiuit vnum verbum per quod facta sunt omnia. Et licuit ei illud verbum dicere hominibus & prædicare: ideo comparatur aquilæ volanti. Vnde canit Ecclesia: *Volat auis sine meta, q̄ nec vates nec propheta euolauit altius.* Vbi Aug. Si altius volasset, totus mundus eum capere nō potuisset. Orig. Ioannes nō potuit ascendere altius, nisi totus fieret Deus. Sextum priuilegiū est generalis perfectio sanctitatis: quia Ioannes omnium sanctorum perfectiones in se habuit. De quo Petrus Damiani: *Quid in virtutibus Ioannes incōparabiliter nō excedit?* Est nāq; apostolus in epistolis, euangelista in euangelio, propheta in Apoc. martyr in oleo, episcopus in Epheso, fuit confessor & virgo. Ideo canit Ecclesia: *Valde honorandus est beatus Ioannes.* Reuera honorandus, quia ipsum honorabat Christus, angelus, totus cœrus apostolicus, & omnium sanctorū laudabilis numerus. Primō honorauit eum Christus, quia supra pectus suum requiescere eum fecit. Secundō honorauit eum angelus, quia ab ipso adorari recusauit & ipsum eōseruū vocauit. Apoc. 19. *Vide ne feceris, quia cōseruus tuus sum, & fratrum tuorū habentiū testimoniū Iesu.* Tertiō honorauerunt eū Apostoli, quādo ipsum & Petrum tanquā colūnas Ecclesiæ ad Samaritanos miserunt, vt haberet Act. 8. Quarto cū omnes sancti honorauerūt, quia ad eī terminū

conuenerūt. Multò magis nos eum honorare debemus, quia ipse est Christi amicus euangelista, martyr, confessor, & virgo. Ideo Chry. Ioannes est in cœlis ciuis, Ecclesiarum columna, angelus terrestris, homo cœlestis. Septimum priuilegium amoris, est angelica figurata dignitatis, quia per aquilam figuratur Apoc. 4. vbi dicitur: Quartum animal est simile aquilæ volati, hoc est Ioannes. Augu. Alij tres euangelistæ in terris ambulantes cum domino, Ioanes verò quasi aquila in cœlis volat. Ideo Petrus Damiani: Quis dignè considerare valeat, quantæ dignitatis existit, vt humilis piscator ad tantâ celsitudinem perueniat, vt cœlestia secreta penetret, & diuini consilij secreta hominibus reuelet? Ideo Aug. Ioannes transcendit omnia cacumina montium, arborū & terrarū. Ideo scribit Petrus Damiani: In speculatione diuinæ essentia: ipse præcellit prophetas, supergreditur patriarchas, apostolos superat, postremò totius humanitatis intellectū transcendit: & illuc aciem mentis tendit, quo vix angelica creatura perringere valeat: & Orige. Ioannes omnem creaturâ visibilem & inuisibilem superat, omnem intellectū penetrat, & quasi deiformis tandem in Deum intrauit. Ecce discipulus què diligebat Iesus. Octauum priuilegium est decessio singularis felicitatis. Et hoc est quod dixi, In morte dixit eum, quia tria priuilegia in morte sibi exhibuit. Primum est, quod ipsum per se ad tempus suæ resolutionis inuitauit. Vnde canit Ecclesia: Apparuit charo suo Ioanni Dominus Iesus Christus cum discipulis suis, & ait: Veni dilecte mi, tēpus est vt epuleris cum fratribus tuis. Secundum priuilegium est, quòd ipsum die dominico ad seipsum recepit. Nā hoc die mundus a sumpsit exordium, mors interitum, vita principium, vt dicit Seuerinus in cano. 75. distinct. c. de die, vbi dicitur, quod die dominico gestum quicquid insigne à Deo factum est. Tertium priuilegium est, quod ipsum à morte & martyrio doloris præseruauit. Et hoc est secundum membrum, scilicet, responsio Christi gloriosa, cum subdit *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te'ru me sequere.* Ex hoc dicto aliqui æstimabant Ioannem non debere mori, vt dicitur in textu: *Exiit sermo inter fratres, quia discipulus ille non moritur.* Et hoc non est, quia dicit philosophus. 1. de generatione: Omne generabile, est corruptibile. Theophilus: Omne quod oritur, moritur. & Hebræo. 9. Statutum est omni homini semel mori. Ideo inquit Psalm. 88. Quis est homo qui viuunt, & non vi debet mortem? q. d. nullus. Ideo hunc sensum Ioannes per se excludit, in textu dicens: *Et non dixit Iesus, quia non moritur, sed se*

*eum volo manere donec veniam.* Et hoc aliqui sic exponunt, scilicet ad iudicium. Et isti dicunt quòd translatus sit Ioannes in paradysum, eò quòd corpus eius non est inuentum in sepulchro sed reuerri cum Enoch & Helia debere, pari pro Christo. Sed alij dicunt quòd adhuc viuunt in sepulchro: nam terra fursum scaturit, & dicunt hoc cauari ex anhelitu. Sed hoc reprobatur Aug. quia parua gratiam Christus dilecto suo fecisset, si ceteris apostolis in gloria regnantibus, ipse sub terra dormire dicitur. Nam minus beatus est si dormiens viuunt, quàm si beatus viueret cum Christo. Ideo ille textus: *Si eum volo manere donec veniam,* intelligitur secundum Chryf. id est. nolo ipsum per martyrium consummari, sed *volo eum manere,* s. ad prædicandū, *donec veniam,* s. per mortem, & recipiam eum in æterna tabernacula. Et factum est: quia dicit Hiero. super epistolam ad Galat. Plenus senio, s. 99. annorum, foueam intrauit, & dulciter obdormiuit. Ratio cur eum à martyrio cōseruauit. Respondet, in recompensam illius doloris quem sub cruce perulit. O quis cogitare sufficit, quanta pœna eum repleuit, dum piissimus magister crucem sustinuit, in cuius pectore priore uolente recubuit, & ei dulcissimam matrem commendauit. Tertio Iesus dilexit eum post mortem: quia cōseruauit eum ab incarnatione, Vnde Leo pap. Veniant omnes gentes, & obstruiscant miraculum omnibus seculis inauditum, quod in sepulchro vbi est domus vermium, nascitur panis angelorum.

## De Innocentibus. ENARRATIO.

**O**ccidit omnes pueros qui erant in Bethlehẽ & in omnibus finibus eius. Matt. 2. **Q**ueritur loco thematis, cur hæc tria festa, Stephanus, Ioannes & Innocentium, sub vno natiuitatis dominicæ gaudio recolit Ecclesia? Respondet Bern. in sermone de Innocen. dicens: Christus natus est in hunc mundum, & pari pro nobis voluit: propter quod Ioannes Baptista dixit eum magnum immolandum. Ioan. 1. Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Et per se dixit Luc. 7. Oportet filium hominis multa pati & reprobari à generatione hac. & Ioan. 15. Non est factus maior domino suo: si me persecuti sunt, & vos persecuentur. Ex quibus quidem verbis elicitur, omnes fideles passuros. 2. Timoth. 3. Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur, & per consequens fore martyres. Innuit igitur Ecclesia in his tribus festiuitatibus triplex martyrium. Primum est voluntatis & operis, sicut B. Stephanus, qui fuit primus martyr post Christi resurrectione & ascensionem. Hinc est quòd statim post natiuitate Christi, sancta ma

ter Ecclesia ordinavit diem S. Stephani, quia dies martyrij sanctorum, dicitur dies natalis eorum. De quo Fulgen. Hic Christus natus est in mundo, ut hodie Stephanus nasceretur in caelo. Secundum est martyriū voluntatis & non operis, sicut Ioannis Evangelistæ, qui paratus erat pro Christo omnia supplicia sustinere, non tamē actu sustinuit. Ber. in sermone de Innoc. dicit, quod in pace vitam finiuit, diuini cōsiliij fuit, sicut ipse dixit Ioan. vlti. Sic eū volo manere donec veniam. Et quia minus est pati voluntate tantū, quā actū & voluntate: ideo Ecclesia post diē S. Stephani ordinauit diem S. Ioannis Evangelistæ. Tertiū martyrium est operis & non voluntatis: pueri innocentes vsū rationis non habētes, passi sunt, qui Deum non loquendo, sed moriendo cum sanguine suo confessi sunt, de quibus thema, *occidit omnes pueros.* Quia summa Euangelij duo innuuntur: Primò angelica admonitio, secundò tyrānica persecutio. Primū patet in principio: secundum ibi, *occidit omnes pueros.* De primo dicit, *Angelus domini apparuit in somnis Ioseph.* Ideo in somnis, ut cognosceret quod idem esset angelus qui prius apparuit ei ante natiuitatem pueri. Matth. Pro quo sciendū, quod in somnis accidit multæ apparitiones & visiones, aliquando delectabiles, aliquando tristes: & homines ex his voluit diuinare hoc vel illud bonū aut malum consequendū, quod non est faciendū. Ratio, quia dicit Aug. Somnium est figuris rectū, & sine interpretatione intelligi nō potest. Nam multa sunt genera somniorū quæ vt dicit Isido. ex diuersis qualitatibus oriuntur. Quædā ex saturitate & maceratione occurrunt. Secundò quædā ex cogitatione præuia. Nam vt dicit Isido. Sæpe quæ in die cogitamus, in nocte cognoscimus. Tertiò ex diabolica illusionē. Vnde Isido. Nonnullæ visiones spirituum dæmoniacorū sunt illusiones, qualis fuit visio vxoris Pilati: Matth. 17. Multa passa sum per visum propter eum, nihil tibi & iusto illi: vbi diabolus volebat impedire Christi passionē, & per consequens nostrā redemptionem. Quarta ex supernorū reuelatione, vt Ioseph Gen. 41. qui exposuit somniū Pharaoni, propter quod præficatur dominus ætæ præpositus totius Aegypti. Quintò permixtè oriuntur, scilicet ex cogitatione & illusionē. Sextò ex corporis dispositione, vt quando quis somniat comedere dulcia signum est quod phlegma dulce dominatur: sanguineus somniat æreæ & læta, melancholicus terra & tristitia, colericus ignea, phlegmaticus fluuios, niues & aquatica. Septimò ex corporū celestium impressione, quando virtus motuum superiorum peruenit ad imaginat

imaginacionem, tunc imaginantur in eis imagines illorum affectuum, ad quos motus caelestes disponunt; secundum quod virtus imprimens est fortior vel debilior, & secundum quod virtus recipiens est magis vel minus disposita, & secundum quod magis quæta ab aliis occupationibus. Ideo huiusmodi futura sciuntur in dormiēdo, quando anima vacat ab exterioribus motibus. Et præcipuē in nocte circa horam digestionis compleræ. Et per hunc modū quædam animalia cognoscunt futura, sicut pisces tempestatē prænantiant motibus suis, & in multis aliis animalibus: quia imaginaciones eorū magis quæta sunt quā humanæ, propter multiplices motus rationis: ideo magis dispositæ sunt ad impressiones cæli quā homines. Octauò oriuntur somnia ex cerebri perturbatione, vt patet in indispositis & phrenesin patientibus, qui mira somniant & inaudita secundū vaporem, cellulam phantasticam inficientem vel immutantem, ipsa somnia inficiuntur & immutantur. Non dō, oriuntur somnia ex sanguinis infectione. Qui enim corruptū habent sanguinem, somniant se ambulare per loca immunda. Ideo Isido. Ex diuersis imaginacionum qualitatibus oriuntur: tamen vnde veniant, raro consideratur: ergo eis credere non est opus, ne fortè sathanas in angelum lucis se transformas, fraude erroris decipiat. Ideo Eccle. 34. Multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. De talibus scribitur in cano. 16. q. 5. Episcopi, Stultus & hebes est, qui omnia quæ in spiritu fluunt, in corpore accidere arbitretur. Subdit: Nam qui talia credit, fidem perdit: qui autem rectam fidem non habet, hic non est eius, sed illius in quem credit, i. diaboli. Ideo prohibetur credulitas illorum. Leuit. 19. Non obseruabitis somnia. Ratio, Isido. lib. 3. de summo Bono: Dæmones vt fallant & illudant, aliquando vera prænantiant. Et subdit: Electi si huiusmodi visionibus commouentur, mox tamen euigilantes, illusionē vanitatis despiciunt, intentionē suam protinus ad Deū conuertunt. Ideo Cato. Somnia ne cures, quia scribitur Eccle. 34. Somnia extollunt imprudentes, quasi qui apprehendit vmbra & persequitur ventū: sic & qui attendit ad visa mendacia. Et tantum super isto verbo, *Angelus domini apparuit in somnis Ioseph.* dicens, *Surge, & accipe puerum & matrē eius, & fuge in Aegyptum.* Sunt duæ causæ propter quas fugit in Aegyptum, & non in aliam regionem. Prima causa est, propter Aegypti sanationem. Vnde Isaia 16. Et percutiet dominus Aegyptum plaga, & sababit eam, & reuertentur Aegyptij ad dominū & placabitur

cis, & sanabit eos. Vnde Chryf. Recordatus est dominus, quia mala fecit super Aegyptum, filium suum mittit, vt plagas Aegypti sua sanaret medicina. Hæc mutatio dextræ excessi, vt populus qui antea fuit persecutor populi primogeniti, potest fieret custos filij vnigeniti. Secūda causa, intravit Aegyptum propter futuræ religionis præfigurationem: quia Christiana religio intantum viguit ibi, vt cæteris confusionem induceret, sicut dicitur Ieremiæ 2. Ab Aegypto confunderis, quia multi sancti fuerunt de Aegypto, arduam Christianam vitam ducentes, vt sanctus Anthonius, sancta Maria Aegyptiaca, & cæteri. Chryf. Qui prius populo Dei violenter dominati sunt, isti cum deuotione Deo seruiuerunt: vt iam non irent ad mare Rubrum demergendi, sed vocarentur ad aquas baptismatis viuificandi. Vnde Isaia 19. Clamabunt ad dominum à facie tribulatis, & mittere eis saluatorem & propugnatorem, vt liberet eos. Ideo Aug. Aliquando Moses in Aegypto perfidis clauserat diem, illuc Christus adueniens, sedentibus in tenebris reddidit clarissimam lucem. Et subdit, *Et esto ibi vsque dum dicam tibi*, scilicet septem annis. *Futurum est enim vt: Herodes querat puerum ad perdendum eum.* Mistice dicit Leo Papa: Deus in nobis per affectum concipitur, scilicet boni operis, & per effectum nascitur: & per profectum, id est, augmentum virtutum nutritur & crescit. Sed quando Herodes, id est, diabolus, hoc attendit, tunc querit perdere eum. Vnde Bernard. Quicquid à Deo diligitur, diabolo impugnatur. Huius figuram habemus 2. Reg. 5. Philistæi audientes quod Dauid esset vnctus in regem, ascenderunt vniuersi vt quærerent Dauid ad perdendum. Huic simile habetur Apoc. 12. Draco stetit ante mulierem quæ peritura erat: vt cum pareret filium, deuoraret. Spiritualiter: Draco, id est, diabolus, obseruator callidus, quando bona opera agimus, querit quomodo resistat & occidat. Nam nulla est virtus quæ non impugnatur à vitio contrario. De quo habetur in Gloss. Nume. 13. Virtus si contrarietatem non haberet, non claresceret. Ideo vt simus cauti, hortatur Petrus 1. Petri 5. Vigilate fratres, quoniam aduertarius vester diabolus die ac nocte circumit, quærens quem deuoret. *Sed angelus domini apparuit in somnis*: hoc fit quando homo existit in diligenti consideratione sui ipsius & propriæ salutis. tunc meretur diuinam gratiam ipsum erudientem, quia dicit Augu. Semper præsto est gratia, si non fuerit repulsa, & de periculis imminetibus informat. Inspiratio omnipotentis, dat intelligentiam. Nam Herodes habuit dul-

cia verba & falsam intentionem. Et sic diabolus sub specie boni querit nos inducere ad malum. 2. Corint. 11. Sathanas transfiguratur se in angelum lucis. Greg. Sæpe vitia, virtutum specie assumuntur. 4. dist. sæpe. Sed dicit Psal. 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis, id est, inspirat tibi per angelum. *Surge*, scilicet mala cogitatione & imaginatione, qua te impugnat diabolus: & *accipe puerum*, id est, perpende conscientie puritatem, quam iucunda sit in anima. De quo Senec. Nunquam nascitur vera læticia, nisi ex pura conscientia. Bernar. Si trahit mundus, terret te diabolus, impugnat caro, illa semper est secura. *Et accipe etiam matrem*, id est, gratiam assistentem, quia sine gratia non possumus persistere in conscientie puritate. De quo S. Thom. lib. 3. contra Gentiles: Indiget homo gratia Dei auxilio, vt perseueret in bono. Ideo 1. Corint. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Ipsa est mater puritatis. Rich. Quid purgat & conseruat cordis intima, nisi Dei gratia? His habitis, *fuge in Aegyptum*. Aegyptus interpretatur tenebra, id est, vadit ad tenebras peccatorum. De quibus Roma. 15. Abiciamus opera tenebrarum. *Esto ibi*, scilicet septem annis, hoc est, attende & considera vniuersa mala quæ tibi intulerunt vitia tua. Et sunt septem. Primum malum, quasi primus annus, Dei est hostilitas. Vnde Ecclesi. 12. Altissimus odio habet peccatores. Nam si Deus peccatum non odiret, nunquam tot milia angelorum pro peccato cogitationis de celo repulisset. Item nunquam primos parentes & totum genus humanum in ipsis de paradiso expulisset, nec huiusmodi miseriis multiplicibus afflisset. Item si non odiret peccatum, nunquam totum mundum, octo animalibus deceptis pro semine reseruatis, diluuiio delesset. Idcirco peccare quidem nihil aliud est nisi Deum offendere, saltem mortaliter. Et Hier. Offenso Deo, nulla est loci religio, quia scribitur Sapient. 14. Odio sunt Deo impius & impietas eius. Secundum malum, quasi secundus annus, est omnium bonorum operum inualiditas. De quo Ezech. 18. Si se auerterit iustus à iustitia, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiae eius non recordabuntur, quia peccator in mortali, non est in Dei charitate. & dicit Grego. Qui non est in charitate, bonum quod agit, perdit, s. quod ad remunerationem regni celestis, licet aliàs remuneratur temporaliter, sed non in perpetua vita æternaliter. Ideo scribitur Eccl. 9. Qui in vno offenderit, multa bona perdet, &c. Tertium malum, quasi tertius annus, est conscientie poenaltas. De quo Aug. Domine, dixisti

& ita est, quòd omnis inordinatus animus sibi ipsi est pœna, s. propter remotum conscientia. Sap. 4. Venient in cogitatione peccatorum suorum, timidi. Senec. Nihil ita timidum facit animum, sicut reprehensibilis conscientia propter peccatum. Quartum malum, quasi quartus annus, est status periculositatis. Ioël. 2. Qui scit si conuertatur & ignoscat Deus? Nam peccator habet se sicut piscis intrans hamum per se, exire autem per se non potest: sicut peccator à seipso sine gratia Dei auxilio non potest pœnitere. De quo Aug. Verè pœnitere nò est hominis sed Dei gratia. Ideo scribitur Osee 13. Perditio tua ex te, saluatio autem ex me. Idcirco hunc periculosum statum debemus cauere. Eccle. 21. Quasi à facie colubri fugè peccata. Ratio, Eccle. 3. Qui amat periculum, peribit in illo. Quintum malum, quasi quintus annus, est animæ captiuitas, Proue. 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quisque constringitur. Ex his funibus ducet te in carcerem infernalem. Achan. Qui mala egerunt, ibunt in ignem æternum. Sextum malum, quasi sextus annus, est animæ mortalitas, quia mors animæ sequitur istam captiuitatem. Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Sapien. 16. Homo per malitiam occidit animam suam: licet corpus viuit, tamè anima mortua est coram Deo. Aug. Vita, animæ Deus est, & qui se separat ab eo, mortuus est. Sic est omnis peccator in mortali. Isa. 59. Iniquitates vestra diuiserunt inter vos & Deum. Et per consequens tradunt animam in mortem. Ratio, Roma. 6. Stipendia peccati mors est. Septimum malum, quasi septimus annus, est damnationis æternalitas. Psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendaciù. Glo si non pœnitentiã egerint. Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Matth. 7. Omnis arbor quæ non facit fructus bonos, excidetur, & in ignem mittetur. Ideo Ezech. 20. Recordamini scelera vestrorum, id est, damna scelerum, & displicebitis vobis in còspectu vestro, quia *Herodes. i. diabolus: querit occidere puerum*, i. puritatem animæ, si non recordatus fueris peccati damna. Dixi, secundo subiungitur tyrãnicæ persecutio, dicès: *Herodes iratus, mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehẽm*. Chry. hom. 9. Super Mattheu, inuenitur contra eum dicens: Cur iratus es Herodes illusus à Magis? non cognoscis quoniam diuinus erat parrus? nòne tu principes sacerdotum vocasti? nòne scribas congregasti? nòne illi tibi prophetam induxerunt hoc antiquitus prædicantè? nòne vidisti vetera

nouis

nouis cõsonantia: scilicet Gentiliæ plebem & Iudaicam? Nòne au diuisti quia his monstrauit stella, illos verò admonuit apparitio angelica & lux cœlica? Nòne reuerit es studiũ barbarorum; nòne admirarus es præsentiam eorum: nòne ex his omnibus reputare debuisti, hæc omnia nò esse deceptionis, sed diuinæ virtutis? putas te illum pendere què Deus producit? O Herodes, non vis eum regnare in Iudæa? velis nolis, regnabit in cœlo & in terra. Sunt plerique qui dicunt Herodem pessimè egisse in occisione puerorum, vt verum est, attamen sunt sex genera parentum qui occidunt pueros suos. Primi sunt, qui scièter rei sunt, quòd pueri in vtero matris sine baptismo decedunt, & hoc est graue homicidiũ, quia ibi corpus & anima occiditur. August. Maius est damnum in amissione vnius animæ, quàm corporum mille: ergo mater quæ est prægnas, sollicitudinem debet habere de illo thesauro quem portat in vtero, ne fiat occasio damnationis illius pueri. Similiter viri debent parcere mulieribus prægnantibus, nec eas terrere, nec turbare, nec verberare, imò sibiipsis subtrahere in comedendo & bibendo, & impertiri suis mulieribus prægnantibus & eis seruire, exemplo Mariæ, quæ tribus mensibus seruiuit Elizabeth. Sed heu aliqui percutiunt prægnantes, calcant, tridunt, ipsis maledicunt, & sic rei erunt in pueris. Similiter peccat illæ mulieres, quæ se super hoc remittunt quòd prægnantes sunt, & scièter maritos suos offendunt. Similiter graue peccat illæ antiqua vetula, quæ abortum vel sterilitatè procurant in aliqua muliere vel iugine. Similiter istæ ancillæ cum peccato & scandalo concipiunt & postea propter verecundiam humanam eos pueros scièter occidunt: quod animal irrationale non faceret. Secundi, parentes illi qui pueros suos nimis diligunt. Sed dices: Num debeo puerum meum diligere? Respondetur, imò debes puerum tuum diligere, sed ordinatè infra Deum. Nam aliqui pueros suos vltra Deum diligunt, & habent maiorem complacentiam in pueris quam in Deo omnipotenti, & potius videt pueros, quam Deu: & sic qui plus pueros quam Deu diligunt, eosdem pueros Deu suum faciunt. Aug. Hoc ab homine collitur quod præ cæteris diligitur. Vnde etiã Hier. Quodcũque vnusquisq; super Deu vel æqualiter Deo diligit, hoc sibi pro Deo præstituit. Et Deus quandoq; ex sua bonitate subtrahit eis illos pueros, vt ipsi parètes cor suu e conuerso ad Deu erigant, & Deu diligant. Et ergo est vna ratio quare illi pueri qui sunt multi affabiles, pruderes, & pulchri, citò moriuntur, quia paren

parentes cum nimio affectu eos diligunt, & cum nimia solitudine secundū cursum mundi eos nutriunt, & intendunt ex ipsis facere magnos dominos, & magnas diuitias congregare volunt, nō curantes an iustē vel iniustē acquirant. Et propter illam solitudinem quam habent ad pueros, obliuiscuntur Deū, & seipos negligunt in salute animarū, & damnant se ipsos. Vnde Mat. 10. Qui amat filium vel filiam plus quā me, non est me dignus. Et filij tales si vixerint, & scienter possederint bona malē acquisita, damnantur, & impletur illud Marc. 13. Tradet pater filiū suum in mortē. Tertij parentes sunt, qui informant pueros suos à malis, f. chorizare, superbiere in vestibus, faciē depingere, crispas crines facere. Et ipsi parentes rei erunt omnium peccatorū, quæ ex mala informatione addiscunt & postmodū faciunt. Et sic implebitur in parentibus illud Deu. 32. Immolauerūt filios & filias suas demonibus. s. per mala documenta. Quartj parentes sunt, qui pueros nō corrigunt cū deliquerunt, cum tamen tenentur, iuxta illud Prou. 23. Noli à puero subtrahere disciplinā: si enim percusseris eū virga, non morietur. Tu virga percutis eū, & animā eius de inferno liberabis. Signanter si filij sunt rebelles & proterui, tunc sunt castigandi verberibus. Eccl. 30. Non des illis potestatem in iuuentute, curua ceruicē eius, & tunde latera eius dū infaus est, ne forte induretur & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ, sicut Heli. 1. Reg. 2. Quod tractās Ruper. li. Sap. dicit: Heli sacerdos propter negligentiam castigandi filios, damnatus est. De quo & Beda: Heli filios delinquentes ferire noluit: ideo seipsum apud Deū crudeli dānatione percussit: quia cū audiuit arcā captā à Philistæis, & filios occisos in prælio, cecidit retrorsum de sella & expirauit. Ecce quā mala dilectio est, non corripere filios: imō magis est odiū: Prou. 13. Qui parcit virgæ odit filiū. Quinti parentes, sunt qui malū exemplum præbent filiis, & per hoc spiritualiter eos occidūt Aug. Qui in conspectu populi malē viuūt, quantū in illo est, eū quo attenditur occidit. Pueri enim illa quæ vident à parentibus fieri communiter imitantur, siue bonū, siue malū. Si vidēt eos ieiunare, libenter orare, Ecclesiam frequentare, misericordiam exercere, Deum timere, pacem cum familia tenere, imitantur eos. Si autem vident eos Ecclesie ieiunia soluere, festa nō celebrare, rarō Ecclesiam visitare, ad tabernas ire, audiunt blasphemare, maledicere, etiam sequuntur eos: Et pro his malis exemplis filij sequentes damnantur, & parentes similiter, si non pœnitent. Vnde Grego. in Moral. Tot mortibus quis dignus

dignus est, quot exempla prauitatis in posteros transmittit. Sexti parentes sunt, qui res iniustas pueris relinquunt: illi dānant seipos, similiter & pueros. 14. q. 6. Si res reddenda est, & non redditur, pœnitentia nō agitur, sed simulatur. Aug. Si tenes ouelis, teneris à diabolo. Et quot denarios malē acquisitos pueris relinquunt, tot gladiis eos transfigunt. Et implebitur in eis illud Eccl. 41. De patre impio queruntur, i. conque runtur filij, quoniam propter ipsum dati sunt in opprobrium, s. sempiternū. Signanter cum scienter possident, quia faciens & consentiens, eadem pœna puniuntur, vt habetur in cano. 2. q. 1. Notum sit. & 3. q. 4. consanguineorum: quia scribitur, Eccl. 21. Stuppa collecta synagoga peccantium. Item notandum est quōd festum Innocentium & aliorum martyrum solenniter est peragendum. Et hoc propter tria. Primò propter tempus: nam ipsi primi martyres sunt, qui pro Christo post eius natiuitatē martyrizati sunt. Nam triplex est martyriū. Primum voluntatis & operis, sicut B. Stephani & Laurentij. Secundū voluntatis & non operis, sicut Ioannis Euangelistæ & B. Martini, qui habuerūt voluntatē & affectum sustinendi martyrium, quamuis non sunt passi. Tertium est martyrium operis & non voluntatis, sicut pueri innocentes, & visum rationis non habentes: qui Deum non loquendo, sed moriendo & cum sanguine suo confessi sunt, & sic in sanguine suo baptizati sunt. Et propter illud triplex martyrium, illa tria festa sunt immediatē post festum natiuitatis instituta. Primò festum S. Stephani, qui est martyr voluntate & opere. Post hoc festum S. Ioannis, qui fuit martyr voluntate & non opere. Tertio festum Innocentium, qui fuerūt martyres opere & non voluntate. Nam dicit S. Thomas: Deus suppleuit in eis per gratiam, quod defuit in rationis efficacia in eo quōd propter Christum passi sunt. Secundò hoc festū Innocentium est commendabile propter numerum, quia tot sunt quōd numerus eorum incertus est. Sed Ecclesia peragit numerū eorum secundum visionem quā vidit S. Io. Apoc. 14. Vidi agnū supra montem Sion stantem, & cum eo 144. millia habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Modò si laus & festum vnus sancti est laudabile & acceptum coram Deo, quid tunc laus tot sanctorum Innocentium? Et si Deus exaudit preces vnus sancti vel hominis, vel duorum vel triū in nomine ipsius congregatorum, quid tunc vbi tot sancti simul congregati? Etiam si honorandus est sanctus vnus, nonne tunc tot millia sanctorum sunt veneranda? Ter-



tiò propter locum, quia in Bethlehem occisi sunt, & in omnibus sinibus eius, in quibus Christus quaesitus est & fugit, & beatissima mater eius & Ioseph in exilio positi sunt cum puero Iesu in tam tenera ætate, &c.

*De Circuncisione Domini.*

ENARRATIO.

**V**ocatum est nomen eius Iesus. Luca 8. ¶ In summa Euangelij duo innuuntur: Primò circuncisio Christi pœnalis & dolorosa. Secundò impositio nominis salutaris & gaudiosa. Primum ibi: *Postquam impleti sunt dies octo.* Secundum ibi: *vocatum est nomen eius Iesus.* De primo dicit: *Postquam impleti sunt dies octo, s. à natiuitate, vt circuncideretur puer,* intellige secundum quod scribitur, Genes. 17. *Infans octo dierum circuncidetur.* Non ante octauum diem, quia puer erat nimis tener: propter quod dicit Bona. super 4. Senten. *Non potuerunt præuenire tempus, neque differre, nisi dominus dispensasset cum eis: & puer mortuus ante octauum diem, saluabatur in fide parentum.* Sed si ex negligentia non circuncideretur octaua die, & moreretur post octauam diem, non saluaretur puer. Ratio Bona. quia currente circuncisione, alia remedia non disponebant paruulum masculum, nisi cum hac conditione, quòd esset impossibile ad implendum mandatum. Sicut in deserto dispensabat Deus cum eis. Et hoc duplici de causa. Primò propter periculum, quia ad modum nubis mouebantur, eò quòd in columna nubis ducebat eos, & sic fuissent in periculo mortis propter instabilitatem. Secundò in figura, vt vna generalis circuncisio fieret in terra promissionis, quæ fuit figura æternæ vitæ, vbi circuncidemur ab omni defectu. Sed diceret: *Quæ est ratio quòd fides Ecclesiæ nunc non saluat pueros ante baptismum, sicut tunc ante octauam diem circuncisionis?* Responder S. Tho. in 4. d. 1. dicens: *Fides nunc sufficit sed hoc non est propter minorè efficaciam fidei, sed propter obligationem ad sacramenta quæ præcepta sunt. verbi gratia: Sicut religioso non sufficit obseruantia mandatorum sine obseruantia professionis suæ, non ex eo quòd obseruantia mandatorum sit minoris efficaciam, sed quia obligatio est maior quæ se obligauit vltra mandata ad quæ teneretur: quia illud tenetur facere, sed istud non omittere.* Secundò ideo, quia baptismus propter sui generalitatem & perfectionè & temporis indeterminationem alia remedia euacuauerat: nò sic circuncisio, sed admisit aliud remedium ante octauum diem. Item nota quòd circuncisio fuit data Abraham in nonagesimo anno, & data fuit viris in remedium peccati originalis. Sed pro femelle

suffic

sufficiebat professio fidei mediatoris à parentibus, vel ab his qui gerebant curam paruulorum. Sed diceret: *Cur generi masculino data fuit circuncisio in remediù peccati originalis?* Responder quòd ideo, quia peccatum viri quòd ad affectù, fuit grauius peccato mulieris. Dico notanter quòd ad affectù, quia dicit S. Tho. 2. 2. q. 163. ar. 4. *Respicendo genus peccati, peccatù vtriusque fuit æquale, quia superbia.* Sed quantù ad speciem, tunc grauius peccauit mulier: quia nò solum peccauit, sed virum ad peccandum induxit. Sed quantum ad conditionè personarum, tunc peccatum viri est grauius ratione perfectionis quia erat perfectior muliere: sed quantum ad effectù, est maius peccatum viri, s. Adæ. De quo Aug. in Enchiridio, dicit: *Adæ peccatum vitiauit totum genus humanum.* Nam si vir nò peccasset, peccatum ita diffusum per totum genus humanum non fuisset, vt dicit Magister in 2. dist. 22. Et Apost. Rom. 5. *Per vnum hominè peccatù in mundum intrauit, s. per virum & mulierem, vbi duo in carne vna, per mulierè sensibiliter vel specialiter, sed per virum damnabiliter.* Sed diceret: *Vtrum circuncisio conferebat gratiam?* Responder S. Tho. in 4. d. 1. quòd sic: quia quod in nobis operatur baptismus perfectè, hoc cauauit circuncisio imperfectè. Et sic in circuncisione dabatur gratia, scilicet paruula respectu baptismi: quia non ita abundè restringebat fomité peccati sicut baptismus. Sed diceret: *Quare voluit Christus circuncidi, cum circuncisio data est in remediù peccati originalis: ipse autè est & fuit immunis ab omni peccato?* Responder S. Tho. part. 3. q. 37. ar. 1. vt veritatem humanæ carnis ostenderet contra Manicheum, qui dixit eum habere corpus phatasticum. Ideo voluit effundere sanguinè suum, vt se verum hominem demonstraret. Secundò, vt circuncisionem approbaret. De quo apost. Rom. 15. *Dico Christum Iesum fuisse ministrù circuncisionis, propter confirmationem promissionum patrum.* Tertiò, vt se de genere Abraham demonstraret, cui data est primò circuncisio. Quartò, vt à Iudæis excusationem tolleret, qui se excusassent quòd eum non receperunt, quia non esset circuncisus. Quintò, vt obedientiæ virtutem commendaret, in eo quòd ipse legi obediuit. Matth. 5. *Non veni solue re legem, sed adimplere: aobis in exemplum, vt obediatis præceptis Dei & Ecclesiæ: verbi gratia: Ecclesia statuit semel in anno ad minus confiteri, & eucharistiã sumere, de pœnit. & remissio. Omnis vtriusque sexus. Et posito casu, quòd homo nullum haberet peccatum mortale, æquè bene semel in*

anno

anno debet confiteri sua venialia peccata propter obedientiam præcepti. Nam si Christus qui peccatum non fecit, nec vestigium vulneris habuit, ligaturam vulneris recepit, multo magi nos non debemus vereri. Eccle. 1. Non confundaris pro anima tua dicere verum. Sexto, ut spiritualis circumcisio ne doceret. Dicit enim Aug. in lib. de doct. Christiana: Omnis Christi actio, nostra est instructio: non corporalis, sed spiritualis. Sicut mortui sumus spirituali morte, eo moriente, sic circumcidi debemus spirituali circumcisioe, eo quod inquit August. in cano. de consecra. dist. 4. c. Ex quo. quod circumcisio carnis erat signum iustificationis & purgationis animæ. Bern. Quid prodest circumcisio corporis sine circumcisioe mentis quod d. nihil. Ideo circumcisio corporalis iam cessauit. Dicit S. Tho. super 4. dist. 1. quia quando venit quod perfectum est, cessare debet quod imperfectum est. Sed baptismus est perfectior circumcisioe. Primo ratione significationis, quia exterior ablutio significat interiorem, non solum ab originali, sed etiam ab omni actuali peccato in adulto Iudæo vel Gentili baptizato. Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Secundo ratione efficacis operationis, quia abundantior gratia datur ad bene operandum & ad fomitem restringendum. Tercio, ratione generalis obligationis: quia circumcisio habuit determinatum populum, scilicet Iudaicum. Nam licet alios etiam posset saluare, ut Gentiles: non tamen tenebantur, nec obligabantur. Etiam habuit determinatum sexum, ut virilem. Etiam habuit determinatum tempus: baptismus vero est communis omnibus hominibus, & ad eum obligantur omnes saluari volentes, si eum habere possunt, ut dicit Saluator Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei. Circumcisio vero non fuit talis perfectionis & obligationis: ideo debet cessare. Sed diceres: Quo modo debet vel potest cessare cum scribatur Genes. 17. quod datur in fœdus æternum? Respondet S. Thom. super 4. Verum est quod ad signatum, & quantum ad id quod successit. Vel aliter: æternum capitur pro seculo, id est, tempore longo. Iere. 2. A seculo fregisti iugum meum, id est, a longo tempore. Ideo non circumcisio corporis necessaria est ad salutem, sed cordis. De qua Deute. 10. Circumcidite præputium cordis vestri. Bernard. Nos circumcidi necesse est non litera, sed spiritu: non in vno membro, sed toto corpore. Primo circumcide oculos à visione vanitatis. Ps. 118. Auerte oculos meos ne videat

van

vanitates. Conqueritur enim Ierem. Thren. 3. Oculus meus deprædatus est animam meam. Dicit namque Aug. Non dicitis vos habere animos pudicos, cum habetis oculos impudicos: quia impudicus oculus, impudici cordis est nuntius, ut habetur etiam in cano. 31. q. 5. Nec solo. Et sic circumcidit Iob oculos suos. Tob 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Secundo debes circumcidere aures ab adulationibus & detractionibus audiendis. De quo Eccle. 28. Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire & verba detractionis: quia dicit Bern. in lib. de consider. DetraCTOR & libens auditor, uterque portat diabolum in lingua sua. Ps. 100. Detrahentem secretum proximo suo, hunc persequerbar. Rom. 1. DetraCTores Deo odibiles. Ideo Eccle. 18. Sufurro & bilinguis maledictus. Tercio debes circumcidere os & linguam à mendaciis. ad Ephe. 4. Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo: quia scribitur Sap. 1. Os mendax necat animam. Ideo habetur in cano. 22. q. 5. caute. Cauete fratres mendacium, quia omnes qui amant mendacium filii sunt diaboli, eod quod scribitur Ioan. 8. Mendax est & pater eius. O quot sunt in circumcisur labiis, & volunt esse religiosi, non refranantes linguam! Iacob. 1. Si quis putat se religiosum esse, non refranans linguam suam, huius vana est religio, Iac. 3. Lingua nostra vniuersitas iniquitatis, ideo necessaria est circumcidi. Eccle. 28. Verbis tuis frateram facito, & fratros ori tuo rectos. Iaco. 1. Qui in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Quarto debes circumcidere cor à malis cogitationibus. Isa. 1. Auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Ratio, Sapient. 1. Peruersæ cogitationes separant nos à Deo. Ideo Aug. in epist. ad Demetriadem virg. Ne dixeris, cogitavi malum, sed non feci: hoc cogitare crimen est, quod facere nefas est. Ideo Iac. 4. Purificate corda vestra, scilicet à malis cogitationibus. Sap. 1. In cogitationibus impij interrogatio erit. Ideo August. Quicquid pudet dicere, pudeat & cogitare. Quinto debes circumcidere manus ab operibus malis. Iac. 4. Emundate manus peccatores. Ratio secundum Ps. 17. Secundum puritatem manuum mearum retribuere mihi. Apoc. 14. Opera illorum sequuntur illos. Mart. 16. Filius hominis venturus est in gloria patris sui, & tunc reddet vnicuique iuxta opera sua. Sexto debes circumcidere pedes, id est, affectiones & voluntates prauas. Aug. Pes animæ amor est, & affectio eius, seu voluntas. Bern. Homini Deum habere volenti semper scrutanda est conscientia quid vult. Nam sicut pax est ho-

Pars Hyem.

h h

minibus bonæ voluntatis, sic damnatio est his qui sunt malæ voluntatis, quia scribitur in cano. 56. di. Nasci. Voluntas hominis est origo vitij & virtutis. Septimò, debes circūcidere totū corpus à carnalibus desideriis & à voluptatibus. 1. Pet. 2. Obsecro vos abstinere à carnalibus desideriis, quæ militat aduersus animam. 2. Corint. 10. Arma militiæ nostræ nō sunt carnalia, sed spiritualia. Rom. 8. Qui secundum carnem sunt, Deo placere nequeunt. Ideo Gala. 5. Spiritu ambulate, & desideria carnis nō perficietis: quia si secundum carnem vixeritis, moriemini. Rom. 8. Aug. O quā parua est cōcubitus hora: per quam perditur vita æterna. Octauò, debes circūcidere omnes mores & omnem vitā tuam à praua consuetudine. De qua in cano. dist. 8. mala. Mala cōsuetudo quasi pernitiosa corruptela est vitanda: quia dicit Arist. 7. Ethic. Difficile resistitur consuetudini quæ assimilatur naturæ. Ierem. 13. Sicut Æthiops non potest mutare pellem suam, &c. sic vos non poteritis benefacere cum didiceritis malum. Sapien. 14. Conualecēte antiqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est. Ideo exclamat Chry. O infelix consuetudo peccandi, quā rō magis peccant, tanto minus intelligunt. Grego. Hoc non erat consuetudini licitum, quod rationi est prohibitum, & dicunt tunc: Ante centum annos & ultra homines chorizabant, & gulosē viuebant, vel sic pomposē incedebant. Audi quid scribitur de testibus & attestationibus: Tantò grauiora sunt crimina, quantò diutius infelicem animā detinent alligatā. Similiter in cano. 24. quæst. 7. Schisma: Cōsuetudo mala quantò diuturnior, tantò pernitiosior: ideo est circūcidenda. Idcirco noli allegare, Ego nō solus sum, plures etiam faciunt hoc. Responderit hic Hier. Multitudo sociorum nō sinit crimen impunitū, vt scribitur in cano. 1. quæst. 1. multi: & nō minus ardet, qui cum multis ardet. Et sicut circūcisio corporis fiebat petra acuta materiali, & sic secundum Bern. petra acuta compunctionis circūcidatur vulnus criminis. Et hoc quātum ad primum. Dixi, secundò subiungitur impositio nominis saluatoris: ibi, *et vocatum est nomen eius Iesus* id est, Saluator. Et merito: quia propter nostram salutem venit in mundū. 1. Timot. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Licet plures fuerunt isto nomine vocati, hoc erat solū secundum aliqualem & tēporalem salutem, nō autē æternalem & totalem. Item nota, tres fuerunt illius nominis, qui temporalem salutem exhibuerunt populo Dei. Primus fuit Iosue. De quo Ecclēsi

clēsi. 46. Fortis in bello Iesus filius Naue, successor Mosi. Nam sicut per Iordanem sicco pede populum duxit in terrā promissionis, Iosua 4. Sic noster Iesus omnes saluandos in limbo detentos, duxit in cælum, & nobis ianuam aperuit vitæ: vt patet Actū. 1. Secundus Iesus fuit filius Sirach, qui fuit doctor, & composuit Ecclesiasticum, vt dicit Hier. in prologo. Hic docuit vitare, & virtutes operari. De quo Eccle. 2. Fili, si peccasti, non adicias iterum sed de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur, quasi à facie colubri fuge peccata. Et sic noster Iesus, Ioan. 8. & 7. Vade & iam amplius noli peccare. Secundò docuit virtuosē viuere. Eccle. 2. Fili accēdens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timote. Inclina aurem tuā ad verba intellectus, vt in nouissimo crescat vita tua, in dolore sustine, in humilitate patientiam habe, crede Deo, & recuperabit te. Et sic noster Iesus docuit virtutes. Mat. 5. Beati pauperes spiritu, beati mites, &c. Tertius Iesus fuit magnus sacerdos. De quo Zachariæ 3. Ostēdit mihi dominus sacerdotem magnū Iesum stātem coram angelo domini. Iste fuit auus illius qui composuit Ecclesiasticū. hic Iesus hostias pro populo obtulit, vt decet summū sacerdotem. De quo Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Sic & noster Iesus semetipsum obtulit pro peccatis nostris. De quo Apost. Hebræ. 9. Semetipsum obtulit Deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis. Hic orauit pro populo, sicut decet sacerdotem, vt dicit Hiero. in cano. 10. quæst. 1. quia: Sacerdotes pro omnibus debēt orare, quorū eleemosynas & oblationes accipiūt. Et sic Christus summus sacerdos orauit pro nobis. Hodie orat corā Deo patre, Heb. 8. Accēdens per semetipsum ad Deū, semper viuens ad interpellandū pro nobis. Ideo magis congruit sibi hoc nomē Iesus: quia ipse est verus, totalis & æternus saluator. Ideo dixerunt Samaritani, Ioan. 4. Nūc cognouimus & scimus quia hic est verē saluator mundi. Nam omnia illa quæ isti tres prænominati in se ad salutem populi habuerunt, Iesus noster in se perfectissimē habuit. Fuit doctor cum Iesu filio Sirach in prædicatione, fuit sacerdos magnus in passione, fuit dux populi fidelis in ascensione. Sed diceret: cum Iesus sit proprium nomen eius, quare nō nominamur à Iesu saluati, sicut à Christo Christiani? Respondetur quod hæc duo nomina, Iesus Christus, specialiter dño nostro cōueniūt. Iesus est nomē personæ, & cōuenit ei secundū diuinitatē, ob hoc in presenti, non de nomine saluati,

Christus verò nomen dignitatis, & conuenit ei secundum humanitatem, & ob hoc in presenti denominamur à nomine dignitatis: quia debemus esse reges spirituales, spiritualiter nos regentes, & sacerdotes spirituales, spirituales hostias offerentes. Apoc. 1. Fecit nos Deo nostro reges & sacerdotes. Et 1. Pet. 2. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, &c. Hæc est ratio quare nunc Christiani dicuntur à Christo, sicut prædixit Isa. 65. Seruos suos vocabit alio nomine, scilicet ut non dicantur Iudæi, sed Christiani. subdit: *in quo quæ benedictus est super terram, scilicet benedictione gratiæ, bene dicitur in Deo, scilicet benedictione gloriæ.* Sed vix illis qui tantum participant nomen, & non rem: quia opera Christianorum non habent. De quibus Orig. Audite deinde, audite negligentes, qui speratis in hoc saluari quod Christiani appellamini, & Christianorum opera non facitis, cum dicat Saluator noster, Matt. 7. Non omnis qui dicit mihi. Domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei. Ideo Aug. Frustra Christiani nomen sortitur, qui Christum minimè imitatur. Nam Christiani nomen non saluat hominem, sed virtus. 1. Corint. 4. Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute. Ideo Chryf. Qui non conuersatur secundum Christi verbum non intrabit in regnum cælorum. Isti bene nominantur Christiani, sed non denominantur, quia denominatio, est participatio rei & nominis. Et tunc in futuro dicemur saluati, qui con summabimur in salute, & confirmabimur, ut iam non possimus illam amittere. Vnde Isa. 51. Salus mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet.

## De Epiphania Domini. ENARRATIO.

Videntes autem Magi stellam: gausi sunt gaudio magno valde, Mat. 2. & legitur in presentis festiuitatis euangelio. Peccatù primorum parètum intulit nobis tria mala, scilicet excæcationem, inquisitionem, & afflictionem. Contra hæc tria mala Christus Iesus hodie attulit tria remedia, ratione quorum remediorum præsens festum tria sortitur nomina. Primum malum est animæ excæcatio. Sophoniæ 1. Ambulauerunt ut cæci, quia ad ratam cæcitatē venerunt, & diuinum honorem lignis & lapidibus impendebant. ut Gêtilis, de quibus Pl. 81. Nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulat. Ro. 1. Obscuratū est insipie cor eorum. Et subdit: Qui mutauerunt veritatem Dei in mendacium, coluerunt, scilicet idola, & seruiuerunt potius creaturæ quam creatori. Contra hanc cæcitatē Christus hodie attulit remediū scilicet stellam fulgentem ad illuminandum illorum cæcitatē, gratiam.

gratiam suam. Isa. 42. Dedi te in lucem Gentium, ut apertires oculos cæcorum. deo hortatur hodie Ecclesia in lectione, de qua Isa. 66. Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, scilicet gratiæ contra tenebras mētis. Isa. 9. Pöpus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, scilicet stellam fulgentem, & habitantibus in regione vmbra mortis, lux orta est eis, scilicet gratia illuminans intellectum. Propter hoc temedum dicitur hoc festum Epiphania, ab epi. id est, supra, & phanos apparitio: quia tunc de sursum stella apparuit, & Magis Gentilibus Christum dominum verum adorandum demonstravit, & ad præsepe suum in tredecimo perduxit. Secundum malum fuit inquisitionatio conscientie. De quo Prouer. 80. Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum à peccato? quia si diceret, nullus. Omnes declinauerunt, corrupti sunt, abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis Iob 15. Cæli non sunt mundi in conspectu eius, quanto magis inutilis homo? Contra hoc malum attulit remedium, quod in tricesimo anno suæ ætatis baptizatus est. Ideo hoc festum dicitur Theophania, à theos quod est Deus, & phanos apparitio, quia tunc trinitas apparuit, pater in voce, filius in carne, spiritus sanctus in columbæ specie: ad designandum nostram purificationem in aqua & spiritu sancto faciendam. De qua Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis spiritum nouum, quæ mundatio necessaria est ad salutē. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Tertium malum est mentis afflictio. De quo Isa. 1. Omne caput languidum & omne cor mœrens, scilicet ratione culpæ. Aug. Omnis inordinatus animus est sibi ipsi pœna. Ideo Eccl. 7. Cuius dies eius ærumna pleni: vidi in omnibus vanitatem & afflictionem spiritus. Contra hoc malum attulit hodie remedium, quod in 31. anno mutauit aquam in vinum, ad designandum quod aquam afflictionis vellet mutare in vinum consolationis, iuxta illud Ps. 92. Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuas lætificauerunt animam meam. Quod utique promissit Isa. vlt. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos: dicit dominus. Et per se in humanitate dixit Ioan. 16. Tristitia vestra verterur in gaudium. Ideo hoc festum dicitur Behrphania, à beth quod est domus, quia in miraculo factio hodie in domo, verus Deus apparuit: ideo hæc tria miracula recolit hodie Ecclesia legens & canens: Hodie tribus miraculis ornatum diem colimus, hodie stella Magos duxit ad præsepium.

hodie vinum ex aqua factum est, hodie Christus à Ioanne baptizari voluit, vt saluaret nos. De primo autem agitur hodie. De quo thema: *Videntes stellam gausti sunt gaudio magno.*

¶ In summa verborum euangelij tria tanguntur. Primò, Magorum diligens indagatio & amorosa. Secundò prauorum ingens perturbatio & maleficiofa. Tertio, deuotorum feruens adoratio & gloriofa. Primum ibi: *cum natus*: secundum ibi:

*Adiucis autem Herodes rex turbatus est.* tertium ibi: *introeites domum inuenerunt puerum.* De primo dicit: *Cum natus esset Iesus*, id est, saluator de virgine, scilicet temporaliter, qui est genitus à patre aeternaliter. De quo Fulgen. in sermone hodierno: Puer Iesus paruus in præsepio, sed immensus in cœlis: vilis in panis, sed pretiosus in stellis: permittit se in terris manibus portari, sed præcipit sibi cœlestia famulari. Quid ergo infantulam attendis aetatem, & eius non intelligis potestatem? Hic ille natus est nuper in terris à matre, qui ab auo genitus est à patre. Sed vbi in terris? Subdit: *in Bethlehem Iudæ.* ad differentiam alterius Bethlehe, quæ est in Galilæa in tribu Zabulon.

De quo legitur Iosue 19. Sed quo tempore? Subdit: *In diebus Herodis regis.* Sed dices: Quare Euangelista Mat. non scribit tempus natalis domini penes Octavianum imperatorem, sed penes Herodum? Respon. illius sunt tres causæ. Prima quia Mat. scripsit Euangelium suum Iudæis, ideo fecit mentionem de rege Iudæorum, & non de imperatore Gentilium. Secunda ratio, vt ex hoc probaretur verus Messias Christus natus, quia regnabat alienigena, & non habuerunt regem de stirpe Iudæorum, iuxta prophetiã Daniel. 9. Cum venerit sanctus sanctorum, cessabit vinctio vestra. Tertio, ideo vt in hoc ostenderetur. Dei magna misericordia. Nam Iudæi fuerunt in magna tribulatione, eò quod perdidierunt regalem dignitatẽ, vt super eos regnaret tyrannus Herodes, ideo tunc misit eis maximam consolationem, scilicet filium suum. Ideo scribit eis Mat. quasi pro consolatione natiuitatẽ Iesu in diebus Herodis regis, secundum quod prædixit Isa. 19. Clamabunt ad dominum à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem. *Ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam.* Consuetudo est autem, quando rex vadit accipere regnum, tunc veniunt ad eum milites curiæ suæ, vt de sua sublimatione in regnum, cõgandant, & gratias Deo referant. Veniunt populares, vt dominum suum cognoscant: veniunt principes & barones, vt munera offerant & homagium præstent, & fidelitatẽ faciant. Spiritualiter, sic Christus Dominus habuit duplex regnũ, scilicet terreste & cœlestẽ. Regnum cœlestẽ

pacificẽ obtinebat, regnum autem terrestre diabolus sibi vsurpauerat. Ideo Christus Iesus venit in hunc mundũ, vt diabolus de regno eiiceret, & regnũ suum recuperaret. Ideo ipse dixit, Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Venerunt ergo primò ad visitandũ gratiæ suæ cœlestis, de sua sublimatione gaudentes, & Deo gratias referentes, dicentes: Gloria in excelsis Deo. Secundò venerunt populares, i. pastores, & ipsum in cognitionẽ dominij visitaerunt, & gratias refererunt Luc. 2. Reuersi sunt pastores, laudantes & glorificantes Deũ. Tertio, venerunt principes, vt Magi hodie adorantes & munera offerentes. De quo text. *Ecce Magi venerunt.* Glo. Non malefici, sed sapientia magni. Dicit enim Chryf. quod fuerunt sapientissimi, maxime in astronomia, & tenuerunt prophetiã Balaam, Num. 24. Orietur stella ex Iacob, & confurget virga de Israël, & percutiet duces Moab. Hanc prophetiã intellexerunt de nascituro in Iudæa. Et vt postea habere tempus illius stellæ in monte altissimo vbi erat aer serenissimus, nomine Faus, construxerunt palatium miræ pulchritudinis, & elegerunt 12. sapientes doctores in astronomia, quibus dederunt omnia necessaria, vt eò diligentius possent perscrutari tempus illius stellæ, & vno illorum mortuo, alter successit in locum illius: Et hæc tandiu fecerunt, donec Christus nasceretur. In eadẽ hora natiuitatis suæ stella noua apparuit illis in Oriente, qui nuntiauerunt illud regibus, qui dicuntur Magi, i. sapientes: quia olim sapientes eligebantur ad regimẽ cõmunitatũ, quia dicit Arist. 1. Polit. Homines intellectu & ratione vigentes, naturaliter sunt aliorum domini & rectores. Ideo Hug. de S. Victor O felicia antiquorum tẽpora, cum reges se studio sapientiæ dederunt. Ideo Salomõ Sap. 6. O reges populi diligite sapientiã vt regnetis in perpetuũ. Et subdit: Diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis. Et tales fuerunt illi, ideo dicuntur Magi, i. sapientia magni. *Venerunt ab Oriente.* Chryf. Vnde dies nascitur, inde initium nostræ fidei processit. Fides est lumen animarum, ducens ad Christũ regem eternum. Et fuerunt tres ad significandũ Gentium omnium conuersionem per fidem summę trinitatis. *Venerunt Hierosolymam.* Sed dices, Nunquid non sciebant Herodẽ ibi regnantem? Respon. Chryf. dicens sic, sed ita considerabant regem futurũ, quod non timebant presentem. Adhuc eum non viderunt, & iam mori parati pro eo erant. Sed dices: Quare Hierosolimam venerunt, cum ibi Christus non erat. Respondet Remig. triplici de causa. Prima, cognouerunt tempus & non locũ ipsi Magi. Sed Hierusalem

erat ciuitas regalis & sacerdotalis, ideo estimabant talē puerum nasci in tali ciuitate. Et venerunt ibidē ad interrogandū pro loco, vt impleretur illud Isa. 2. De Sion exiit lex & verbum domini de Hierusalē. Secundō, vt Iudæi essent inexcusabiles: aliās possent se excusare dicētes: Nos scimus locum & non tēpus, ideo Magi annuntiauerunt eis tēpus, dicentes: *Vbi est qui natus est rex Iudæorū?* Tertiō, vt ex studio Magorū condemnaretur pigritia Iudæorū. Illi vni prophetæ crediderunt, s. Balaā, isti non pluribus. Illi quærunť regem alienū, isti non propriū. Illi venerūt de longinquo, isti manserunt in propinquo. Hæc est antiqua nequitia Iudæorū. de quo P sal. 77. Non crediderunt verbis domini. Gre. Cognouerunt eū cœli, quia in eius passione sol obscuratus est: terra, quia cōmota est: petra, quia scissæ sunt: aquæ, quia calcabiles se præbuerunt: infernus, quia mortuos dimisit: iumentā, bos & alinus. Isa. 1. Cognouit bos possessorē suum, & asinus præsepe domini sui: Israhel autē me non cognouit. Ideo P sal. de eis dicit in persona domini, P sal. 94. Ipsi nō cognouerūt vias meas, quibus iurauit in ira mea: si (id est, nō) introibunt in requiē meā. Idcirco venerunt Hierosolymā, quia stella occultauerat se cūm viderūt ciuitatē Hierusalē. Ideo compulsi erant intrare & interrogare, ne Iudæi se excusarent, & venerunt 13. die. Gre. Diuinā operatione hoc factū est, sicut figuratū est Daniel. vlti. Abacuc ab angelo ductus est de Iudæa in Babilonē vltra centum diētas in exitu & reditu suorū laborantium in cāpo. i. in vna hora meridiei. Et sic factū est hic miraculosē. Et sicut pueri in camino ignis permanserunt illæsi, sic isti reges non fatigati ex itinere. Et sicut hic puer natus est de clauso virginis vtero, sic potuit eos perducere ad præsepe suum sine defectu & læsione, dicentes: *Vbi est qui natus est rex Iudæorum?* Simon de Cassia: Ingressi feruido animo, disertī lingua, per interpretes sine timore interrogant de rege nunc nato, putantes non displicere Iudæis, sed magnū æstimant eis gaudium inesse: & secundum Simo. de Cassia: Non adierunt primō regem, sed quoscunq; priores populares obuios habuerunt, interrogauerunt: vt si ibi natus esset, cum muneribus decenter se ordinarent. Cūm autē nemo eos de hoc informaret, ne ipsi tanquam leues & fatui hæc fecisse viderentur subiunxerunt causam & notitiam sui aduentus, dicentes: *Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus cum muneribus adorare eum.* Sed diceres: Vnde sciuerunt quōd hæc stella Christum natū significaret? Respondet Aug. Primō didicerunt ab angelis, nam angelus loquebatur de

stella

stella, dicens: *Ite, adorete eum qui natus est, quem cœli nouo fidere manifestant.* Secundō, secundum Bern. didicerunt per diuinam reuelationē, dicentem: *Qui per stellam eos foris admonuit, ipse in occulto cordis eos edocuit per gratiā illuminationem.* Ideo Chryf. dicit: *Illa stella fuit spiritus sanctus, qui postea supra Christum in specie columbæ visus est, hic in forma apparuit stellæ.* Aug. dicit fuisse angelum Dei in tali forma, qui pastoribus apparuit in forma rationalis creaturæ. Fulg. dicit fuisse nouam stellam à nouo rege creatam. Sed si volumus ritē considerare, tunc vbique veritas est: spiritus sanctus fuit ibi operans effectiue, illuminās corda eorum in fide Christi per exterius signū stellæ. Et angelus, fuit ibi administratiue, ducens stellam. Ipsa stella fuit materialis, splens, viam in præsepe ostendens, propter quod dicit Fulg. In die natiuitatis ostendit Christus vtriusq; naturæ veritatem. s. humanæ & diuinæ. Humanæ in hoc q; tam pastores quā Magi inuenerunt puerū paruulum: sed diuinæ, in hoc, quia cœlu famulabatur sibi: quia angelus pastoribus, stella Magis apparuit. Hanc vtranque naturā consistenter hic: humanam, cūm dicitur: *Vbi est qui natus est?* diuinā verō ibi: *Venimus cum muneribus adorare eū: vidimus enim stell. in eius in Oriente.* S. Tho. parte 3. q. 30. art. 7. dicit: *Illa stella non fuit vna stellarum cœlestium orbium, sed differebat in multis ab aliis stellis. Primō in situ, quia non fuit fixa in firmamento cœli sicut aliæ stellæ, sed in aère vicino terræ. Secundō in motu, quia non circularitèr mouebatur, sed indirectè: quia cū euntibus ibat, & cum stantibus stabat. Tertiō in splendore, quia splendebat die ac nocte, & non obscurabatur sole. Aliæ verō stellæ lucent tantūm in nocte. Quartō, in quantitate, quia aliæ tam magnæ sunt, q; vna stella est maior tota terra, vt dicit Ptolomæus: sed illa non fuit tā magna. Quintō, in significatione, quia aliæ stellæ significāt distinctionem temporum: illa Christi natiuitatem. De qua Ful. Hæc stella fuit dominicæ natiuitatis nuncia. Sextō in duratione, quia aliæ stellæ sunt perpetuæ, illa verō rediit in præiacentē materiam. Dixi, secundō subiungitur prauorum reges perurbatio & malitiosa, cūm subdit: *Herodes: rex turbatus est.* Aug. *Quid faciet tribunal iudicantis, cūm superbū regē cuna terrebat, infantis? Quid faciet, ad dexteram patris sedens, quē rex impius simul adhuc vbera matris lactantem?* Dicit Gre. in Homil. Aliquido terre confunditur, cūm cœlestis celsitudo aperitur. In simili dicit Chryf. *Sicut rami arboris in alto positi, ex leui aura mouentur: sic in**

blimes homines de facili turbantur, ne dignitatem perdat. Sed qui in valle sunt humilitatis, in tranquillitate manent. Herodes verò in sublimi dignitate erat, ideo timuit. Leo papa: O Herodes, superflue times, quæ non vis vt regnet in Iudæa, velis nolis regnat in cælo & in terra. Stultè times ô Herodes, nõ venit te perdere, qui peccatores venit saluos facere: nec venit regnũ accipere in terris, qui regnũ habet in cælis: nec venit te occidere, qui propter te venit occidi, & sanguinẽ suũ fundere. Subdit: *Et omnis Hæresolyrna cum illo, s. rege, in com placenciam, iuxta illud Isaia 24.* Sicut dominus, ita & seruus eius. Nam debuissent latari secundum illud Zachar. 9. Latrare filia Sion, quia rex tuus venit tibi mansuetus & Saluator, ipse pauper, exulta satis, iubila filia Hierusalem. Et ipsi non præredabant salutem, nec attendebant prophetia præconium, sed propter temporalem dominum præredabant tristitiã malum, quod non licet. 11. q. 3. quid ergo. vbi dicitur, Propter obedienciam potest quis bonum deserere, sed non licet malũ facere, quia scriptũ est, Act. 5. Oportet magis obedire Deo, quã hominibus. subdit: *Et cõgregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur.* Ecce astutia, congregauit omnes, vt ex hoc consideraret, an ex nouitate noui regis tristes vel læti apparerent, & sic sciscitabatur locum, vt cum occidendo extingueret. Et appellat eum Christum more Iudæorum, qui regem propriũ taliter ab ecclione nominant. *At illi dixerunt, In Bethlehem Iudæ.* Ecce cæcitas Iudæorũ & peruersitas, aliis locũ demonstrauerunt, & tamen ad ipsum adorandũ cum eis non perrexerunt. Aug. Iudæi interrogati de scripturis sanctis erãt parati ad legendũ, cæci ad intelligendum, duri ad credendũ: aliis demonstrauerunt fontem vitæ, ipsi sunt mortui siccitate. Similes facti sunt fabris arcæ Noë, qui aliis, vt euaderent diluuium, parauerunt mansionem, ipsi autẽ per se perierunt. Ex quo etiã patet, & scribe & Pharisæi non ex ignorantia, sed ex duritia recusauerunt credere. Ideo confirmant responsionẽ eorum per prophetam: *sic enim scriptum est per prophetam, scilicet Michæam. c. 5. Et tu Bethlehem, terra Iudæ nequaquam minima es in principibus Iudæ: ex te enim exiit dux qui regat populum meum Israël.* Iudæi abbreviauerunt prophetiam, nec formalitẽ eam exposuerunt Herodi, quia ibidem sequitur scriptum: Et egressus eius ab initio à diebus æternitatis; & hoc obtruncuerunt, & iniquum regem deceperunt: qui postea Christum tanquam temporalem regem occidere quæsiuit, & multos pueros interfecit: quod forte non

fecit

Fecisset, si ei veritatem dixissent, quod egressus eius esset ab initio & à diebus æternitatis. & in hoc facti sunt rei sanguinis innocentium. Et in hoc etiam corriguntur qui partem veritatis dicunt, & partẽ obtruncant. Et sic seipfos & multos seducunt. Vnde in cano. 11. quæst. 3. Quisquis metu potestatis veritatem occultat, iram dei super se prouocat, quia magis timet hominẽ quã Deum: vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mædaciũ dicit. Nã ille prodesse non vult, & ille nocere desiderat. Quales fuerunt Scriba, quia dicit Chry. Si integram prophetiam protulissent, in tantum furorem Herodes non exarsisset. *Tunc Herodes cum vocatis Magis, remotis sacerdotibus.* Chry. Ne forte Iudæi regem suæ generationis amãtes, & astutiam Herodis intelligentes regem occultarent, nesciẽs quia maiores hostes Christi erãt quã ipse. *Et diligenter dicitur ab eis tempus stelle que apparuit eis, non pueri, ne videatur insidiari puero, sed stelle, quia æstimauit in eadẽ hora Christum natum fore.* Et sic secundũ ætatem tẽporis proposuit occidere pueros, innocẽtes. *Et in vrens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero.* Chryf. Non de rege, quia nomen regis sibi duplicēbat, sed de puero: *et cum inuenieris, remittite mihi, vt & ego veniens adorem eum.* Chryso. Deuotionem promittebat ore, sed gladiũ acuebat corde. Ideo Fulgen. O caliditas ficta! nõ nequitia fraudulenta! si adorare puerum intendas, quare pro illo multos pueros occidebas? Sãguis innocentium quem crudeliter effudisti, attestatur quid de illo puero facere voluisti. O quot sunt hodie tales dolosi, de quibus Psal. 17. Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Malachia 1. Maledictus dolosus, Rario, Psal. 5. Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Et sic de Herode verificatur illud Psal. 31. Verba oris eius iniquitas & dolus. Tunc subdit: *Qui cum audissent regem abierunt.* Chryso. Nihil mali suspicantes. *Ecce stella quam uiderant in Oriente, antecedebat eos scilicet tanquam lucerna ducens in luminis, usque diu ueniens staret supra domum, scilicet, vbi erat puero.* Stella demonstrauit solem iustitiæ regibus, quã si diceret Magis: In hoc loco est rex Iudæorum. Chrysof. dicit. Veniens ibi, descendit super caput pueri inferius. *Uiderant autem stellam gausti sunt gaudio magno ualde.* Chrysof. dom. *Gausti sunt, quia spes eorum non fuit decepta, sed amplius confirmata, licet habebant testimonium hominum, tamen illud est quandoque fallax: ideo cœleste signum eos certificauit, scilicet de dignitate nati regis, qui excedebat dignitatem omnium*

omnium

omnium mundanorum regum. Dixi, tertiò innuitur deuotòrum feruens adoratio & gloriosa, cum subdit: *Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Raba. Diuina dispensatione factū est, vt Ioseph abesset, ne cordibus Gentilium sp̄ritio orta fuisset. Simon de Cassia: Ingridiuntur domum, nulla supellectili ornatā, inuenerunt puerum non diademate coronatū, nec in lectulo sericeo procumbentē: nec perturbantur, nec scandalizantur, sed plus in fide confortantur, cogitantes hunc puerum nō solū esse regem Iudæorum, sed & cælorum, quia dicit Chry. Si regem terrenum quæsiuisset, magis confusi fuissent, nec adorassent, sed cœlestē quærebāt regem: gaudebant eorum oculi contemptibilem puerum aspiciere, quia sp̄ritus sanctus in corde eorū terribilem ac amabilem demonstrabat. Ideo inquit Ber. Nō sordet illis stabulum, non offenduntur pannis, sed uenerūt vt regē adorarent vt dominū. Ideo subdit: *Et procidentes adorauerunt eum.* Raba. Adorant in carne uerbum æternū, in infancia sapientiam, & in infirmitate potentiā, & in hominis uilitate maiestatem diuinā. Chryf. Paruulū nō adorassent, nisi quid diuinū in eo uidissent. Quis est qui eos duxit, eos instruxit, vt pro salute mundi in tali forma ueniret? Nam isti Magi tria cognouerūt se habere ab illo puero, scilicet corpus, & animam, & temporalem substantiam. Ideo etiam tria ei exhibuerūt. Primò habuerūt ab eo corpus. Ideo, *procidentes*, i. ad terrā cadentes. Secundo animā, *ideo adorauerunt*. Tertiò temporalem substantiam, *ideo subdit: Apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Dicit Simon de Cassia, Christus per se munera non accepit, imò nihil aliud ostendit, quā vt puer tredecim dierum: sed pia mater eius accepit munera, de quibus largas elemosynas fecit. Et postea per septem annos in Aegypto se & puerum sustentauit. Dicit enim beatus Remigius Remensis archiepiscopus: Hæc tria munera obtulerunt, aurum ad tributum, vt regi magno: thus ad sacrificium, vt sacerdoti uero: myrrham uero ad sepulturam, vt homini mortali. Vel sic secundū Bern. aurum propter reuelandam paupertatē, thus propter stabuli fœtorē tollendū, myrrham propter membrorum solidationē. Innocentius uero dicit: Tria munera significāt tres substantias in Christo. Aurum quod uniuersis eminet metallis, significat diuinitatem: thus redolens, pretiosam significat animam: myrrha uermes prohibens à corporibus, significat corpus Christi mortale, non sentiens stimulos uitiorum. Finito sacrificio, cogitantes de recessu, *responsio accepto in somnis ne redirent ad Herodē.* Chryf.

Inuente

Inuente Magorum fidem, non scandalizati sunt in seipſis dicentes: Si puer iste magnus & potens est, quæ necessitas est surgere & occultē recedere? sed crediderunt, & obedientiam præstiterunt paufantes die illa & nocte. Si regem terrenum quæsiuissent, inuenientes, apud eum mansissent: hunc autem adorauerunt & munera obtulerunt. *Reuersi sunt per aliam uiam in regionem suam*, scilicet per naues Tharsis. Quod audiens Herodes, secutus est eos: & ueniēs, uidit naues in littore stantes, & quòd ipsi tunc transfretassent commotus est, & in ira contriuit naues. De quo Psalm. 47. In sp̄ritu uehementi conteres naues Tharsis. Et uix in duobus annis domum uenerunt, angelo duce. & contra ad montem Faux peruenerunt, ibiq; in honorem noui regis, sacellum construxerunt. In quo, vt dicitur in historia triū regum, arma sua depingere fecerunt cum puero, matre & stella, deinde quilibet in sua est reuersus. Post ascensionem domini Thomas apostolus in Indiam uenit, & uidit stellam cum infante & matre depictā: & inter cætera sua opera prædicauit illis Iesum, & instruxit illos sanctos reges perfectē de mysteriis uitæ, passionis & ascensionis Christi, & eos baptizauit, & quemlibet in archiepiscopum in suo regno ordinauit. Demū iniunxit, vt quolibet anno quo uiueret, ad sacellum in monte Faus quod etiā apost. consecrauit, conuenirent, & ibi memoriam natalis Christi & Epiphaniæ celebrarent, quod & fecerunt. Cum ergo graudeuæ essent ætatis, & circa natalē Christi ibi conuenissent, tunc Melchior senior in octaua natiuitatis Christi ibidem obdormiuit. Deindē in die Epiphaniæ post missarum solennia Balthasar, qui prius inunctus, & eodem fuit sepulchro sepultus. Demum in octaua Epiphaniæ Gaspar: & dum ad sepulchrū priorum duotum fuisset allatus, ipsi tanquā uiui secesserūt in partes, & eorū fratrem in medio locari permiserūt. De eorū translatione sic legitur, & Helena mater Constantini, fide recepta & cruce sancta inuenta, audiēs triū regū corpora circa montē Faus quiescere, collegit solennē comitatum & cum magno honore illuc peruenit. Quod audiēs patriarcha Indiæ, cū omnibus nobilibus suis sibi obuiam uenit, & eam honorificē suscepit: & tandem precibus & muneribus victus sibi ipsorum corpora pro honore dedit: Quæ gratanter ea recipiens, Constantinopolim quæ est mater Græciæ, adduxit, & ibi in Ecclesia S. Sophiæ honorificē collocauit. Mortua Helena, post aliquantū tempus Constantinopolis Mauritio imperatori rebellauit, qui inter cæteros Mediolanenses in auxiliū recipiēs, ipsam deuastauit:

&amp;



& trium regum corpora Mediolanensibus illud petentibus, pro stipendio perdonauit, & sic Mediolanum peruenierunt. Successu vero temporis Mediolanenses Frederico imperatori se opposuerunt, cum inter ceteros in sui praesidium Reynoldum Archiepiscopum Coloniensem vocauit, & expugnata ciuitate, sibi in recompensam sui longi itineris maximeq; laboris, eadem tria corpora assignauit. Qui gratanter ipsi recipiens, usq; ad Coloniam perduxit, Vbi in summo honore hodie requiescunt, fideliter pro famulantibus sibi apud Deum orantes.

## ENARRATIO II.

**E**cce Magi venerunt ab Oriente Hierosolimam, dicentes ubi est, qui natus est rex Iudeorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & uenimus cum muneribus adorare eum. Matth. 2. ¶ In summa uerborum commendantur Magi à tribus. Primò, à distantia longinquæ regionis, ibi: *Ecce Magi uenerunt ab Oriente.* Secundò, ab audacia ueræ confessionis, ibi: *Vbi est qui natus est rex Iudeorum?* Tertio, à reuerentia debite subiectionis, ibi: *Vidimus stellam eius, & uenimus cum muneribus adorare eum.* De primo dixit: *Ecce Magi.* August. Isti Magi fuerunt primitiæ nostræ fidei in hoc quòd primò de populo Gentium crediderunt in Christum. Simus igitur eorum sequaces, eisdem conformes in his tribus, in quibus commendantur. Primò à distantia longinquæ regionis proficiscuntur difficulter, cum dicit: *Ab Oriente uenerunt.* Glos. à finibus Persarum, Medorum & Chaldeorum, ubi est Saba fluius, à quo regio illa denominatur, iuxta quam & Arabia, ubi isti fuerunt reges. Et hoc est quòd dicitur in Psal. 71. Reges Arabum & Saba dona adducent. ¶ Ecce eorum diligentia, non tardabat eos itineris longinquitas, nec temporis diuturnitas, non operis asperitas: nobis in exemplum, quòd nulla difficultas laboris debet nos retrahere ab operatione boni operis, quia scribitur Rom. 8. Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, scilicet promerendam, quia labor est cum fine, gloria uero sine fine. Ideo Iud. Nullus labor durus, nullum tempus longum, quo gloria æternitatis acquiritur. Nam sicut se habet punctus ad lineam, sicut unitas ad numerum, & sicut centum ad circumferentiam: sic noster omnis labor respectu quæris æternæ. Ideo scribitur Eccl. vlt. Modicum laboraui, & inueni mihi requiem multam. Vnde Bern. Labor meus uix est unius horæ, & si amplius, non sentio, scilicet præ nimio amore mercedis. Chryl. Si arderes requiem cæli, non turbaberis præ labore mundi. Sapi. 3. In paucis vexati, in multis bene disponemur. Secundò commendantur ab audacia ueræ confessionis

fectionis, dicentes: *Vbi est qui natus est rex Iudeorum?* Confitentur audacter eum regem Iudeorum. Ecce de isto regali titulo, quo Christus dicitur rex Iudeorum, quem Pilatus scripsit pro causa mortis in cruce. Iste titulus, Christo moriente, deleri non potuit, sed in natiuitate & in morte à Gentibus approbatus fuit, scilicet à Magis & Pilato. Istum titulum negauerunt Iudæi. Ioan. 19. Non habemus regem nisi Cæsarem. Istum titulum publicare prohibuerunt. Ioan. 19. Noli scribere rex Iudeorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudeorum. Huic titulum insultauerunt: Si rex Israël es, descende de cruce. Matt. 27. Si adimplerum est in eis, quòd dixit dominus ad Samuelem. 1. Reg. 8. Abiecerunt me, ne regem me habeant. Ideo cum prius fuerit populus eius, & erant oues pascuæ eius, nunc negantes eum vagantur absque domino, ut dicitur Danic. 9. Non erit populus eius qui negaturus est eum. Sed isti reges audacter confitentur eum, dicentes: *Vbi est qui natus est rex Iudeorum?* Coram rege terreno confitebantur æternum, nobis in exemplum, quòd à confessione ueritatis non debet retrahere nos tyrannitas timoris, quia scribitur, Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Chryl. Sciebant bene quòd in Hierusalem regnaret Herodes, intelligebant etiam iustitiam legis, quòd quicumque rege uiuente aliterum nuntiaret, quasi inimicus puniretur in sanguine. Sed sic considerabant regem futurum, quòd non timebant presentem. Sic debet facere quilibet fidelis, ad ea maxime quæ sunt fidei. Vnde Act. 18. dixit dominus nocte per uisionem Paulo: Noli timere, sed loquere, ne timeas. Ad hoc autem animam nos Christus Matth. 10. Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cælis est. Et Magi confessi sunt, dicentes intrepidi: *Vbi est qui natus est rex Iudeorum?*

¶ Ista quæstio multipliciter potest intelligi & formari. Primò potest quæri, ubi est, generaliter, & potest responderi: Est ubique per essentiam, potentiam & presentiam. Est ubique primò per essentiam, quia in nobis opera bona omnia facit. De quo Isa. 27. Omnia opera nostra operatus es domine, 1. Corinth. 12. Diuisiones operationum sunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Noli ergo gloriam de operibus tibi ascribendo, quia dicit Apostolus Philippens. 1. Deus operatur in nobis uelle & perficere. Secundò est ubique per potentiam, quia per potentiam suam in nobis bona operatur & operata custodit. Ps. 126. Nisi dominus custodierit ciuitatem,

ratē, &c. Homo aliquādo à bono opere distrahitur per aduer-  
 sitatē, & uicētem, aliquādo per prosperitatem bladiētem. In  
 utroq; statu dominus custodit, de quo Iſa. 21. Custos quid la-  
 boras de nocte aduerſitatis? Custos quid de nocte? Et ponitur  
 ibi nox, quia est aduerſitatis permiffa à Deo & immiffa à diabo  
 lo. In qualibet istarum ipſe custodit: & nō est tātum custos in  
 nocte aduerſitatis, sed etiam in die siue manē prosperitatis.  
 Ideo ſubdit: Si queritis, querite, ſ. auxiliū à me: cōuertimini,  
 ſ. à peccatis, & venite ad me, ſ. inuocandum. Terriō est ubiq;  
 per præſentiam, inquantū, ſ. omnia cognoscit. De quo Heb.  
 4. Nō est vlla creatura inuiſibilis in cōſpectu eius: omnia au-  
 tem nuda & aperta ſunt oculis eius. Ideo Boët. de conſalatio-  
 ne: Magna est nobis indicta neceſſitas probitatis, cūm omnia  
 agamus ante oculos iudicis cūctā cernentis. Ecc. 23. Oculi do-  
 mini lucidiores ſole, circūſpiciētēs omnes vias noſtras. Idcir-  
 co tu adulter vel adultera aut ſer, noli dicere: Quis me videt?  
 Prou. 15. In omni loco oculi domini cōtēplātur bonos & ma-  
 los. Bonos ad præmiandū, malos ad puniēdum. Secūdo po-  
 teſt quæri: Vbi est Deus localiter? Et poteſt responderi, quōd  
 in mūdo per incarnationem aſſumptam, licet ante incarna-  
 tionem nō eſſet in loco, cūm eſſe inuiſibilis, incircuſcripti-  
 bilis: per naturam tamen aſſumptam hodie cōepit eſſe in mū-  
 do, qui prius videbatur eſſe in cælo. Olim enim erat in cælo  
 per miſericordiam puram & conſolationem veram. Pſa. 35.  
 Domine in cælo miſericordia tua, In mūdo autem per pœ-  
 nam iuſtitie. De quo ſubdit: Iuſtitia tua ſicut montes Dei, iu-  
 diciā tua ſicut abyſſus multa. Poſt incarnationem autē eſt ad-  
 deō miſericordia Dei multiplicata in mūdo, quōd etiā ſalu-  
 at animalēs, brutales & carnales, i. peccatores malos, Pſ. 35.  
 Homines & iumenta ſaluabitis domine. Homines, i. bonos:  
 iumenta, i. peccatores magnos. Terriō poteſt quæri, Vbi eſt  
 ſingulariter? Ad quod poteſt responderi: In humana natura  
 per vnionē. Ioā. 1. Verbum cora factum eſt, & habitauit in no-  
 bis, i. in terra humanæ naturæ: ex qua vnione factus eſt fra-  
 ter noſter, Heb. 2. Nō cōfunditur nos vocare fratres ſuos, di-  
 cēs: Narrabo nomen tuū fratribus meis. Et hoc adfert nobis  
 magnam nobilitatem, ſecuritātē, & iucunditatē. Primō nobi-  
 litatem, quia nobiliores angelis facti ſumus ex eo quōd nobi-  
 ſcum & non cum eis parentelam contraxit. Hebr. 2. Nuſquā  
 angelos apprehendit: ſed ſemen Abrahæ. Secūdo magnā ſe-  
 curitatem in iudicio, quia videbimus fratrem noſtrū eſſe iu-  
 dicem viuētorum. Ideo non dicitur: Datum eſt iudiciū  
 filio

filio Dei, ſed filio hominis, quia in forma hominis apparebit  
 & ſententiam pronūtiabit, Io. 5. Poſteſtate dedit ei iudiciū fa-  
 cere, quia filius hominis eſt. Terriō, magnā iucunditatē in re-  
 gno Io. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoscant te ſolū verum  
 Deū & Ieſum Chriſtum, quem miſiſti in incarnationem. Ber.  
 Plenum erit omni gaudio, videre hominē & hominis condi-  
 torem. Quattō quæri poteſt: Vbi eſt ſpecialiter? Ad quod po-  
 teſt responderi: In Bethlehem. Nam hoc Magi in ſua interroga-  
 tione ſpecialiter intendebant ſcire. ſ. locum ſpecialiter, in quo  
 natus maneret. Et ideo Iudæi interrogati dixerunt: In Bethle-  
 hē Iudæ. Sic enim ſcriptum eſt per prophetam, &c. Ex quo notatur cæci-  
 tas & peruerſitas Iudæorum, qui aliis locum demōſtrauerūt:  
 vel denūtiauerūt: & ipſi ad eum adorandū minimē perrexe-  
 rūt. Ideo Aug. Iudæi interrogati de ſcripturis ſanctis fuerunt  
 parati ad legēdum, cæci ad intelligēdū, duri ad credēdum.  
 Quintō poteſt quæri, Vbi eſt ſpiritualiter? Ad quod responde-  
 ri poteſt, q̄ in iuſtis per gratiam. Io. 14. Si quis diligit me, ad  
 eū veniemus, & māſionē apud eum faciemus. Et dicit notan-  
 ter veniemus in plurali, quia veniet pater noſtra iſfirmitatē  
 roborādū. Phil. 4. Omnia poſſum in eo qui me confortat. ſ. ad  
 bonum operandū, & malo reſiſtēdum. Ephe. 6. Cōfortamini in  
 domino, & in potētia virtutis eius. Veniet filius noſtra igno-  
 ratiā illuminādū, vt cognoscamus faciē Dei. Io. 1. Illuminat  
 omnē hominem venientem in hunc mūdu. Paral. 20. Cūm  
 ignoramus quid agere debeamus, hoc ſolū reſidui habemus,  
 vt oculos noſtros ad te dirigamus. Veniet ſpiritus ſanctus, de  
 quo Luc. 12. Ignem veni mittere in terram, quid volo niſi vt  
 ardeat? Sextō poteſt quæri, Vbi eſt ſacramentaliter? Ad hoc re-  
 ſponderetur, Sub ſpecie panis & vini, ſecūdu quē modūm no-  
 biſcū eſt hic in hac vita, & ſemper erit. Matt. vlt. Ecce ego vo-  
 biſcū ſum omni-  
 bus diebus vſque ad conſummationē ſæculi.  
 Eſt enim nobiſcum in memoria ſuæ paſſionis. Luc. 22. Hoc ſa-  
 cite in meā commemorationē. Eſt nobiſcum ſacramentaliter  
 in medicamentū noſtræ curationis. Eccl. 38. Altiffimus de tē-  
 ra creauit medicinā, & vir prudēs non abhorrebit eā. Eſt no-  
 biſcū ſacramentaliter in viaticū noſtræ peregrinationis. Et di-  
 citur viaticū, quia debet dari ex hac vita migrantibus, vt ſe-  
 curius & forius pergant, ne in via deficiant. Mar. 8. Si dimi-  
 ſero eos ieiunos, deficiēt in via. Figuratur 3. Reg. 19. Elias co-  
 medit de pane ſubcineritio, & cōfortatus ambulauit ad mon-  
 tem Dei Oreb. Spiritualiter: Sic Chriſti corpus de cineribus  
 noſtræ mortalitatis aſſumptū cōfortat hominē in via præſen-

ris vitæ, quousque veniet ad montē Dei, i. ad regnū cœlorum  
 Io. 6. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum. & Dixi,  
 secundo subiungitur eorū inquisitionis ratio, cum subdit,  
*Vidimus stellam eius in Oriente.* Sed diceret: Quare Christus voluit  
 natiuitatē suā per stellam, & nō per aliam creaturā manifesta  
 re? Respōdetur: Primō, vt suam natiuitatem Christus purissimā  
 natiuitatem demonstraret. Stella enim purissimum corpus est: & sic  
 eius natiuitas pura ex parte matris. Vnde canit Ecclesia: sicut  
 sidus radium, parit virgo filium pari forma. Neque sidus ra-  
 dio, neque virgo filio fit corrupta. Item ex parte prolis. Iob  
 15. Cœli non sunt mundi in cōspectu eius. Ratio, quia est cau-  
 dor lucis æternæ, & speculū sine macula. Sap. 7. Secundō, vt in  
 carnationis mysteriū in sinuaret. Nā stella habet lumen à so-  
 le, & quia solē inspicere non sufficimus, eius radiū in stellis vi-  
 demus. Et sic deitatē in se cōspicere non possumus. Io. 1. Deū  
 nemo vidit vquā. Ratio, 1. Tim. 6. Inhabitat lucem inaccessi-  
 bilē. Ideo induit corpus terrenū, vt lumē diuinitatis in hu-  
 mano corpore videremus, vt sicut lux solis videtur in sidere,  
 & sic lux diuinitatis in humanitate. Aug. exponēs illud. Ioā.  
 14. Ego sum via dicit: Christus in humanitate factus est nobis  
 via ad suam diuinitatē. Ideo dicit Apo. vlt. Ego sum stella  
 splendida & matutina. Tertiō, vt lingua cœli testimonium si-  
 bi perhiberet. ¶ Est enim quadruplex lingua, quæ testimo-  
 nium perhibuit de Christo. Prima diuina. Luc. 3. & Matt. 17.  
 Vox patris audita est: Hic est filius meus dilectus. Secunda est  
 lingua humana, s. Prophetarum natiuitatem Christi prædicē-  
 tium, vt Isaiæ 7. ca. Ecce virgo concipiet & pariet filium. Et  
 Iere. 31. Nouum faciet dominus super terram, mulier circundabit  
 virū. Ideo Act. 10. Huic omnes prophetæ testimonium  
 perhibent. Tertia est lingua angelorum. Luc. 2. Annuntio vo-  
 bis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia hodie na-  
 tus est saluator Christus dominus in ciuitate Dauid. Quarta  
 cœlestis. De qua Angu. Quid erat illa stella, nisi lingua cœ-  
 lestis mirifica, quæ enarret gloriam Dei, quæ inuitarum virgi-  
 nis partum inuitato clamore, inuitato fulgore clamaret  
 iuxta illud, Ps. 18. Cœli enarrant gloriam Dei. Moraliter de vi-  
 ta nostra: sic quatuor linguæ spirituales dāt testimoniu de hō-  
 mine, vt sit spiritualiter natus cū Christo. Prima lingua est  
 diuina, id est, obedientia inspirationis Dei, Ps. 88. Audia quid  
 loquatur in me dominus Deus. Gre. in Moral. Locutionē Dei  
 audire, est inspirationem mente concipere, quia dicit Angu.  
 Allocutio est occulta inspiratio, qua mentibus suā veritatem

& voluntatem inuisibiliter ostendit. Cantic. 2. Dilectus meus  
 loquitur mihi: Surge, propera amica mea. Surge, s. à peccatis  
 Propera, s. per bonam voluntatem & operationem. Ideo Psal.  
 84. Loquetur pacem in plebem suam in his qui conuertuntur  
 ad cor, id est, ad mentem. Secunda lingua est angelica, s. pura  
 conscientia, quæ generat mentis lætitiā. Seneca: Nūquam  
 noscitur vera lætitia, nisi ex pura cōscientia. 2. Cor. 1. Gloriz  
 nostra hæc est testimonium conscientia nostra. Nam sicut  
 lingua angelo annuntiauit gaudium natiuitatis: Et sic cōsciē-  
 tia bona, vt dicit Hugo de bono conscientia: Bona cōscientia  
 est titulus religionis, templū Salomonis, ager bonæ dilectio-  
 nis, hortus deliciarum, gaudium angelorum. Tertia lingua  
 est cœlestis, id est, bona vita & cœlestis conuersatio dicendo  
 cum Apostolo ad Philip. 3. Conuersatio nostra in cœlis est, s.  
 cœlestia cogitando. Sapi. 5. Cogitatio eorum apud altissimū.  
 Item cœlestia loquendo. 1. Pet. 4. Si quis loquitur, quasi ser-  
 mones Dei, s. loquatur. Item cœlestia operando. Gala. 6. Ope-  
 remur bonum ad omnes 1. Pet. 2. Conuersationem vestram in  
 ter gentes habentes bonam. Dicit enim Philof. Qualis vnus-  
 quisq; est, talia loquitur, meditat & operatur. Ideo Aposto.  
 ad Gala. 6. Opus suum probet vnusquisque, quia saluator Io.  
 10. dic. Opera quæ facio, testimoniu perhibent de me. Sic etiā  
 de nobis. Ia. 8. Si filij Abraham estis opera Abraham facite. Quar-  
 ta est lingua humana. Illa debet perhibere de nobis testimo-  
 nium, & est bona fama. De qua 1. Timot. 3. Oportet habere te-  
 stimonium bonum ab his, qui foris sunt, id est, bonam famā.  
 Dicit enim August. Conscientia necessaria est propter nos:  
 bona fama, propter proximos. Ideo Eccle. 41. Curam habe de  
 bono nomine. Pro. 22. Melius est nomen bonum, quam diuiti-  
 æ multæ, eō quod dicit S. Thom. in 2. 2. q. 62. art. 2. Inter res  
 tēporales maximum bonū est bona fama. Ideo Aug. in can. 2.  
 di. 1. c. Nolo: Qui cōscientiæ cōfidit & famā negligit, crudelis  
 est. Propter quod dicit Apost. Ro. 11. Proudentes bona non  
 tantum coram Deo, sed & coram omnibus hominibus, s. pro-  
 pter bonam famam, & vitandum scandalum. ¶ Dixi tertiō in  
 secunda diuisione, quod commendantur isti Magi à reueren-  
 tia debetæ subiectionis: quia venerunt obsequium ei impen-  
 dere, scilicet adorare eum. Dicit Leo Papa: Reges enim erant, &  
 tamen puerum venerantur in fascia: & diuites & tamen pau-  
 perculo genu flectunt: sapientes erant, & tamen infantem  
 adorant nondum verba proferentem. Et ideo dixerunt: *Vidi-  
 mus stellam eius in Oriente, & venimus cum muneribus adorare eum,* vt

impleretur illud Isaïæ 6. Venient ad te qui detrahebant tibi, & adorabunt vestigia pedum tuorum. Psal. 71. Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruiunt ei. Idcirco non retrahat te sublimitas honoris ab impensione obsequij. Nam si reges adorant, quid hodie debet facere populus popularis? Si adoratur inuolutus fascia, nonne adorandus est sublimatus in gloria? Si adoratur vagiens in cunabulis, nonne adorandus est nunc regnans in cælis? Si adoratur angustatus in diuerso rio, nonne adorandus qui venturus est iudicare in iudicio? Magi ergo nato puero humiliter genu flectere non verentur, nec ipsos regalis dignitas retraxit. Vnde ad literam illud salutare consilium conferuauerunt. Psal. 2. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore.

De sanctis Fabiano & Sebastiano. ENARRATIO.

**T**anquam aurum in fornace probauit illos, & inuenit eos dignos se. Sapien. 3. In summa verborum duo innuuntur. Primò sanctorum martyrum à domino probatio, ibi: *Tanquam aurum*. Secundò ipsorum iuxta inuentio, ibi: *Et inuenit eos dignos se*. De primo dicit, *Tanquam aurum in fornace*. Vbi sciendum quòd fornax est quadruplex. in qua homines probantur aut probari possunt. scilicet fornax miseræ, culpæ, gehennæ, & gloriæ. Prima fornax est miseræ. Per miseriam in præsentem intelligo quascunq; tribulationes, siue ab intra, siue ab extra, innatas, illatas, permissas. In hanc fornacem proiciuntur iusti. scilicet per patientiam. De quò Ecclesiastici 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tetratio tribulationis. Et hoc quasi necessariò habet fieri electis in hoc seculo, sicut legitur Tob. 12. de Tobia angelo dicente, quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te: sicut sancta Iudith alloquebatur sacerdotem spiritu sancto docta, Iudith 8. dicens: Corda populi ad eloquium erigite, vt memores sint, quia tentati sunt patres nostri, vt probarentur in tribulationibus variis. Et subdit, Omnes qui placuerunt Deo, per multas transierunt tribulationes. Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore Dei, & impatiencia suam & improprium mormarationis suæ contra dominum protulerunt, exterminati sunt. Secunda fornax est culpæ: in hac fornace aliqui ardent igne concupiscentiæ, aliqui ardore auaritiæ, aliqui superbiæ, contumaciæ & vanæ gloriæ. In hac fornace perit genus humanum quasi in toto tempore diluuij. Gene. . Et Sodomitæ. Gene. 19. Item Pharaon cū exercitu suo. Exo. 14. Tertia fornax est gehennæ, de qua Mat. 13. Qui faciunt

iniquitatem, mittentur in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Psal. 20. Pones eos vt cibus ignis. Ibi ardebunt hi, qui in vitiis arserunt, & sine penitentiæ decesserunt. De quò Deuter. 32. Ignis accensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima, hoc est in æternum. Isaïæ vlt. Ignis eorū non extinguetur. Ibi reprobi probati sunt & probantur, & probabuntur vsque in sempiternum. Quarta fornax est gloriæ. De quò Isa. 31. Cuius ignis in Sion, & caminus in Hierusalē. De quò Gala. 4. Illa quæ sursum est Hierusalem est mater nostra. Fornax illa figurata est Danic. 3. per fornacem, in qua positi fuerunt tres pueri, quæ fuit accensanimis, & ambulabant in ea Sidrach, Misach, & Abdenago in medio flammæ benedicentes Deū & laudantes non nocuit eis flamma, sed potius refrigerabat eos. Sic bene fornax siue caminus dicitur in Hierusalē, cuius ignis charitas est. Existētes in ea nō aliud faciunt, quā vt Deū incessanter laudent. In hanc fornacem veniunt, qui hic in fornace tribulationis prius probati sunt: ita quòd in eis impletur illud Psal. 65. Quoniā probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Transiimus per ignem & aquā, & eduxisti nos in refrigeriū. Sic sancta Sara dixit Tob. 3. Hoc autem pro certo habet omnis qui colit te, quia vita eius si in probatione fuerit, coronabitur. Sic sancti martyres probati sunt, vt dicit thema *Tanquam aurum probauit illos*, dicit præcipuè *tanquam aurum*. Vbi sciendum, quòd sancti martyres hic auro comparantur, & hoc propter quatuor. Primò, quia in igne aurum probatur, & sic peccator in martyrio. Tob. 3. In tempore tribulationis peccata dimittis. Vnde sicut baptismus fluminis omnia crimina hominis lauat: sic baptismus sanguinis, de confecta. di. 4. baptismi. Baptismum dico vicem supplere passionum. Idcirco dicit Leo papa in canone 23. quæstio. 8. Omni timore & terrore postposito, si quis pro veritate fidei moritur, cælestis regnum consequitur. Hoc ipsum de fortibus tribulationibus patienter toleratis, intelligere possumus. Vnde & Ber. c. 23. dicit: Probauit me quasi aurum quod per ignem trāsit. Exustione enim tribulationis & subtrahuntur vitia, & augentur merita iustis: sed non consumuntur, quia in igne tribulationis rubiginem, id est, peccata dimittunt. Secundò aurum est ductile, quia sub malleo, dilatur: Sic gratia Dei per patientiam creuit in martyribus. Figuratur Exod. 1. Quantò magis opprimebat eos Pharaon, tantò plus multiplicabantur & crescebant. Et sic sancti martyres in gratia. 2. Corin. 12. Libenter gloria-

bor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi: propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis & contumeliis, in necessitatibus & persecutionibus, in angustiis pro Christo. Psal. 4. In tribulatione dilatasti mihi. Horum taber est Christus, mallei persecutores, incus corpus martyrum, aurum anima eorum. Sic igitur e contrario qui in tribulatione patientiam non habet, nec in gratia dilaturat, aurum non est. Sicut fistula aris quæ vacua est & percussa sonat: sic vacuum à gratia se ostendit, qui in persecutionibus impatiens est. Greg. Nemo murmurans regnum Dei accipit. Tertio, martyres sancti auro comparantur, quia ipsum habet colorem magis decorum inter cetera metalla. Et sic inter ceteros sanctos martyres habent signum magis decorum martyrij, scilicet aureolam. Vnde canit de ipsis Ecclesia: Nam rubro fluido sanguine laureis dicantur bene fulgidis. Sic dicitur de eis illud Apoc. 7. Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine agni. Et sic in ipsis magis resplendet sol iustitiæ, ita vt verifietur in eis illud 1. Maca. 6. Refulsit sol in clypeos aureos, & resplendebat motes ab eis, sicut lampades ignis: quia qui se magis conformes fecerunt Christo per motum imitacionem, magis etiam similes erunt ei in gloria. Quarto, aurum inter omnia metalla est pretiosissimum: sic martyres inter ceteros sanctos maioris charitatis se ostendunt, cum pro fide Christi etiam se morti exposuerunt. Non est maius signum charitatis perfectæ, quàm mori pro Christi nomine. Et sic dicit idem doctor in 2. 2. quæstio. 24. Ad perfectum martyrium requiritur, quod aliquis subeat mortem pro Christi nomine. Nec proprie dicitur martyr, qui pro sola tolerantia carceris vel alia tribulatione patitur, fortè nisi mors ex his sequeretur. Et subdit ibidem, artic. 5. Martyres dicuntur testes, quia corporalibus suis passionibus vsq; ad mortem testimonium prehibent veritati: non cuiuscunque, sed veritati fidei. Et sic cuiuscunque libet martyrij causa est fidei veritas. Ideo omnium virtutum opera secundum quod referuntur in Deum, sunt quædam protestationes fidei, per quam innotescit qd Deus huiusmodi opera à nobis requirit: & nos pro eis remunerat, & secidum hoc possunt esse martyrij causa. Vnde martyrium Ioannis Baptistæ in Ecclesia celebratur qui non pro fidei confessione, sed reprehensione adulterij mortem sustinuit. Et sic non solum martyr dicitur, qui patitur pro fidei confessione, quæ sit per verba: sed etiam qui patitur pro quocunque opere bono

facia

faciendo vel peccato cuitando propter Christum, quia hoc totum pertinet ad fidei protestationem. Non ergo est anima aurum nisi per claritatem. Et hanc sancti martyres, scilicet Fabianus & Sebastianus & Vincentius habuerunt, & in ea vsque ad finem fortiter perseverauerunt. Ideo merito de eis dicitur: Tanquàm aurum in fornace probauit illos dominus, & inuenit eos dignos se, secundum quod in primo concluditur.

De sancto Agnete.

ENARRATIO.

**Q**ui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: qui non iungit melius facit. 1. Corin. 7. In summa verborum duo inuuantur. Primo, Apostolus statum matrimonialem commendat, ibi: *Qui matrimonio secundo, statum virginalem matrimonio præfert, ibi: Qui non iungit, melius facit.* De primo dicit: *Qui matrimonio virginem suam iungit, bene facit.* Pro quo sciendum, quod duplex est matrimonium, scilicet spirituale & corporale. De corporali matrimonio hic loquitur Apost. quod celebratur inter Vxorem & virum. Et illud est bonum si ritè seruetur. Vnde 1. Cor. 7. Si nupserit virgo, non peccauit. Et iterum: Melius est nubere quam viri, praua concupiscentia vincit. Et dignitas huius matrimonij in multis ostenditur, vt patet supra de matrimonio in sermone de tempore, qui incipit, Nuptiæ factæ sunt, &c. Huic statui inest saluatio, vt patet per Apost. 1. Timot. 2. Saluabitur mulier per generationem filiorum. Dixi secundo præfert statum virginalem dicens: *Qui non iungit, melius facit.* quia status dignior est quò ad castitatem. De quò Beda: Bona est castitas matrimonialis, melior vidualis, sed optima virginalis. Nec solum in castitate, sed in pluribus aliis status virginalis matrimoniale præcellit. Primo præcellit eum in dignitate. De quo Damasc. lib. 4. Quanto angelus homine est superior, tanto virginitas nuptiis honorabilior. Et dicit ibidem cap. 8. Quis celos clausit? quis mortuos suscitauit? quis iordanè intercidit? Nonne virgo Elias, nonne tres pueri virginitate potiores igne effecti sunt? nonne Danielis corpori virginitatem diligenter ferarum feroces dentes nequiuert infigi? Maior est virtus virginitatem tenere, quàm demones expellere. Eccles. 6. Non est digna ponderatio continentis animæ. Sicut ergo aquila inter volucres, lucifer inter stellas, gemma inter lapides: sic præcellit matrimonium virginitas, de quo Aug. O fulgida virginitas, gemma virtutum, germana angelorum, lampas Ecclesiarum, lux animarum. Albert. super 4. Sen. Nihil dignius poterit castitati virginali comparari.

ii 4

Propter quod dicit Ambr. 32. q. 1. integritas: Virginitas suaderi potest, imperari non potest. 1. Cor. 7. De virginibus præceptam domini non habeo, consiliū autem do. Ob hoc dicit Hiero. in can. 33. q. 5. Tūc saluabitur mulier, si illos genuerit filios qui virgines permāfuri sunt: quod ipsa perdidit, acquirat in liberis. Secundò, status virginalis præcellit matrimonium in puritate. De qua miratur Salomon Sap. 4. O quā pulchra est casta generatio cum claritate Amb. Pulchritudinem quis potest existimare maiore decore virginitatis, quæ amatur à rege, probatur à iudice, dedicatur à domino. Nam est quasi status angelicus. De quo Chryf. Licet omnes virtutes sint res angelicæ, specialiter tamen castitas angelica virtus est: per hanc enim singulariter homines angelis simulantur. De quo Hier. Viuere in carne præter carnem, plus est vita angelica quàm hunana. Angeli sine carne viuūt, virgines in carne triumphant. Ideo Apoc. 14. Virgines sunt & sequuntur agnū, quocūque ierit. Super quo dicit Aug. Dominum sequi, est integritatē mentis & corporis seruare. Et huiusmodi puritas non est in matrimonio. Nunc ergo in hac vita hoc habent virgines, quod coniugati habebunt in futura. Mat. 22. Non nubent, neque nubentur: sed erunt sicut angeli Dei. Et licet coniugati non mortaliter peccent, tamen difficulter carent veniali propter ardorem concupiscentiæ. Et licet coniugati Deo possunt seruire mundo corde, tamē non mundo corpore. Et sic dicitur Apoc. 3. Qui non coinquinauerunt vestimenta sua, ambulabunt mecum in albis. Sic præcedunt virgines sanctos martyres, intellige qui virginitatem non habuerunt, vel in virginitate non decesserunt. Et præcedent omnes alios corruptos, quia status eorum est dignior: propter hoc etiam nudo capite incedunt, quia nihil verecundū fecerunt. Ideo competit ipsis illud. Thef. 5. Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentu domini Dei seruetur. Nam integritas spiritus ad rationem pertinet, cum ratio subditur soli Deo, & nullo errore corrumpitur. Integritas autem animæ pertinet ad salutē, quando rationi subditur, & nulla delectatione illicita corrumpitur. Integritas verò corporis ad gloriam, cum omnia membra corporis immaculata conseruantur. De quo Hier. Ad veram castitatem virginalē, requiritur castitas mentis & corporis, vt homo sit castus, tactu, visu & affectu. Greg. Intueri non licet, quod non licet concupisci. Et si non intueri, multò magis non tãgere. Tertiò, status virginalis præfer-

tur

tur matrimoniali in libertate, quia ille status est ad deseruendum Deo liberior. De quo 1. Cor. 7. Virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu: nupta verò quomodo placeat viro suo. Virgo potest orare, ieiunare, eleemosynam dare sine omni impedimento: sed mulier in matrimonio non sine licentia viri: nisi haberet parafernalia, vel esset lucrosa, vt dicit S. Tho. 2. 2. de eleemosyna. Sic etiam dicitur 1. Cor. 7. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Et sic coniugata turbatur corpore & spiritu: spiritu, in timore mariti. Ephe. 5. Mulier timeat virum. Corpore turbatur parturienti do fructus, & nutriendo, & multa incommoda à viro audiendo. Virgo verò nihil huiusmodi tribulationis habet, nec timet verberari, nec durè alloqui: & sic de aliis. Ex hoc iterum præcellit virginalis castitas matrimoniū. Quartò, præcellit status virginalis matrimonium in sponsi venerabilitate, quia sponsus eorum venerabilior est, quia Christus dominus. De quo 2. Corin. 11. Respondi vobis vni viro virginem castam exhibere Christo. Ille est primò speciosissimus. Psal. 44. Speciosus forma præ filiis hominū. Nimirum, quia dicitur Sap. 7. Splendor est lucis æternæ, & speculū sine macula. Heb. 1. Splendor gloriæ est, & figura substantiæ patris. 1. Pet. 2. In quem desiderant angeli prospicere. In eius aspectu fiat vita æterna. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscat te solū verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Secundo est eloquentissimus, quia aduocatus noster. 1. Ioan. 2. Aduocatum habemus apud Deum patrē, qui est propitiatio pro peccatis nostris. Tertiò, scientissimus & sapientissimus. Coloss. 2. Omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei in eo sunt reconditi. Quartò, est ditissimus, quia ipsius sunt cæli & terra. Psal. 13. Domini est terra, &c. Et diuitiæ ipsius non decrescunt. Quintò, est fortissimus. Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ. Et Iob 9. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. De seipso dicit Matth. 11. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Sextò, est immortalis & æternus. Psal. 109. Tu autē in æternum permānes, & memoriale tuum à generatione in generationē. Septimò, ipse est humilis: non spernit aliquē vel aliquā, qui ipsum in sponsum eligit, & se ipsi per fidem & charitatē desponsat. Quintò, præcellit status virginalis matrimonium in præmij quantitate, quia singulariter coronabuntur. Sap. 4. O quā pulchra est casta generatio cum charitate in perpetuum coronata triumphat. Et Sapient. 3. Quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum.

.ii 5

Deus omnes respicit in remunerando, tamen virginibus certissimum fructum assignauit. Insuper additur eis corona perfecti decoris, scilicet aureola, & est præmium accidentale. Aureola datur ratione pugnae: modò virginū pugna est magna, sicut dicit Aug. Inter omnia Christianorū certamina duriora sunt castitatis prælia, vbi quotidiana pugna, & rara victoria. ¶ Vbi clarius sciendū, duplex esse præmiū beatorum, scilicet essentialiale & accidentale. Essentialiale est, sine quo homo non est beatus, vt clara visio essentialis diuinæ. Sed accidentale præmium est quiddam accidentale superadditum, sine quo essentialiter quis beatus esse potest: sicut decor virginitalis, quem multi sancti non habuerunt. Et nota, tres sunt pugnae, scilicet contra mundum, carnē & diabolū: quæ cuilibet conueniunt, in quibus tres aureolæ sumuntur, & debentur his qui obtinent perfectam victoriā. Vnde in pugna contra mundum illa est victoria præcipua, qua resistitur in persecutionibus vsque ad mortem pro Christo. Sic meretur aureolam martyres, qui mundum perfecte vicerunt. In pugna contra carnem, victoriā illi obtinent potissimam, qui delectationibus venereis, quæ sunt præcipuæ in hoc genere, omnino propter Christum resistunt: & sic virginitali debetur aureola. In pugna vero contra diabolū illa est præcipua & privilegiata victoria, cum aliquis hostem non solum à se, sed etiam ab aliis remouet: quod fit per doctrinam & prædicationem. Et ideo doctoribus & prædicatoribus debetur aureola. Et sic habemus tres victorias privilegiatas, quibus correspondent tres aureolæ, id est, tria accidentalialia præmia privilegiata. Tertio, notandū, quod per aureolam intelligitur præmiū accidentale, & gaudia eiusdem: sicut ex gaudio essentialis præmij redundat in corpus quiddam decor & gloria corporis: ita ex gaudio aureolæ resultat aliquis decor in anima. Et vt aureola est principaliter gaudium spirituale in mente proueniens ex opere præcellenti & privilegiato, & per quandā redundantiam etiam refulget in carne. Et sic patet quomodo aureola est præmium animæ superadditum. Quarto, nota secundum quod dicitur in descriptionibus aureolæ, quod debetur operibus perfectionis, quod illa sunt quæ nos maximè cōformant Christo. Christus enim fuit martyr, secundū quod passionē suam in mūdo sustinuit. Idem fuit virgo, in quantum virginitalē in corpore seruauit perpetuē. Et fuit doctor, secundum quod veritatem quam à patre accepit, in mundo manifestauit. Qui ergo perfectionem patitur vsque ad mortē, aut virginitalē propter Deum

reijciat

retinet, aut per doctrinæ veritatem non solum à se, sed etiam ab aliis hostem expugnat: ille maximè Christo conformatur secundum victoriā perfectam. Quinto nota, differentia est inter auream, palmam, aureolam & fructum. Aurea est præmium essentialiale, quod correspondet radici charitatis. Et per hoc homo efficitur particeps diuinitatis, & per cōsequens regiam auream. Aureola est diminutiū ab aurea, & idem est quod parua corona posita super auream, id est præmiū accidentale essentiali superadditū. Et correspondet operi excellenti & privilegiato, scilicet victoriæ martyrum, virginum, & prædicatorū. Palma est præmium accidentale, quod nec radici charitatis, nec operi aut victorie debetur, sed volūtati. Tale præmiū habuit B. Martinus, eo quod martyriū desiderauit, licet non sustinuit. De quo canit Ecclesia: O beata anima, quam & si gladius persecutoris nō abstulit, tamen palmā martyrij non amisit. Fructus verò est quoddam præmiū, quod debetur hominibus ex eo quod à carnali vita in spiritualem transeunt ex femine verbi Dei. Et illi vitæ spirituali fructus correspondet, qui hominē præcipuè à carnis subiectione liberat. Hoc facit continentia qua homo cōtinet se ab actibus luxuriæ seu incontinentiæ, quia per retractiones & restrictionis venerorū caro animæ subditur, & in vita spirituali cōstituitur. Sed per delectationes veneras anima præcipuè carni subditur, ita vt in actu carnali secundū Hier. nec spiritus prophetiæ corpora tangat prophetarum, nec in illa delectatione est possibile aliquid intelligere, vt dicit Aristot. 1. Ethic. Et ideo continentia magis correspondet præmiū illud quod est fructus, quàm aliteri virtuti. Et sic diuersis meritis diuersa correspondent præmia. Sic virginitali correspondet aurea, secundum quod propter Deum seruatur imperio charitatis. Aureola secundum quod est opus perfectionis habens rationem victoriæ excellentis: fructus verò per cōtinentiam. Sic finaliter virginitas matrimonium præcellit in præmij quantitate. Et hoc præmiū adeptæ est B. Agnes, vt patet in eius legenda.

De conversione sancti Pauli.

ENARRATIO.

**S**aul Saul, quid me persequeris Act. 9. ¶ In summa Epistolæ duo stant. Primo Pauli periculosa infirmitas, ibi: Saul adhuc spirans. Secundo, subiungitur eius miraculosa sanitas, ibi: Pascha Eliensis est mihi iste. De primo dicit: In diebus illis, scilicet cum lapidatus esset beatus Stephanus, & Saulus erat cōsentiens neci, & facta est persecutio magna in Ecclesia, quæ Hierosolymis erat

&c

& dispersi sunt fideles per regionem iudææ & Samariæ, tunc Saulus ad huc spirans, s. corde & per odij animositatem minarum & edis in discipulos domum, i. in Christianos anhelans ad eadem per minarum asperitatem. ¶ Vbi sciendū sicut infirmitas corporalis dicitur periculosa variis de causis: sic infirmitas spiritua lis. Primò, quādo in corde interius radicatur. Secundo, quan do exterius, per totum corpus diffunditur. Terriò, quando modus nescitur. Quartò, quando contraria sumuntur. Quin to, quando medicus contemnitur. Omnibus his modis Pau lus infirmabatur, ideo meritò periculosa infirmitatem ha buisse dicitur. Primò, fuit radicata ab intra in morbo peccati in corde, & tangitur ibi, cum dicitur *spirans*: Ecce cordis mali tia, quam ipse prohibet, Heb. 3. Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrum malum cor incredulitatis discedendi à Deo viuo. Iere. 4. Lava à malitia cor tuum Hierusalè, vt salua fias. Aug. Nulla maiores diuitiæ, quàm fides Ecclesiæ. Abacuc. 2. Rom. 1. Iustus ex fide viuuit. Secūdo fuit periculosa infirmitas Pauli, quia per totum corpus diffundebatur. In ore, cum dicitur: *spirans minarum*. In manibus, cum dicitur: *et cædis*. In pedi bus, ibi: *Accessit ad principes sacerdotum*. Et sic potuit locum in eo habere prophetia, Isa. 1. A planta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas. Terriò, infirmitas est periculosa, quando nescitur. August. super. 58. Nō est insanabilior eo, qui sibi sanus videtur. Et sic Paulus videbatur sibi sanus. Propter quod dicit, 1. Timo. 1. Ignorans feci. Est tamen sciendū secundum san ctos doctores, quòd duplex est ignorantia, s. facti & iuris. Pri ma facti & contingit dupliciter: Aut adhibet diligentiam, & sic excusatur à toto, vt concubitus Iacob cum Lya, Genes. 29. Aut non exhibet diligentiam, & sic excusatur à tato & nō toto, vt ignorantia Lamech occidentis Cain, cum putauit occidere feram. Genes. 4. Secunda est ignorantia iuris: hæc est duplex. Quædam inuincibilis: hæc excusatur à toto. Alia verò vincibilis: & hæc iterum duplex. Quædam affectata: quæ in nullo excusatur. Quædam simplex: quæ excusatur à tanto, sed non à toto. De quo Aug. de li. arbit. lib. 3. c. 35. Non imputatur ad culpam quòd inuitus ignoras, sed quòd querere negligis. Gre. Aliud est nesciuisse, aliud scire noluisse. Primum dicitur negligenti a, secundum malitia & superbia. Habuit igitur Apostolus ignorantiam iuris simplicè. Vnde bene excusabatur à tanto, sed nō à toto. Et si ita mortuus fuisset, æternā damnationem incurrisset. Artamè non fuit tanta ignorantia eius, sicut si ex propria malitia ignorasset: quia sic dicit, vbi supra: Ignorans

feci

feci, igitur misericordiam consecutus sum. Valde tamen fuit periculosa ignorantia ipsius. Quartò, fuit infirmitas eius periculosa quia contraria sumebat. Non sufficiebat ei propria sœuitia, sed & alios concitabat, vt subditur: *Accessit ad principes sacerdotum*: non vocatus, sed sponte. *Et petiit epistolas*, s. ad loca remota. Non sufficiebat ipsi persequi fideles in Hierusalèm, sed petiit licentiam ad alia loca, s. in *Damaſcum civitatem ad synagogas*: vt si quos inueniret, quia pauci: huius viæ, i. Christianorum: viros & mulieres vinclos perduceret in Hierusalèm, s. ad puniendum. Ecce crudelitas ipsius: Sequitur: *Et cum iter faceret*, s. cum epi stolis: *contigit*, vt appropinquaret *Damaſco*, s. cum exercitu suo. *Et subito circumfulsit eum lux de cælo*, ad designandum, quòd sine luce gratiæ nemo potest veraciter ad Deum conuerti. Ideo meritò circumfulsit eum lux. ¶ Et illa lux primò fuit repentina in ce leritate, quia eum subito mutauit in alium virum, in scientia, vita & mentis cōstantia. In scientia. Dicit Glof. quia in illo triduo cæcitate percussus omne cognouit mysteriū incarnationis, & veritatem Euangelij. Vnde Gal. 1. Notum facio vobis Euangelium, quod non ab homine didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Item immutauit eum in vita, quia statim virtute luminis, quod ipsum circumfulsit, omnē carnalem amorem & affectum terrenū mox abiecit. Propter quod dicit Galat. 1. Cum placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & vocauit per gratiā suam, continuò nō acquieui carni & sanguini. Et hoc est quod dicit Ambr. Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Etiam mutauit eū in mentis constantia. De quo Rom. 8. Quis nos separabit à charitate Christi? Secundò, illa lux fuit immèsa, quia circumfulsit eum, & ab intra & extra ipsum totum illuminauit: in interioribus per sapientiam, qua omnia mysteria scripturarum intellexit: ab extra, per lucidam conuersationem & sanctitatis exemplum: à superioribus, per claram contemplationem, qua nudè & immediatè Deum per essentiam cognouit. Terriò, illa lux erat cœlica: ideo intellectum ipsius angelicis spiritibus cōfirmavit. Imò etiam ipsi angeli plurima secreta per eius prædicationem didicerunt: vt dicit Glof. super illud Eph. 3. Mihi enim omnium sanctorū minimo data est gratia in Gentibus, euangelizare, &c. vt innorescat principibus & potestatibus. in cœlestibus. Illa ergo lux affectum eius totaliter transmouit. Chryf. Sicut ferrum in ignem missum, & sic Paulus in charitate accensus. Etiam ipsum cœlesti conuersatione decorauit. Ideo Philip. 3. Nostra conuersatio in cœlis est. Hæc tria, inquit,



inquit Dionysius in epistola de transitu per desertum huius mundi. Vbi dicit ipsum angelum terrestrem propter primum, imaginem diuinitatis propter secundum, & cœlestem hominem propter tertium. Quia dicit Chryl. Paulus in terra gradicens sic se gerebat in cunctis, quasi societate angelorū frueretur. Hæc subita conuersio Pauli figurata est 1. Reg. 19. in Saule, de quo dicebatur: Insiliet in te spiritus domini spiritu repentino, & prophetabis, & mutaberis in virum alium. Psal. 76. Hæc mutatio dextræ excelis. Sequitur: *Et cadens in terram, scilicet ex nimio terrore, timuit ne fortè maiori plaga percuteretur quam Pharao, aut Maria soror Mofi. De quibus in Exod. In hoc etiam timuit, ad designandum quòd homo illuminatus per gratiam, debet cognoscere suam fragilitatem, exemplo Abrahæ. Gen. 18. qui dixit: Qui loquar ad dominum, cum sim pulvis & cinis? Isa. 46. Redite præuaricatores ad cor. Bern. Non est melior conseruatio gratiæ, quàm in vera humilitate. Quintò, periculosa est infirmitas, cum medicus conuenitur. Et sic fuit in Paulo. Propter quod sequitur in epist. Et audiuit vocem. s. auditu corporis, dicentem: Saule Saule quid me persequeris? Hæc duplicatio fit ad mouendum eius intentionem, quasi diceret, Grauis est tuæ infirmitas, quia medicum contemnis. Da locum medico, & non discedet a te, Eccl. 38. quia opera eius tibi sunt necessaria. Et dixit: Quid me persequeris? scilicet in membris meis, quæ persequeretur Saulus, & non Christum in propria persona, quia iam sedebat ad dexteram patris gloriosus. Tantam tamen habet dominus dilectionem ad suos, vt quod eis exhibetur, sibi fieri reputet. Matth. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Qui respondit: Quis es domine? scilicet Deus aut angelus, quasi diceret: Sentio potentiam, non scio essentiam. Aestimabat eum Angelum. Respondit: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Quasi diceret: Ego sum qui de cœlestibus loquor, quem putas mortuum vt hominem: ego sum viuens & regnans per secula cuncta. Ecce bonus medicus. ¶ Reuera bonus. Primò, quia habuit sapientiam in cognoscendo, eò, quòd radicem infirmitatis Pauli cognouit. Credebat quidem Paulus persequi hominem mortalem, & persequeretur Deum cœlestem. Ideo infirmitatem eius eum cognoscere fecit, dicens: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. q. d. Non hominem persequeris, sed Deum: non creaturam, sed creatorem: non corpus, sed caput. Secundò medicus ille habuit bonitatè exequendo, quia personaliter de cœlo descendit: & sibi locutus fuit: & adhuc*

existea

existenti in voluntate & actu persequendi eum conuertit. Non sic alios Apostolos. Licet enim non essent sequentes, tamen nõ fuerunt eum persequentes. Tertiò, fuit medicus subtilis & perfectus. Subtiliter enim & velociter perfectèque eum conuertit & sanauit. ¶ Sed diceret: Si dominus faceret mihi ita, etiam me conuerterem. Respondent doctores: Nõ est nunc opus miraculosè agere pro fide, quia nunc multum creuit. Ideo sicut plantæ nouellæ & filo acus inducitur: sic per miracula fides in primitiua creuit Ecclesia. Dominus autè nunc peccatores inspirationibus, prædicationibus, flagellis & tribulationibus conuertit. Sic facit nobis nunc, vt Iudeis fecit. Primò, per signa vocauit de Aegypto eos, sed in terra promissionis manifestè per prophetas, nunc per predicatores. Nec requiritur vocatio miraculosa, sicut fecit S. Paulo, & hoc ex sua ineffabili bonitate. Vnde dicit: Ego sum Iesus, i. saluator, qui salutem tuam & non aliud quero. Nazarenus, i. floridus, qui pro te & toto mundo in cruce floruit. Ecce quàm mitè eum alloquitur, nobis in exemplum spei. Propter quod dicit Apost. Hebr. 4. Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur. Subdit: Durum est tibi cõtra stimulum re-aleur-ri, id est, potentiori te incomparabiliter resistere, scilicet, vitiis & peccatis. Vnde nota, dominus loquitur hic de statu peccati, in quo iacuit Aposto. Durum valde in tali statu est esse seu manere propter plura. Primò, quia diabolus peccatoribus dominatur. 2. Pe. 2. A quo quis superatus est, huius & seruus est, tota moniorum seruus, quot vitiorum, vt dicit Aug. Secundo, quia gladius euaginatus super eos extenditur, Psal. 7. Nisi conuerſi fueritis, gladium suum vibrauit, &c. Hoc viri iusti & sancti desiderant. Apoc. 6. Vſquequo domine sanctus & verus nõ iudicas & nõ vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Tertiò, quia conscientia remordente aggrauatur. August. Omnis inordinatus animus est sibi ipsi pœna: & nõ minima, sed maxima. De quo Isido. Nulla grauior pœna, quàm remordens conscientia. Hanc fecit ferre oportet peccatores. Quod est valde graue. Sapi. 17. Frequenter enim præoccupant, pessimè redarguente conscientia: cum sit enim timida nequitia dat testimoniũ condemnationi. Quintò, quia cumulus peccatorum augmentatur. Gregorius. Peccatum eum per prænitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Ideo Eccl. 32. Quasi à facie colubri fuge peccatum. Quintò quia nescit quo sine terminatur, an vnquam Deus sibi bonum suam cõcedat. Ioel. 1.

Quis

Quis scit, si conuertatur & ignoscat Deus? Poëta,

Omnia sunt homini tenui pendencia filo:

Et subito casu, quæ valere ruunt.

Sic dicit Augu. Hac animaduersione percutitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dū viuerec oblitus est Dei. Pessima res vitium, nil æquē pernitiosum. Reuera pessima. Non tantum in vita, sed etiam in morte & post mortem. Primò, quia in agone hominis à dæmonibus ante oculos portabuntur. Eccles. 11. In fine hominis denudatio peccatorum illius. Secundò, quia hinc exiens dæmonibus præsentatur. Iob. 20. Vadent, scilicet animæ, & venient super eam horribiles, scilicet dæmones. Sapient. 17. Personæ tristes illis apparentes, pauorem illis præstabant. Tertiò, quia post mortem ad locum tormentorum deputatur, vbi in perpetuum crucietur. Propter quod Eccle. 7. Memorare nouissima, & in æternum non peccabis. Quartò, propter pœnæ augmentationem, cum anima carni societur, scilicet in vniuersali iudicio: tunc corpus & anima simul ardebunt. Tunc implebitur illud, Apoc. 6. quòd dicent petris & montibus: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum. Quintò propter finalem sententiam. Matth. 25. Disceditè à me maledicti in ignem, &c. Ideo finaliter Orosius dicit: Plus est vitanda peccati fœditas, quàm quælibet tormentorum immanitas. Subdit, *Qui tremens ac stupens dixit: Domine quid iubes me fecerit quasi dicat, Iam non meam, sed tuam voluntatem paratus sum adimplere.* Gregori. Nisi quis à seipso deficiat, ad Deum non appropinquabit: sic Paulus. Vnde August. Mox parat se ad obediendum, qui prius sæuiebat ad persequeendum. Ambro. Si secutus es errantem, sequere penitentem. ¶ Dixi, secundò tangitur Pauli miraculosa sanitas. De quo in textu sequitur: *Et Dominus dixit ad eum, scilicet, quia ad voluntatem eius pronum se exhibuit, Surge & ingredere ciuitatem.* Scilicet, Damascum: & ibi dicitur tibi quid te oporteat facere. In hoc significatur mysticè quòd ille qui Deo vult placere, debet surgere à vitiis & peccatis, & ingredi per fidè & charitatem in ciuitatem, id est, in viuionem sanctæ matris Ecclesiæ: ibi dicitur illi quid sit facturus. Ephesi. 5. Surge qui dormis; & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. Sequitur: Viri autem illi qui comitabantur cum eo, id est, socij eius, ueniunt enim cum notabili comitatu: *Hæ ergo stabant stupefacti audientes quædam uocem, scilicet Pauli, sed neminem uidentes: stupebant ex magnitudine miraculi, quia audierunt uocè Pauli.*

sed

sed non Christi, vt haberetur Act. 22. Qui mecum erant lumen quidem uiderunt, uocem autem eius non audierunt qui loquebatur mecum, neque uidebant personam cui dirigebatur sermo, & sic stabant stupefacti, nescientes quid facerent. *Surgens autem Saulus de terra, & apertis oculis nihil uidebat: exterior dispositio corporis interiorè significabat.* Ipse nanque tunc ab omnibus terrenis affectibus surrexit. Et dicit Augu. Eo tempore quo cætera non uidebat, mysterium informabatur credentium: quoniam qui credit in Christum, ipsum inueniri debet. Et sic tunc uidit & contemplabatur cœlestia, cui uisus clausus fuit ad terrena. *Ad manus autem illum trahentes introdixerunt Damascum, & erat ibi tribus diebus non uidens, scilicet corporalibus oculis, neque manducans neque bibens.* Dicit gloss. tres dies non uidit, quia non credebatur Christum tertia die resuscitatum. Sed dices: Quid tunc fecit in illo triduo? Dicunt doctores communiter, quòd in illo triduo raptus fuit usque ad tertium cœlum & habuit illam excellentem uisionem, de qua 2. Corinth. 12. Ex illa fuit ita sustentatus, quòd nec manducare affectabat, nec bibere. Sicut legitur de Mose, qui fuit cum domino quadraginta diebus in monte absque cibo. Sequitur, *Erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ananias, scilicet de Iudaismo ad Christum conuersus, scientia & uita famosus.* Et dixit ad illum in uisione Dominus, *Anania.* Et ille ait, *Ecce ego domine.* Tales uocationes legitimus etiam in pluribus locis ueteris testamenti factas esse his quibus dominus conuersatus est. Et sic in præsentia. *Et dominus ad eum, Surge & uade in uicium qui uocatur rectus.* Et quære in domo Iude Saulum nomine Tharsensem. quia de Tharsis erat oriundus, illuc enim pater eius translatus fuerat de Iudæa, & ibi creuerat in potestate & fama, vt patet in gloss. Lyræ 2. ad Timoth. ult. Sequitur: *Ecce enim orat.* quasi dicat, mentem ad Deum eleuatam habet. Ex illo enim raptu Paulus egressus gratias Deo agebat. Sequitur, *Et uidit, scilicet per diuinam reuelationem uirum Ananiam nomine introentem & imponentem sibi manus, quasi dicat: Hæc quæ tibi loquor, iam præsentia liter in oratione & raptu tuo cognoscis: & non tantum uidit personam, sed etiam nomen lucidè cognouit & opus facturum, imponentem sibi manus: Hæc impositio non erat ad receptionem spiritus sancti, vt patet Act. 8. sed ad sanationem defectus corporalis: vt patet de S. Laurentio, qui ponebat manus super oculos cæcorum, & illuminabantur.* Et sic in proposito sicut subdit, *vt uisum recipiat.* Sed

Pars Hyem.

kk

quo modo se habuit Ananias in hac parte, sequitur in textu: *Dixit Ananias*, scilicet se excusando: *Domine*? quasi dicat, sum paratus facere quod iubes, tanquam feruus fidelis. Sed vnum est. Miror de verbis tuis & de eo quod me iubes, *quis audui de multis de viro hoc*, scilicet Saulo *quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem*. q. d. famosus est in persecutione. *Et hic*, scilicet nouissimè *habet potestatem à principibus sacerdotum alligandi omnes: qui inuocant nomen tuum*. q. d. Vis vt meipsum voluntariè tradam in manus eius, & non debeo sustentari diutius pro salute fidelium tuorum? *Dicit autem ad eum Dominus: Yude*. Raba. q. d. Non est timendus quasi persecutor, sed amplectendus vt frater: quia mala quæ sanctis intulit paratus est sustinere: *quoniam vas electionis est mihi iste*. id est, vas specialiter electum gratiæ & scientiæ contentium: *vt portet nomen meum coram Gentibus & regibus & filiis Israel*. ¶ Reuera liberè & fiducialiter & constantè hoc dulcissimum nomen Iesus portauit in ore & corde. Quingentis enim vicibus scripsit illud in epistolis suis vt patet intuenti. *Et ego ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo*. q. d. multa aliis sanctis intulit: etiam ipse multa patietur: & hoc cum magno gaudio & hilaritate, amore nominis mei. 2. Corinth. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Confortatus igitur sic Ananias & consolatus à domino abiit, scilicet gaudentè, ad explendum officium & mandatum domini: *& introiit, scilicet, in domum prænominatam, vbi Saulum reperit, imposens ei manus: & dixit: Saule frater*, Fratrem vocat, quem prius timuit inimicum. Ex lupo enim agnus factus erat. *Dominus meus Iesus misit me ad te, qui apparuit tibi in via qua veniebas*, scilicet, ad persequendum electos, licet per gratiam suam sis mutatus: *quare ad te venio, vt videas*, id est, visum corporalem recipias, & implearis spiritu sancto. O benigna & gratiosa locutio & legatio Ananias ad Paulum, ex causis vbi supra expressis. Et quanti fuerunt experti domini effectus verba eadem subdunt. *Et confestim* id est, absque mora, *cecidertunt de oculis eius tanquam squamae*, id est, maculae albæ & duræ, sicut squamæ piscium: & visum recepit. *Et surgens baptizatus est*, supple in nomine Christi. *Et cum accepisset cibum, confortatus est*, duplici confortatione, scilicet spirituali & corporali: ecce miraculosa sanatio. Attendamus sanationis effectum. *Fuit autem cum discipulis supple Christi, qui erant Damasci, per dies aliquot*. Et continuo, id est, diligenter & solè ingressus synagogas predicabat dominum Iesum, quia hic est filius Dei. Sed quomodo se ad hoc miraculum habebant Iudæi? Sequitur:

Stupebant

Stupebant omnes, qui audiebant eum & dicebant: *Nonne hic est qui exprobat in Hierusalem eos, qui inuocabant nomen Iesu? & huc ad hoc venit, vt vinculos illos adluceret ad principes sacerdotum*. Quasi dicerent, Mirram est nobis, quid sibi videtur, aut qualis existit. Sequitur: *Sculus autem*, scilicet, antè sic vocatus, & post baptismum *Paulus*, multò magis conualescebat, scilicet, prædicando, & confundebat Iudæos, scilicet per doctrinam à spiritu sancto datam, *qui habitabant Damasci affirmans, quoniam hic est Christus*, s. in lege promissus. Ad merita ipsius nos commendemus.

¶ In die purificationis Mariæ virginis.

## ENARRATIO.

Postquam impleti sunt dies purificationis Mariæ. Luca secundò. ¶ In summa verborum præsentis Euangelij duo breuissimè tangantur. Primò, præcepti legalis libens obseruatio, ibi: *Postquam impleti sunt*. Secundò, Simeonis iusti gaudens obuiatio, ibi: *Et ecce homo erat in Hierusalem*. De primo dicit, *Postquam impleti sunt dies purificationis Mariæ secundum legem Moysi*. Præter festum quatuor habet nomina, quæ in serie præsentis Euangelij secundum ordinem explicantur. Primò, dicitur festum voluntariæ purificationis. Hoc tangitur ibi in principio Euangelij, scilicet, *Postquam impleti sunt dies purificationis Mariæ secundum legem Moysi*. In lege Mosaica præceptum fuit Leuit. 12. quòd mulier quæ peperisset suscepto semine, immunda esset septem diebus à consortio hominum, si pareret masculum: & vltra triginta tres dies abstineret ab ingressu templi. Et duplicabatur dies post partum feminae. Ratio, quia mulier duplex peccatū commisit, ideo duplici pœna punita fuit. Primò, ipsa superbiuit, ideo Deus eam humiliavit, dicens: *Sub potestate viri eris*. Genes. 3. Secundò, ipsa fructum vitium comedit, ideo Deus eam in fructu puniuit. Genes. 3. In dolore paries filios tuos. Et propter hoc etiam post feminae parturitionem duplicabantur dies, vt humiliaretur, quia dicit Magist. in 2. Sent. dist. 22. Mulier creditit verum, quod diabolus dicebat: *Eritis sicut dii*, scientes bonum & malum. Vbi Aug. dicit: *Quomodo crederet mulier diabolo, nisi esset in mète eius superba præsumptio*? Adam non fuit seductus, sed mulier. Non putabat verū quòd dixit diabolus, sed victus amabili benevolentia mulieris. Et sic mulier non solum peccauit, sed virum in peccatum cõcitauit. Mulier infecta est & infecit, decepta est & deceptit, seducta est & seduxit. Eccl. 25. A muliere initium peccati: per illā omnes morimur. Sed hodie non est eis, hoc obiciendum,

quia dicit Bern. super Missus est: Quicquid humana natura per Eam superbiam perdidit, hoc per Mariæ humilitatem recuperavit. Ob hoc tempus purificationis duplicabatur ad partum foeminae. Sed di. Vtrum nunc mulier teneatur tempore ac praecipuo purificationis subiacere, & ab ingressu Ecclesiae abstinere? Respondet Grego. quod non, di. 5. in lege, ubi dicit: In lege praecipiebatur ut mulier, si masculum pareret, 40. diebus, si verò foeminam, 80. diebus cessaret à templi ingressu. Nunc autem post partum statim Ecclesiam ingredi non prohibetur. Et subdit idem Greg. cap. si mulier. Si mulier eadem die, qua genuit actura Deo gratias intrat Ecclesiam, nullo modo peccati grauetur, ne poenam vertamus in culpam: voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. Hoc idem etiam habetur extra, De purificatione post partum. c. volentes. Si tamen ex veneratione aliquandiu abstinere voluerit, talis deuotio non est improbanda, & consuetudo super hoc indulta, est commendanda. Et eadem ratione nec sacra cõmunio est ei deneganda, nisi ex reuerentia voluerit abstinere. Vnde Aug. Saepe sine culpa agit, quod venit ex culpa. Vnde etiam cum esurimus, sine culpa comedimus, quia culpa primi hominis est ut esuriamus, ut habetur di. 5. c. eius verò concubitum. Ad hanc verò legem omnino non fuit obligata beata virgo, quia lex dicit mulier, quod significat corruptionem. Sed ipsa fuit virgo. Etiam dicit lex Mosaiica: Mulier quae suscepto semine concepit & peperit, ipsa verò à spiritu sancto. Bern. Quis non aduertit liberam esse beatam virginem Dei matrem: cum nihil in conspectu eius immundum, nihil impurum, nihil purgan dum inueniatur, nec ratione matris, nec ratione prolis. De matre scribitur Cãt. 4. Tota pulchra es amica mea. De prole Sap. 7. Candor lucis æternæ, & speculum sine macula. Ideo dicit Ber. O virgo nõ est tibi opus purificatione, sicut nec filio tuo circuncisione. Sed sicut Christus qui secundum diuinitatem Mose legem dedit, apprens in humanitate implere voluit: sic Maria licet purificatione nõ indiguit, tamen tempus purificationis obseruare voluit. ¶ Primò, propter obedientiae exemplum, quam videlicet obedientiam & nos praestare debemus Ecclesiae. 1. Regum 15. Melior est obedientia quam victima, ut dicit Ber. Non credas aliquod bonum placere Deo, quod est contra obedientiam Ecclesiae, quia secundum Greg. Peccatum paganitatis incurrit, qui sanctae Ecclesiae per inobedientiam contradicit. Secundò, propter hoc, ut à Iudæis occasionem tolleret scãdali: alijs Iudæi dixissent de ea, sicut de filio. Ioã. 9.

Non

Non est à Deo qui sabbatum non custodit, si eam putassent transgredi legē, & sic in ea scãdalizati fuissent, ut dicit Gre. 11. quãst. 3. inter verba. Christus soluit tributum propter vitandam scandalum. Mat. 17. Ut non scandalizemus eos. Et iterum dixit, Matth. 18. Vae homini, per quem scandala fiunt. Propter hoc Maria tenuit tempus purificationis. Tertio, propter hoc, ut profundæ humilitatis suae virtutem ostenderet. Bern. Qui verè humilis est, non solum non vult humilis dici, sed & vilis reputari, sic virgo gloriosa. Vnde ipsa tam pura erat, quod dicit Ansel. Ea puritate nitebat, qua maior sub Deo intelligi nequit. Et tamen ac si ipsa immunda esset & purificatione indigeret, seipsum ostendit. Et si non habuisset tam profundam humilitatem, potuisset dicere, ut Bern. dicit in hodierno sermone: Cur abstinere ab ingressu templi? ex quo vterus meus nesciens virum est factus templum spiritus sancti. iuxta illud Ecclesia, Domus pudici pectoris templi repente fit Dei. Cur non ingrediar ex quo peperit dominum tẽpli? Nihil in conceptu meo immundum, nil in partu impurum, nihil illicitum, cum proles mea sit fons puritatis. Voluit igitur non ingredi propter humilitatis causam, sciens scriptum Eccl. 3. Quamto maior es, humilia te in omnibus. Subdit: *Tulerunt illum in Hierusalem.* ¶ Secundò, hoc festum dicitur piæ & excellentis oblationis. In ipso enim Dei filius portabatur ad oblationem. De quo textus: *Tulerunt illum in Hierusalem:* s. à Berthelem Mariae & Ioseph, quia ibi erat locus sacrificij. Et merito in Hierusalem quia ibidem post 33. annos seipsum Deo patri pro nobis omnibus in remedium offerre voluit. *Ut sist. venit.* id est, offerrent seu praesentarent eum Domino. Sed di. Illud quod alicui semper est praesens, quid opus est ei sisti seu praesentari? Sed humanitas Christi fuit semper Deo praesens, quia coniuncta in vnitatem personae. Igitur non oportuit praesentari. Respondet S. Th. parte 3. quãst. 17. arti. 4. Non fuit necesse Christum praesentari Deo ac si non esset sibi praesens: sed hoc factum est nobis in exemplum, ut sicut non gratia sui factus est Deus & homo, sed ut nos per gratiam suam faceret Deos, sic nõ propter se circumcisus est, sed propter nos, ut circumcideremur mente. Sic & propter nos sistitur domino, ut nos discamus Deo offerre. Sed quid potuit dicere Maria in hac oblatione? Bernard. O pater caelestis offero tibi filium tuum atque meum, à me genitum temporaliter, à te æternaliter, offero tibi eum hodie in odore suauitatis, qui seipsum offerre venit pro totius mundi peccatis. Nam venit tempus. quod non portabitur manibus virgi-

ncis, sed brachiis crucis: offero tibi illum qui est sacerdos, sacrificium & templum. De quo Aug. ipse sacerdos per quem sacrificium offertur, qui est templum in quo reconciliati sumus. *Eze. 47.* Vidi aquam egredientem de templo à latere dextero. q. d. Offero tibi illum qui se non offert sub tecto, non in templo Iudaico; sed in excelso crucis ligno. De qua oblatione dicit *Psal. 39.* Oblatione & holocaustum noluit. Tunc dixit: ecce venio. Offero tibi verum sacrificium & acceptabile, per quod omnia sacrificia veteris legis sunt figurata. De quo *1. Corin. 10.* Omnia in figura contingebant illis. De qua etiam Simon de Cassia: Agnus qui praefiguratus est ab origine mundi, oblatus est in fine mundi. *Ber. Maria* ultra ait: O pater veniet tempus, ut non redimetur aere alieno aut agno: sed alios redimet sanguine proprio. Non redimetur quinque siclis, sed alios redimet quinque vulneribus rubicundis. *Ambr. Mariae* vita est omnium nostrum exemplar & disciplina. Ipsa oblata fuit à parentibus in templum, ipsa obrulit filium, ipsa obrulit seipsam, ut nos ita faceremus. *Psal. 4.* sacrificate sacrificium iustitiae. *Glof.* Sacrificium iustitiae, est offerre Deo quae nos recepimus ab eo, dicendo illud. *1. Para. vi.* Tua domine sunt omnia: & quae de manu tua recepimus, offerimus tibi, s. corpus & animam *Eccle. 35.* Da altissimo secundum datum eius. Primo, corpus in castigatione. *Rom. 16.* Obsecro vos ut corpora vestra exhibeatis hostiam viventem, Deo placentem. Secundo, animam in gratiarum actione. *Eccle. 35.* Bono animo redde gloriam Deo. Sequitur: *Scriptum est in lege domini, s. Exo. 12.* Quia omne masculinum adaperies vulva, i. vterum. Hic loquitur de primogenito, sanctum vocabitur domino, i. praesentabitur domino. *Dicit S. Tho. parte 3. q. 37. art. 3.* Duplex praecceptum praecipiebatur in lege Mosis, vni generale, quantum ad omnes, s. ut cõpletis diebus purgationis, i. purificationis, offerretur sacrificium pro filio siue filia, ut haberetur *Leuiti. 12.* Et huius oblationis duplex fuit causa. Prima, ut proles nata à peccato, in quo erat concepta, expiaretur. Secunda fuit, ut etiam proles ista domino consecraretur. Secundum praecceptum in lege speciale fuit de primogenitis, tam de hominibus, quam iumentis, in memoriam plagae Aegyptiorum. De quo *Pf.* Et percussit omne primogenitum Aegypti ab homine usque ad pecus, primogenitis filii Levi reservatis, ut patet *Exo. 13.* Sed Christus erat primogenitus: ideo voluit non soluere legem, sed adimplere. *Mat. 5. & Luc. 7.* Sic debet implere omnem iustitiam. Et sic commemorat vtrumque; obseruatum, licet non esset obligatus per legem, quod veterum

mattis

matris non aperuit, sed claufo vtero exiuit. Hic datur exemplum & doctrina praesidentibus, id quod aliis statuunt, per se conseruare debent, de cõsti. c. omnis. Quicquid iuris in alterum statuit, ipse debet vti eo. Sed heu impletur hodie illud *Mat. 3.* Alligat hominibus grauiam onera & importabilia, digito autem suo ea noluit mouere. Christus autem vtrique seruaui. Primum tangitur, vbi supra. Secundum cum subdit in text. *Et vt darent hostiam pro eo secundu quod scriptum est in lege domini, s. Le. 12.* Chry. Profunditas diuitiarum sapientiae & scientiae Dei: pater cõplet figuram in filio, veritas adest: cõditor legis custodit legem. Et subdit: *Par turturum, aut duos pullos columbarum.* Hæc erat oblatio pauperum, sed diuitum agnus. Nam ipsa mater nouit filium in paupertate viuere; de quo *2. Cor. 8.* Qui cum diues esset, propter vros egenus factus est. Et sic voluit pro se hostiam pauperum offerri. In ista oblatione significauit, quod figura legis cessare debuit, quia veritas affuit. Nam Ioseph potuisset habere agnum quem obtulisset: sed vbi aderat veritas, debebat desesse figura. Agnus autem qui offerebatur in lege, figura erat istius agni Christi, qui tollit peccata mundi. *Ioan. 1.* Ecce in hoc quod pro eo datur par turturum aut duo pulli columbarum, significabatur quod ipse debuit esse pretium redemptionis per sui sanguinis effusionem. *Primo* in hoc, quia sanguis columbae est mundissimus: & sic sanguis Christi nulla peccati macula contaminatus. *1. Pet. 1.* Non auro aut argento corruptili redempti estis de vana vestra conuersatione, sed pretioso sanguine agni immaculati & incontaminati Iesu Christi. Secundo, quia sanguis colubæ est calidissimus: sic sanguis Iesu Christi ex feruentissimo amore effusus, ut dicit *Ioan. in Apoc. 1.* Dilexit nos & lauit nos in sanguine suo à peccatis nostris. Tercio, est virtuosissimus, quia instillatus oculis acuit visum & remouet impedimentum. Et sic sanguis Christi est nobilissimum collyrium. *Apo. 1.* Collyrio unge oculos tuos, ut videas. Oculi spiritus sunt affectus & intellectus, ut dicit *Bern.* Et nos debemus ungeri oculos nostros sanguine Iesu Christi, & clare videbimus misericordiam, & bonitatem ac charitatem Dei in nobis. *Ber. in quo* illuxit clarius quod nos dilexit dominus, quam in suis vulneribus? Dixi secundum tangitur in serie presentis euangelij Simeonis iusti gaudens obuiatio, in hoc exprimitur tertium nomen presentis festiuitatis: vbi dixi, quod dicitur festum deuotæ obuiationis, de quo text. *Ecce hierusalem, quia iustitia non stat sine timore. Ecce. 1.* Qui sine timore est non poterit iustificari. Et sic de Iob

scribitur eiusdem i. cap. Job erat vir simplex & rectus acti-  
mens Deum. Et sic Simeō iustus erat per boni operationem,  
& timoratus per mali declinationem. Prouer. 15. In timore do-  
mini omnis homo declinat à malo. Expectans cōsolationem,  
i. redemptionē Israël. s. quæ debebat fieri per Christum in be-  
neficio incarnationis: sicut promisit dominus, Isa. 51. Ego ipse  
consolabor vos. Simon de Cassia: Iustus erat erga Deū, quia  
viuebat ex fide. Ro. 1. Iustus ex fide uiuit. *Et iustus*, erga proxi-  
mum, quia totius populi expectabat salutem. *Et spiritus sanctus  
erat in eo.* Quāuis Deus gratiam suam cōmunicet omni homi-  
ni disponenti se ad eam: quibusdā tamē hominibus speciale  
donum contulit propter cōmunem utilitatem. Et sic huc Sime-  
oni speciale donū iustificationis contulit propter commu-  
nem utilitatē, quo dono cognosceret propinquā domini prę-  
sentiam, quā promiserat per prophetas. Ideo dicit Simon de  
Cassia: *Et spiritus sanctus erat in eo*, ad sciēdum & docendū futura.  
*Et responsum accepit Simeō à spiritu sancto* qui erat in eo: *non visurum*,  
i. experturum se mortē, *nisi videret Christum*, s. oculis corporeis,  
quem videbat oculis mentis, Christum domini, s. vnctum à  
domino, Messiam in lege domini promissum. Aug. Resposum  
accepit ad suum desiderium, quia frequenter suspirabat in  
orationibus suis his verbis, *Quare tardas domine, & faciem  
tuam auertis, obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis no-  
stræ? Mitte domine redemptorē captiuus, consolatorum mœ-  
stis. Veni domine, libera nos. Vellem mori, dummodò prius  
viderem illum, per quem mors vincitur. Nolo ex hoc seculo  
recedere, nisi videam illum, per quem conditum est seculum.*  
Dicebat nanque suspirando: putāsne me inueniet ista felix  
natiuitas? putas video? putas durabo? ipse erat alter Daniel  
vir desideriorū, cui dictum est, Dan. 4. Noli timere vir deside-  
riorum, pax tibi & cōfortare, & esto robustus: non te frangat  
ætas, non morieris nisi videas, nisi tangas, nisi amplectaris  
Christum. Aug. Intelligite fratres quale desiderium sancti  
patres habuerunt, qui sic semper Christū affectabant seruen-  
ter videre. Et ipso viso amplius temporaliter viuere non af-  
fectarent, cum tamen omnes ad limbum descenderent. Spi-  
ritualiter sic dicit Ber. oportet quæ ignis desiderij præcedat siue  
præueniat ad omnem animā ad quam vēturus est. Sequitur:  
*Et venit spiritus in templum.* id est, motus à spiritu. Orig. Qui vult  
inuenire, tenere & amplectari Christum, debet in spiritu san-  
cto venire in templum: non in spiritu superbiæ, vt ambitiosi,  
qui vsurpant sibi dignitates ecclesiasticas. Psal. 143. Circum

ornata

ornatæ vt similitudo templi: sicut faciunt inanis gloriæ cupi-  
di, ornantes se variis vestibus, vt appareant corā hominibus,  
non in spiritu luxuriæ, non in spiritu vanitatis aut garruli,  
sed in spiritu sancto. Ber. Qui vitia in templum domini indu-  
cit, speluncam latronum facit. Sequitur: *Et cum inducerent pue-  
rum Iesum parentes eius*, s. Maria & Ioseph pater putatiuus, *vt fa-  
cerent secundum consuetudinem legis pro eo*, vt redimerent quinque  
siclis, sicut primogenita aliarum tribuum à tribu Leui. Sequi-  
tur, *ipse*, s. Simeon, *accepit eum in vlnas suas.* Non sufficebat sibi  
eum videre & tangere, sed etiam recepit ipsum gaudenter,  
amanter & reuerenter inter brachia sua. Aug. Simeon vidit  
& cognouit eum, intus est ei reuelatus, qui foris est natus.  
Cognouit illum in infantia, quæ Iudæi crudeles occidebant  
faciētem mirabilia. O quā sæpe ei oscula impressit, o quā  
amanter eū inspexit, o quā multi filij nobiliū oblati sunt,  
nullū aduertebat, in illius autē introitu totus in spiritu arde-  
bat. O quanta gratia potuit collata esse. Orig. Si à tactu fim-  
bræ vestimēti Christi mulier sanata est, quid putandū est de  
Simeone? Subdit: *Et benedixit Deum*, s. per gratiarū actionem,  
& dixit, s. cupiēs mori: *Nunc dimittis domine seruuū tuū in pace.* Amb.  
O quā piū spectaculū, quo non nisi pij delectari probau-  
rur. Stat virgo & mater, filius Dei suscipitur, & de eo prophe-  
tizatur. O mira res, vidit puerulū, & ex eius aspectu intantū  
fuit consolatus, quod iam lætus mori volebat. Gre. Corporā-  
libus oculis vidit humanitatem, intus illuminatus cognouit  
mundi saluatore, & ipsum omnibus prædicauit, dicens, Nūc  
dimittis domine. Theop. Cognouit eum dominum vitæ &  
mortis, dicit: *secundum verbum tuum*, i. promissum, *in pace.* Orig.  
Si pax mittitur ad limbum, quanta qui eum suscipiunt eun-  
tes ad lucem æternam? Potuit tunc dicere Simeon illud Gen.  
46. Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam. Et hoc est quod  
subdit: *Quia viderunt oculi mei salutare tuum*, i. filium tuum aut sal-  
uatore. Aug. Eadem fides quæ saluat nos, & antiquos sal-  
uos faciebat. Subdit: *Quod salutare parasti*, s. non solum visibile,  
sed etiam palpabile, ante faciem omnium populorum. O at-  
tendite sagacitatem huius venerandi senis, qui cum tanto  
zelo postulauerat salutare Israël: quod postquam tanto voto  
poritus est, exclamauit se vidisse omnium populorum salu-  
tem. Et dicit notanter, *ante faciem*, &c. Theoph. Vt ejus incar-  
natio omnibus appareret. Quartō, dicitur hoc festum poten-  
tis illustrationis. De quo in textu: *Lumen ad reuelationem Gen-  
tium.* Dicit Atha. Gentes ante aduentum Christi erant in ypsi-

mis tenebris constitutę, quia infidelitatis causa erant cognitione diuina priuata. Has ergo Genes multipliciter illuminauit, s. doctrinis, miraculis & sacramentis. Ideo merito dicitur, *Lumen ad r. relationem Gentium*. Sequitur, & *gloriam piebistis* *Israël*, quia de Israël natus est secundum carnem, & hoc reddebat eis magnam gloriam. Sed illius glorię pauci ex eis se participes fecerunt, nec hodie faciunt. Et sic quanto maior fuit tunc eorū gloria, tanto maior nunc eorū ignominia, ita q̄ implebitur in eis illud *Osę. 4.* Gloriā eorum in ignominia commutabo. Nota, hodie candelas ardentes deferimus. Et hoc ratione virginis, ratione Christi, & ratione nostri. Primò, ratione virginis ad significandum q̄ ipsa purificatione non indigebat, sed rutilabat. Primò, in carnis integritate, & significatur hoc per ceram: nam sicut cera generatur ex apibus sine corruptione: sic Maria Christum genuit, & in ænum virgo perman sit, secundum illud *Isa. 7.* Ecce virgo concipiet & pariet filium. Ideo canitur hodie: *Erubescat Iudæus infelix, qui dicit Christum ex Ioseph femine esse natum.* Secundò, rutilabat, in mentis puritate, & hoc intelligitur per lignę occultatum & candidū. *Psal. 44.* Omnis gloria eius filia regis ab intus. Illa puritas fuit tam magna, q̄ nullū suo aspectu alliceret, sed omnes immūdos cogitatus in singulis extinguebat. *Isid.* Sicut odor cedri fugat venenosos vermes: ita puritas virginis venenosos cogitatus. Quapropter de ipsa scribitur *Eccl. 24.* Quasi cedrus exaltata sum in libano. Tertiò rutilabat singulari sanctitate. Et hoc intelligitur per benedictionē candelę. *Psal. 45.* Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Ber. Puto q̄ copiosior gratia sanctificationis in ipsam descendit, quā in aliam creaturā aliquā a filio Dei, qui non solum ipsius ortū, sed totam eius vitā sanctificauit. Vnde & ipsa rutilabat in speciali claritate, s. conuersationis, quę per lumen ardens, intelligitur. Vnde *Amb. in lib. de virginitate:* Ex vita Marię tanquam ex speculo rēfulget species castitatis, forma virtutis, & magisterium probitatis. Talis fuit vita Marię, vt eius vita omnī sit nostrū disciplina. ¶ Secundò, lumē significat Christum propter tria, quę sunt in lumine: sicut cera, lignę, & ignis, per quę significantur tria quę sunt in Christo. Primò cera, quę est pura & absq; corruptione apū genita, significat corpus Christi natū de incorrupta virgine. Secundò, lignę latens in cera, significat animā in corpore latentē. Tertiò, ignis vel lumē ardens significat ipsius deitatem, quę ad modum ignis rubiginē consumit peccatorū & lumen gratię & glorię

glorię præstat. Tertiò, portamus candelas ratione nostri. Et hoc etiam ex tribus sumitur: Vnde primò per eam intelligitur opera nostra quę cęlesti rore gignuntur. *Isa. 26.* Omnia opera nostra operatus es domine. 2. *Cor. 3.* Nō sumus sufficientes aliquid cogitare à nobis tanquam ex nobis. Secundò, per lignem quod est occultatum, intelligitur intentio nostra, quę debet esse in abscondito. *Gre.* Sic fiat opus in publico, vt intentio maneat in occulto. & debet esse cādida. *Luc. 11.* Videte, ne lumen quod est in vobis tenebrę sint, i. intentio nes, peruersę: quoniam dicit Magister. 2. *dist. 40.* A. & s. simpliciter mali sunt, qui peruersam intentionē habēt. Tertiò per ignē significatur charitas quā debemus habere in operibus nostris. *Lu. 12.* Ignē veni mittere in terrā, quid volo nisi vt ardeat? Ignē, s. charitatis. Ber. Opera nostra in seruire charitatis sunt agēda, *Matt. 5.* Sic luceat lux vestra corā hominibus, & c. Supplicemus igitur virgini Marię vt luceat, id est, Christū filium eius dignetur pro nobis intercedere, vt mereamur hic illuminari per gratiam, & in futuro per gloriā. Amen.

## ENARRATIO II.

**T**ulerunt illum in Hierusalem, vt visceret eum Dominus. *Luc. 2.*  
 ¶ Nota, hoc festum habet tria nomina. Primò, dicitur festum voluntarię purgationis, secundò, p̄ oblationis, tertiò, clarę illustrationis. Et secundū hoc præfens festū dat formam tribus generibus hominum, quomodo & per quę Deo placeant, s. incipientibus, proficientibus, & contēplantibus: vt patebit in processu. Dixi primò, illud festum dicitur voluntarię purgationis. Diceres: Cur hoc seruauit Maria cum purgatione nō indigeret, quia secundū legem ad eandē obligata non fuisset? Respon. verū est, purificatione nullatenus indiguit, nec ad eandē obligabatur: voluit tamē purificari, & præcipue primò, vt a Iudæis occasionem scandali tolleret. Secundò, vt profundę humilitatis suę virtutem ostederet. De his quę in sermone præcedenti. Tertiò, nobis in exemplum, vt formam imitandi præstaret, vel vt spiritualis purgationis nobis signum demonstraret. *Amb.* Marię vita est nobis exemplar & doctrina. Sicut Maria post tempus purificationis in templum materiale venit: sic nos in templum eternitatis venimus, cum ab omni immunditia purgati erimus. Dicit *Chrys. de con. di. 1. c. non potest.* Non potest quis gratiam vitę cęlestis accipere, nisi purgatus fuerit ab omni sordē. Debent igitur quilibet cū Maria purgari in corde, ore & opere. *Eccl. 7.* De negligentia purga te cum paucis, scilicet cū contritione,

confessione, & satisfactione. Primò, debet purgari cor, Iocob. 4. Purificate corda vestra. Et hoc tripliciter, scilicet ab omni defectu culpabili, ab affectu voluptatis, & quam maximè a peccato mortali, Matt. 15. De corde excunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemix, &c. Meritò purgandum est, vt hortatur vnumquæque propheta, Iere. 4. Laua à malitia cor tuum. Hanc purificationem desiderabat Dauid toto corde in Psalm. 50. cum dixit, Cor mundum crea in me Deus. Ratio, quia dicit August. A solis puris mundisque cordibus Deus haberi & teneri poterit. Et iterum, Matt. 5. Beati mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt. Secundò, debet purgari os ab omni inhonesta locutione. Ephe. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, & Ephe. 5. Fornicatio aut omnis immunditia aut auaritia non nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudò, aut stultiloquium: & sic de aliis, quæ ad rem non pertinent. Ratio, quia dicit Saluator Matt. 12. Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis, tuis condemnaberis. De omni verbo otioso quod homines locuti fuerint, reddent rationem in die iudicij, Prouer. 18. Mors & vita in manu linguæ. Idcirco dicit Salomon, Prouer. 21. Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam, propter quod dicit Dauid, Psalm. 118. Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo. Sic Hester sancta. 14. cap. Da domine sermonem compositum in os meum. Debemus ergo & nos purgare os nostrum per legitimam confessionem, humilem & deuotam orationem. Basil. Per orationes purissimas omnia nobis vtilia tribuuntur, & cuncta noxia effugantur. Tertio, debemus purgare manus ab omni illicita & inutili operatione. Iaco. 4. Emundate manus peccatores. Et meritò, quia in vno quoque verificabitur illud, Psalm. 17. Secundum puritatem manuum: id est, operum meorum, retribuet mihi. Apoca. 14. Opera enim illorum sequuntur illos. Debemus igitur purgare opera nostra per eleemosynarum largitionem. Luc. 11. Date eleemosynam, & omnia munda vobis erunt. Tob. 4. Eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & nõ patietur animas ire in tenebras. Huiusmodi igitur purgatio requiritur ad incipientes. Et meritò debent esse purgati, quia dicitur, Apocal. 11. Nihil conquinatum intrabit. Hanc puritatem habuit Iob. 17. cap. Non reprehendit me cor meum in omni vita mea. In hoc stat gloria nostra. O felix esset, qui dicere posset cum Apost. 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientix nostræ.

¶ Secun

¶ Secundò præsens festus dicitur festum piæ oblationis. Bern. Hodie Maria obtulit primogenitum suum dicens: O pater cælestis offero tibi filium tuum atque meum. A me genitum temporaliter, à te æternaliter: offero tibi eum hodie in odorem suauitatis, qui se offerre venit pro totius mundi peccatis. Nã veniet tempus, quo non portabitur manibus virginis, sed brachiis crucis. Offero tibi illum, qui est sacerdos & sacrificium & templum. De quo Augu. Ipse est sacerdos, per quem reconciliati sumus: sacrificiũ, quo reconciliati: & templũ, in quo reconciliati sumus. Ezech. 46. Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro. Poruit etia dicere: Offero tibi illum, qui seipsum offert: non sub testò, nec in templo Iudaico, sed in excelso crucis ligno. De qua oblatione, Psa. 39. Oblationem & holocaustũ noluiisti, tunc dixi: ecce venio. Offero tibi hodie verũ & acceptabile sacrificiũ, per omnia sacrificia veteris legis figuratũ. De quo 1. Cor. 10. Omnia in figura continebantur illis. Dicit Simon de Cassia: Agnus qui figuratus est ab origine mundi, oblatus est in fine mundi, propter quod dicit Glo. ad Heb. 10. Deus nunquã delectatus fuisse in odoribus illis, sed tantum in fide offerentis & desiderio futuræ oblationis. ¶ Ad quod loquitur S. Tho. 2. q. 103. art. 2. quod ceremoniarũ obferuatio fuit quædã fidei protestatio, inquantũ erat figura Christi. Et licet in veteri lege offererentur sacrificia pro peccatis: hoc non fuit ideo quod sacrificia ista à peccatis mundarent: sed quia erant quædã protestationes fidei, quæ mundabatur. Et sic non erat ex vi sacrificiorum, sed ex fide & deuotione offerentium: ad figurandũ expiationẽ à peccatis, quæ fienda erat per Christum. Moraliter nobis in exemplũ. Vnde Hiero. In Maria habetis expressẽ magisteria probitatis, quida eligere, quid respicere, quid sequi debeatis. Ipsa fuit oblata à parentibus in templũ, ipsa obtulit filium, ipsa obtulit deo ipsam, vt nos ita faceremus, quod docet Psalm. 4. Sacrificate deo sacrificium iustitiæ, & sperate in domino. Glo. Sacrificium iustitiæ est, singula offerre deo quæ ab eo recipimus, dicendo illud, r. Para. vlt. Tua domine sunt omnia, & quæ de manu tua recipimus, offerimus tibi. Sed quia secundum Aug. ex largitate diuina, quæ replet omne animal benedictione, tria genera bonorum homines recipiunt, scilicet temporalia, corporalia, & spiritalia, hoc est, res corpus & animam: & de eisdẽ debemus hodie offerre oblationes, ne appareamus ingrati: Ad hoc seipsum dei filius dedit in exemplum. Primò, obtulit bona deo patri, cum cælestem mansionem reliquit, & in exilium mundi ve-

nit.



nit. Iere. 12. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam. Quod idem c. 14. admirans, ait: Quare futurus colonus es in terra, & quasi vir vagus declinans a terra manendus? Et hoc propter nos. 2. Cor. 8. Cum diues esset, propter nos egenus factus est. Matt. 8. Vulpes foveas habet, & volucres caeli nidus: filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Secundò, obtulit corpus. Isa. 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non averti ab increpantibus & conspuentibus in me. ad Tit. 2. Dedit seipsam pro nobis, ut nos redimeret ab iniquitate. Tertio, animam. Iere. 12. Dedi dilectam animam in manus inimicorum. Sic ergo & nos hortamur, Eccl. 35. Da domino secundum datum eius. Primo, temporalia. Eccl. 14. Dignas oblationes offert, si quod iuste acquisitum est. Ecc. 35. Oblatio iusti impinguat altare, & odor suavitatis est in conspectu altissimi. Mala. 3. Erunt domino offerentes in iustitia & placebit domino. Et e contra, Eccl. 34. Immolantis ex iniquo maculata est oblatio. Isa. 41. Ego dominus diligens iustitiam & iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum. Eccl. 34. Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Vbi dicit Gre. 1. q. Non est inter cetera: Quantum sit dolor patris, perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur, & hic facile cognoscitur quantum in deo dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Ideo qui in dei sacrificio offert ex scelere, omnipotentis dei iram non placat, sed irritat. Secundò corpus. Rom. 12. Obsecro vos per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, deo placentem. Et hoc propter dno. Primo, propter debitum recompensationis. Ber. Quid tibi durum esse poterit, cum recordatus fueris quod dominus noster Iesus dedit corpus suum percutientibus, & amarus cruciatus substituit, ne tu perpetuas sustineres poenas? Vnde Heb. 10. Sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi, in eo quod ipsum obtulit immaculatum deo dignum ut recompensam in corpore nostro faciamus. Secundò, propter debitum satisfactionis, quia cum membris corporis dum offendimus, dignum est, ut per eadem emedemur. Sap. 11. Per quae quis peccat, per haec & punietur. Rom. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiae & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete iustitiam in sanctificationem. Tertio, debemus offerre animam. 1. Petr. 2. Offert spirituales hostias deo, quia nullum deo dignius & virtuosius sacrificium offerri potest quam quod melius & nobilitus est: & sic spiritus nobilissimus est. De quo Bern. Totus siquidem ille

mun

mundus ad vnius animae pretium aestimari non potest. ¶ Sicut igitur offerentes animam in triplici differentia. Primi in contritione cordis, ut incipientes. Illi inspiciunt peccata, quae commiserunt quomodo animam maculauerunt, & Deum offenderunt. Et sic lachrymis deo reconciliantur. Psal. 50. Sacrificium deo spiritus contribulatus. Dan. 3. In spiritu humilitatis & animo contrito suscipiamur à te. Haec est oblatio *pariturum*, id est, duplex contritio, scilicet timoris poenae, quam meruimus: & timoris dei, quem offendimus, dicendo cum Psal. 136. Super flumina Babilonis illic sedimus & fleuimus dum recordaremur Sion, id est, salutem perditam, Isa. 59. Quasi columbae meditates gememus. Rich. de S. Victore: Tunc peccatoris salus incipit, cum veraciter pro delicti ingemiscit. Secundi offerunt animam in gratiarum actione, & est proficiendum: Hi inspiciunt beneficia, quae receperunt. Nam confiderant, quod peccatorum maculae sunt abstersae, & dominus dedit tempus poenitendi, & contulit gratiam sine omni merito. Ad Tit. 3. Non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos. Et sic quasi admirans proficiens incipit Deum laudare, dicendo cum Psal. 102. Benedic anima mea dominum, & omnia quae intra me sunt, nomini sancto eius, quod. Ego te offendi, tu mihi percisti. Subiungit Psal. 120. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Eccl. 3. Bono animo redde gloriam deo, scilicet propter infinita beneficia eius. Ber. Nihil nos ita ad gratiarum actionem inflammat, sicut frequens beneficiorum dei recordatio, quae sunt innumerabilia: Dedit tibi bona temporalia ad sustentandum, naturalia ad ministrandum, bona spiritualia ad sanctificandum, gratiam in peccatorum remissionem, virtutum collationem, meritum multiplicationem ad spiritualem iustificationem. Dic igitur cum Psal. 115. Quid retribuam domine pro omnibus quae retribuit mihi? Dedit enim seipsum in incarnationem, in redemptionem, in cibarium & in praemiorum retributionem. Et conuerso dicitur tibi Gen. 15. Ego ero merces tua magna nimis. August. Nil melius animo geramus, ore promamus, & calamo scribamus, quam quod deo gratias agamus. Psal. 70. Tota die repletur os meum laude. Super quo dicit Augusti. Quid est tota die, nisi sine intermissione laudare? Psal. trigesimaltertio, Benedicam dominum in omni tempore, &c. In prosperis, quia consolatoris: in aduersis, quia argueris. Tertij offerunt animam in serueni dilectione, & est perfectorum. Illi solum contemplantur Deum, à quo

à quo eis omnia bona prouenerūt, quia cūm fortior sit omnibus affectibus, in eius virtute anima efficaciter offertur. Qualis autē debeat esse charitas, vt deo anima nostra perfecte offeratur, docemur. Eccl. 35. Da altissimo secundū datum eius. Quod est intantū dicere: In tāto amore offer animā tuā Deo, in quāto ille animā suam pro te dedit. Ad hoc etiā hortatur, Cant. 8. Pone me sicut signaculū super cor tuum. Impressionē sigilli forma eius imprimitur. In hoc ergo quod dicit: Pone me, hortatur nos, vt sub ea dilectione qua ipse animā suā p nobis posuit, sub eadē forma ei nos animā nostrā offeramus. Maximam autem charitatē in oblatione animæ suæ pro nobis exhibuit. Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, q̄ vt animā suā quis ponat pro amicis suis: Sic & nos, Can. 8. Fortis est vt mors dilectio, i. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Greg. Qui perfectē Deū amat, æquanimiter omnia portat. Hoc est par turritum quæ est auis soliuaga: & bina ponitur, quia vita contemplatiua requirit duo, despiciere terrena, & desiderare æterna. Ps. 106. Ascēdūt vsque ad cœlos, & descendūt vsque ad abyssos. Cōtemplatiuorū duplex est gemitus, amoris & deuotionis. Amoris, pro desiderio patriæ. Ps. Heu mihi quia incolatus meus, &c. Iob. 10. Tæder animam meam vitæ meæ. Grego. Tunc præsentis vitæ tædere incipit, cum diuinus amor in corde dulcescit. Gemitus autem deuotionis ex cōsideratione dominicæ passionis fit. August. In valle lachrymarum sumus, in quo magis stendū est quo minus stemus. ¶ Tertiō, præsens factū dicitur claræ illustrationis: reuera, quia ille hodie visibiliter apparuit, qui sua charitate cœlum & terram illuminauit, imō cœlis & terris lucem præstat. In huius figurā hodie fit processio cum accensis siue ardentibus luminib. Et hoc propter Christū, propter virginē, & propter nos. De primis duobus quære in præcedenti sermone. De tertio, sciendum quod vnusquisq; nostrum hodie lumen debet portare in manu sua secundum statum suū. Primō incipientes debent portare lumen gratiæ. De quo August. Gratia est lumen animæ, faciens hominem peccata cognoscere. Nam sicut lumen in aère expellit tenebras: sic dei gratia omne peccatum. Propter quod dicitur Isa. 60. Surge illo luminare Hierusalē, quia venit lumen tuum. Quāto homo magis per gratiā illuminatur, tantō perfectius purgatur & clarus lucet. Purgatur primō à prauis cogitationibus. Secūdo, ab inanibus locutionibus. Tertiō, ab oibus illicitis operationibus. Secūdo, proficientes hodie debēt portare lumē triplex.

Primō,

Primō, in corde lumen intentionis rectæ. Luc. II. Vide lumen quod in te est, ne tenebræ sint, id est, intentio peruersa. Bern. Intentio vitiosa vitiosam facit animam: Greg. Intentio præstat fundamentum operi nostro. Secūdo lumen veritatis in ore, sincerè instruendo proximum. Gala. 6. Si quis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui spiritualis estis, instruite huiusmodi. 1. Pet. 4. Si quis loquitur, quasi sermone Dei loquatur. Tertiō, in manibus lumen operationis bonæ. Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videat opera vestra bona. Philip. 2. Sitis sine reprehensione in medio nationis prauæ, inter quos lucetis sicut luminaria mundi. Lumen enim manifestat seipsum: sic talium hominum per opera bona lumen, & sic secundum Ber. Omnia opera nostra in feruore charitatis sunt agenda. Tertiō, perfecti seu contemplantes debent portare lumen deuotionis, vt dicere possint illud Ps. 4. Signatum est super nos lumen virtutis tui domine: Hi etiā repleti debēt esse spiritu sancto cum Simeone, & intima emittere suspiria. Et nota hoc lumen deuotionis intima tria habet, scilicet splendorem, ardorē & dulcorē. Splendorem cognitionis, ardorem dilectionis, & dulcorē consolationis. Primō, habet splendorem cognitionis. Ps. In nomine tuo vidēbimus lumen. Ipsa nanque anima in illa deuotione sentit se misericordiam consecutam in remissionem peccatorum: & ideo, velit nolit se continere non poterit, quin Deum diligat, dicendo illud, Act. 12. Nunc scio verē, quia misit dominus angelum suū & liberauit me. Ecce quomodo surgit. Secūdo, est, scilicet, ardor dilectionis. Vnde quāto excellentior est splendor cognitionis, tantō magis augmentatur ardor dilectionis. Et ex hoc tunc sequitur tertium, scilicet, dulcor consolationis. Vnde considerans in ardore dilectionis aliquid posse facere, in quo beneficiis Dei correspondeat: & nihil dignum inueniens, necesse habet flere ex dilectionis suauitate & ardore. Ps. 38. In meditatione mea exardescet ignis. Et iterum Ps. 67. Sicut fluit cera à facie ignis, sic liquefit anima ex dulcedine deuotionis. Et habet in hoc fetu dicere illud Ps. 119. Quid retribuam domino pro omnibus: quæ retribuit mihi? Non videtur sibi aliquid domino retribuere. Bernard. dil. Diligam te domine pro dono tuo & modulo meo, minus iuste, sed planē & pro posse meo. Illud lumen habet principium, medium & finem. Principium consistit in cōsideratione beneficiorum, quādo non habet de peccatis sollicitationem: quia iam sunt purgata: tunc conuertit se ad Dei beneficia recolenda: & videns tantum cu

Pars Hyem.

11

quod quantū est spaciū inter cœlum & terrā incipit admirādo dicere illud, 2. Reg. 7. Quis ego sum domine & quæ domus mea, quia adduxisti me vsq; huc? q. d. Tantā misericordiā fecisti mecū, tam admirabile bonitatē tuā ostendisti mihi. Aug. Cū Dei miserationes attēdo, sic mihi videtur (si fas est dicere) quodāmodo nihil agit. Deus nisi salutē meā prouideret, omnīū oblitus, quasi mihi solī velī vacare. Mediū, post hoc in medullis cordis dulcescit dominus, vt qui prius diligebatur propter beneficia, nunc propter seipsum diligitur. Et oīa sua obsequia ordinat talis, vt solum Deo placeat nihil amplius de siderans. dicens cū Pl. 72. Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui habere super terrā? Defecit cor meū & caro mea, dominus pars mea in æternum. Finis autē huius deuotionis est velle hēre desiderīū, quo anima nititur venire ad amplexū summī bonī cū Simeone: & vehemētē desiderat præsentiā eius, quē diligit. Et potest dicere illud Iob 31. Quis mihi dicit, vt desinū meū audiat omnipotens? ac si diceret: Non surgo, nō exitor de puluere, donec veniat & osculetur me osculo oris sui. Cant. 1. Cū anima fecit sic se accensam, scire habet quæ iuxta se est dominus. Et sic quasi spiritalibus brachiis amplectitur illū. Et sic potest dicere illud Cār. 3. Inueni quē diligit anima mea, tenui illū, nec dimittā. Ex hac cōsolatione cōsequenter omnis cōsolatio corporis extinguitur. Tūc cōsequenter anima desiderat de labore ad requiē, de tribulatione in latitudinē, de cōtumeliis in gloriā, dicens cū Simeone: Nūc dimittis domine seruitū tuū in pace. Quod mihi & vobis prestare dignetur, &c.

¶ De sancto Petro in Cathedra. ENARRATIO.

**E**xultent enim in Ecclesia plebs, & in cathedra seniorum laudent eum. Psal. 105. ¶ Pro doctrina sciendum, Cupientes hīc exaltari per vitæ meritum & in patria per gloriæ præmium debent ad hoc conari per tria. Primò, per electionē. Et hoc fieri habet tūc cū per gratiam spiritus sancti intrinsecus cōpuncti incipimus inspicere vitam nostram, bonum & malum, cœlum & terrā, cœlestē iucunditatē, infernalem calamitatē, momentaneā delectationē, & æternā damnationē, mentis nostræ oculis intrinsecus & rimantes quid inter ista potissimē sit eligendū vtrū propter momentaneam delectationem expediat mereri æternā damnationem, vtrū propter terrena bona expediat carere cœlestibus, cū sint in infinitū meliora: & sic respicientes Deū præsens eligamus, & contraria respiciamus, statim custodire iudicia iustitiæ suæ. Statim & vt factum fuerit, eligat nos Deos, vt scimus filij Dei ex seruis diaboli: & sic est

mus

mus non mediocriter exaltari: Tunc enim implebitur in nobis illud Deut. 26. Dominum Deum tuum hodie eligisti, vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius: & elegit te hodie dominus vt sis ei populus peculiaris, & faciet excelsores te cunctis Gētibus, quas creauit in laudem & gloriam suam. Nunquid nō sumus vehementer exaltati, cum ex seruis diaboli, erimus adoptiui filij Dei? Ioan. 8. Qui facit peccatū, seruus est peccati. Sic dicit Apost. Ro. 6. An nescitis, qui exhibetis vos seruos ad obediendū, huius serui estis?.. Ioan. 3. Qui facit peccatū, ex diabolo est. Ideo dicit Ps. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Et sic Susanna, Dan. 13. Quid eligam (inquit) ignoro: melius est mihi incidere in manus hominum, quam derelinquere legē Dei mei. Et sic Eleazarus vir antiquus potius gaudenter elegit mortē, quā contra legem Dei ageret. 2. Mach. 6. Secundò, exaltamur per operationē, cū post electionem opera nostra cum conatu facimus, cōmunē statum excedimus, nō cōtenti cōmunibus obsequiis: sed quantū vires supererunt, cum discretō excessu omnia faciendo, dicendo illud Eccl. 2. Magnificauit opera mea & tandiu opera ardua continuantes, quosq; de excessu operum veniamus in excessum mētis. Hūc excessum operis docet Ber. dicens: Bonū est homini sua obsequia ad cumulū dare. Verbi gratiā: Sufficit ad salutem molestiam ferre patienter: sed cumulus est, & desideranter & feruenter pati. Sufficit ad salutem superflua non requirere, & nec propter ipsa si necessaria desint murmurare: sed cumulus est aliis necessaria ministrare, qui verē & per se penuriam patiuntur. Sufficit ad salutem prælati obedire: sed cumulus est fugere in quo sentit voluntatem oblectari. Vnde Ber. Perfecta obedientia legem nescit, terminos non habet, nec est contenta angustis professionis: longiori modo voluntatem feruat in latitudinem charitatis, ad omne quod eis iniungitur spontanea voluntate alacriq; animo extenditur: & sic de aliis operibus explicandū est. Tertio exaltamur per passionē, cum nos qui busdam exercitiis passionibus æquiualentibus strenuē exercitamus, s. per gratiā, qua gustata, & rursus subtracta sit amaritudo amarissima, & æquiualeat passioni. Impatienti desiderio incipimus feruenter languere. Tamen ad carnalia desideria nec libeat nec liceat, ambobus carentes, & sic inter cœlum & terram suspensi amarissimē cruciamur: & talis cruciatus æquiualeat passioni. De tali Iob 7. Suspendium elegit anima mea, & ossa mea, mortem. Quod exponens Gregor. dicit

Per animam nil nisi mentis intentio intelligitur. Nam omne quod suspenditur, ab imis ad superna eleuatur, & ossa, id est, carnis fortitudo moritur. Gre. Dum mentis intentio ad alta sublimatur, omnem in se fortitudinem negat. Vnde sancti viri rectissime sciunt, & hic requiem habere non possunt: ideo suspendia eligunt, quia terrena derelinquētes, cœlestia desiderantes, ad alta animum tollunt, ossibus mortē inferunt, quia amore supernæ patriæ virtutum studiis accincti fortes prius mundo, nunc autē Deo, & hi dicuntur suspensi. Vnde Hugo lib. 5. de arca mystica. nōne velut à terra ad aëra suspēditur, dū homo super hominē ducitur. & mentis alienatione à terrenis in cœlestia erigitur? hi radiū habent viuere in seculo hoc dicentes cum Ps. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Tales Petri martyrio corporali coequatur, qui inter cœli & terræ consolationes eleuati pendēt miserabiliter desolati. Et hoc est quod dicit Gre. Cū gratia contēplātibz celerius non subuenit, fit obserātū cœlū aëreū & terra ferreā: & sic sine ferro sanguinē fundūt: & quantō maior passio, tantō post mortē vberior consolatio. Sic ergo per huiusmodi exercitia meremur hic exaltari per gratiā, & in futuro per gloriā. ¶ Nota præsens festū quinq; de causis celebratur. Primò, propter Petri liberationē & eius exaltationem, quia hodie de carcere liberatus & in cathedra sublimatus. Secundo, propter coronæ clericalis dedicationē. Nā ipse Petrus propter ignominiam nominis Christi abrasus fuit in capite. Et hoc factum est diuina prouidentia, ad significandū quòd inter Deum & clericum nullum debet esse medium. 2. Cor. 3. Nos verò reuelata facie gloriam domini speculantes. Sed heu qui dam sunt, qui inter se & Deum ponūt terram, id est, aurum & argentum vt avari: quidam lurum, vt luxuriosi: quidam venatum, vt superbi: quidam ignē, vt iracundi: & sic de aliis. Idcirco abraditur in superiori parte crinis, & ponitur in modum coronæ, quia Deo seruire regnare est. Et circulariter abraditur, hoc denotat q̄ ipsi sine fine Deo seruire & ipsum laudare debent. Tertiò hæc festiuitas fit propter primā missæ celebrationem, quia Petrus primam missam in pontificatu in Antiochia celebrauit. Et credendum est, quòd isto die celebrauit, quando inthronizatus fuit, vel saltem in illo tempore. Et ideo ista dies debet esse valde celebris & solennis. Quarto, pro erroris destructione. Olim erat error, quòd credebāt animas defunctorum circa tumulum errare, vt dicit Maximus in sermone, quòd super tumulos cibos apportabant, cū ta-

men

men corporalibus cibis non indigerent, sed dæmones confumebant. Idcirco sancti patres ordinauerunt isto die festum fieri sancti Petri, quo hæc fuerūt facta Antiochiæ, vt virtute illius festi hæc superstitio obliuioni traderetur. Alia quære in passionali. Volēs tamen facere cum his notabilibus secūdū sermonē super prædicto themate, posset tot virtutes aut bona opera colligere, quibus homo magnus efficitur corā Deo.

De sancto Matthia, ENARRATIO.

**T**ollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde. Matt. 11. in summa euangelij duo innuatur. Primò illuminatio nostri intellectus, ibi: *Confiteor tibi*. Secundo subiungitur accensio nostri affectus, ibi: *Tollite iugum*. De primo dicit: *In illo tempore*, scilicet, cū dixit Iesus signa quæ fecerat in ciuitatibus Iudæorum, scilicet Corosaim, Bethsaida, & Capharnaum, quæ si facta fuissent in ciuitatibus Gentilium, s. Tyro & Sidone, egissent pœnitentiam in cinere & cilicio. Modò diceret quis, quæ est ratio, quòd populus Iudaicus Christum reiecit, qui tamen vnum Deum credidit: & Gentilis populus eum tam pronus recepit? Quia multos de ista questione sciebat dubituros: ideo respondens, dixit: *Confiteor tibi pater*, id est, gratias ago. Aug. Confessio non est solum peccatorum, sed & laudatorum tibi pater, scilicet per æternam generationem, Domine cœli & terræ, id est, visibilibus, & inuisibilibus. Ps. Tui sunt cali, & tua est terra.

¶ Nota, in his verbis: *Confiteor tibi pater cali & terræ*, triplex error excluditur. Primus Iudæorum, qui dixerunt Iesum blasphemum in Deum. Matth. 26. Blasphemauit. Excluditur ille error in hoc verbo: *Confiteor*, vbi exprimit vocem laudis, Ioan. 8. Ego glorifico patrem meum. Secundus fuit error Arrianorum qui dixerunt Christum non esse verum Deum. Qui excluditur in hoc verbo *pater*. Ipse enim æterni patris filius. Tertio excluditur error Manichæorum, qui dixerunt Deum nō esse creatorem inuisibilem, sed solum visibilem. Et hoc excluditur, cū dicit: *Domine cali & terræ*, id est, visibilibus & inuisibilibus creator. Sequitur: *Qui abscondisti hæc à sapientibus*, scilicet arcana, scilicet sapientiæ tuæ, & sacramenta redemptio nis nostræ, vt mysteria fidei quæ in aduentu meo sunt implēta. *A sapientibus & prudentibus* scilicet huius seculi. Vel his, qui sapientes sibi ipsi videntur, i. qui seculari vel diabolica sapientia præditi sunt. De qua Iaco. 3. Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Et huiusmodi sapientiam habebant Scribæ & Pharisei, qui superbi sibi

ipsis videbantur sapientes: De talibus etiā hic loquitur. Ecce causa excaecationis est superbia. Iac. 4. Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam. De quo subdit: *Et reuelasti ea paruulis, id est, humilibus.* Greg. Non dicit incipientibus, sed paruulis: quia reprobos superbos, eorum timore accūsans. Ecce causa humiliationis est humilitas. Prouer. 16. Vbi humilitas, ibi sapientia. Et sic reuelatio veritatis facta est paruulis, id est, humilibus per misericordiam: & conuerso absconditio veritatis facta est superbis per iustitiam. Et dicit Luc. 10. trañans de hac materia, quod Christus tunc exultauit spiritu. Sed dices: Nunquid malè fecit Iesus, quod lætatus est de infidelitate hominum? Respondet Chryf. Lætatus est Christus non de hominum excaecatione & infidelitate: sed de occulta Dei iustitia, quam superbi ignorauerunt, & humiles cognouerunt. Vel potest dici, quod exultatio Christi refertur ad reuelationem, non ad absconditionem. Subdit autem causam reuelationis. *Ita pater, s. factum est, quoniam sic placitum est ante me,* id est, tunc placuit voluntati tuæ. q. d. nullam volens aliam reddere rationem filius quare illos reprobauit, istos elegit, nisi beneplacitum patris: nobis in exemplum, vt secreta Dei iudicia discutere non præsumamus. Greg. 25. Moral. Qui persecutor est maiestatis, opprimeret à gloria. Rom. 11. Incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Attamen dicit S. Tho. lib. 3. contra gentiles ca. 16. Quod Deus vellet omnes homines saluos fieri, in quantum essent Dei capaces per amorem & agnitionem. Modò ex quo non faciūt, tunc dānationem & reprobationem sibi ipsis procurant. Ideo Mat. 20. Amice non facio tibi iniuriā. Glo. quia iniustum esse non potest quod istis placet. Idcirco Ro. 11. Noli altum sapere, sed time. Iere. 18. Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea. Rom. 6. Cui vult miseretur, quē vult indurat. Subdit: O homo tu quis es qui respōdeas Deo? Nunquid figmentū dicit ei qui se finxit, Quid me fecisti sic? an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidē vas in honorē, aliud in contumeliā? Et sic volūtas Dei est tunc in generali ad omnes, quā in speciali ad aliquos, vt scilicet in electis appareat. Dei misericordia, & in aliis iustitia. Aug. lib. 1. de ciui. Dei, c. 12. Si omnes manent in pœnis, in quo apparet gratia redimētis? Rursus: Si omnes saluaretur, in nullo apparet feruētis reprobationis. Etiam si omnes saluarentur, tunc ita liberum est malum & vitium, sicut virtus, &c. Attamen dicit Aug. 33. quæst. 4. cap. 7. vasis: Vasis iræ nunquam Deus redderet interitum, s.

non spontaneum inueniretur homo habere peccatum: nec Deus peccanti homini iuste inferat iram, i. pœnam, s. si homo ex prædestinatione cecidisset in culpā, Aug. super istud. Ioan. 6. Nemo potest venire ad me; nisi pater meus traxerit illum. Multi interrogant, cur trahit illum & non illum? Respondet Aug. Noli diiudicare, si non vis errare. Causa occulta esse potest, iniusta esse non potest: Ad propōitū profequendo Euangelij materiam dicit Chryf. Posset aliquis æstimare, quod Christus priuatus esset virtute. Ideo subdit: *Omnia mihi tradita sunt à patre meo.* In hoc ostendit, quod sit æqualis potētiae cum patre ex eo quod dicit omnia. Sed relinquitur autoritas principij in patre, per hoc quod dicit *tradita sunt mihi à patre.* Nec tamen ex hoc intelligere debes, quod Deus desinit aliquid habere quod tradit. Ostendit se nunc æqualem in scientia, cum subdit: *Nemo nouit filium nisi pater.* Nemo, i. nullus alterius essentiae nouit, scilicet in omnipotētia, s. essentialiter, plene, perfecte, & comprehensiuē. Et hoc dico propter homines, qui cognoscunt per fidem & beatos in patria. Similiter & angeli per manifestam visionem, non tamen visionē cōprehensiuam. Aug. Beati habent plenam cognitionem apprehensionis, sed non cōprehensionis, quia dicit S. Thom. 1. q. 12. ar. 8. Nullus intellectus creatus totaliter Deū cōprehendere potest, quia Deus infinitus est. Dama. Aeternitas sibi soli cognita est in tali cognitione essentiali. Et quod dicitur hic, *nisi filius,* in hoc spiritu s. non excluditur, quia non est alterius essentiae. Subdit, Neque nouit patrem. Vnde Chryf. Cum dicit, *neque nouit quæ patrem,* non hoc dicit, quod cum omnes ignorēt, sed cōmuni cognitione, quia filius eū nouit, nullus alius eum scit. Sic ergo neque nouit, &c. Vel cui voluerit filius reuelare, & sic filius est causa reuelationis. Vnde Aug. 7. de ciui. Dei: Reuelatur pater per verbū situm, sicut verbū trāsitoriū quod proferimus seipsum ita ostendit, quāto magis verbū Dei, per quod facta sunt omnia, ostendit patrem sicut est pater: quia filius est mentis nostræ lumen. Luc. 2. Lumen ad reuelationem Gērium. Ioan. 8. Ego sum lux mundi. Nota hoc Euangelij legitur de S. Matthia, quia Deus ei redēptionis & fidei secreta reuelauit, quæ Iudæ abscondit, Pal. Episcopatu eius accipiet alter. Act. 1. patet ad litterā, excaecatus enim erat Iudas puluere malitiæ: quia sacramenta redēptionis dominicæ cognoscere non potuit, &c. Dixi, secundum subiūgitur accessio nostri affectus, eū subdit: *Venit ad me omnis qui laboratis,* &c. Postquā Christus docuit nos quid de ipso credere debeamus, vt per hoc nostrū illuminaret

intellectum, consequenter nos docet quid eius exēplo facere debeamus, vt per hoc illuminaret intellectum nostrum, & inflammaret nostrū affectum. Et dicit *venite*, s. credendo & obediendo: non pedibus, sed moribus: non carne, sed fide. Omnes qui laboratis, s. siue secundum naturam qua nascimur, s. ad laborandum. . . ob s. siue secundū culpam, qua transgredimur: in qua transgressione est labor magnus. Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis, luxuriosus in voluptatibus, auarus in cupiditatibus, &c. Iste labor est maximē afflictiuus, vt dicitur Ecclē. 10. Labor stultorū affligit eos, & onerati estis, i. grauati onere legis. Act. 15. Fuit onus quod nec nos nec patres nostri portare potuimus. Itē onerati onere pharisaica traditionis. Matt. 23. Imponunt onera grauiā & importabilia. Item onera diabolica seruitutis. Psal. Iniquitates meae supergressae sunt caput meū, i. conscientiam meā: & sicut onus graue grauata caput super me. *Et ego reficiā vos*, s. cibo eucharistie doctrinae & spiritualis gratie. Chryf. Per ea quae dicta sunt, in desiderium sui discipulos incitauerat, ostendens ineffabile suam virtutem & gratiā. Dicit enim: *Venite ad me omnes*. Ber. O felix terminus, ad me venite, ad stulto labore vestro, &c. ad me medicum salutis, portū quietis, ostium veritatis: vt in die nouissimo ad me venire possitis ad gloriam æternitatis: venite ad me nunc per fidem & bona opera, vt cum venero ad iudicium ad vos, possim dicere illud Matth. 15. Venite ad me benedicti, percipite regnum, &c. Chryf. Non dicit, venite illi vel illi: sed omnes qui in tristitiis & peccatis estis, &c. Vnde si accedimus, hic in gratia, ibi eripiet nos ab omni pœna & onere.

¶ Nota triplex onus nunc portamus: Primum est fragilitas corporis. Sap. 9. Corpus quod corrūpitur, aggrauat animam. Hoc ibi non erit. 1. Cor. 15. Surget immortale & incorruptibile. Secundum onus est pronitas ad malum. Gen. 8. Sensus & cogitatio hominis ab adolescentia prona sunt in malum. Ecclē. 17. Quid nequius quā quod caro excogitare poterit? Gala. 6. Caro concupiscit aduersus spiritum. Hoc etiam non erit. Isaie 52. Sedebit populus in pulchritudine pacis, & in requie opulenta. Aug. Vbi velit spiritus, ibi protinus erit & corpus. Tertium onus est pœnalitas, s. esuries, sitis. Ab hoc onere ecce liberabimur. Apoc. 21. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Sic, ergo reficiam vos. Et subdit: *Tollite iugum meum super vos*, non iugum diaboli, i. peccatū illud graue est. Ecclē. 20. Iugum graue aratū est super filios Adam, 1. Cor. 7. Nolite iugū ducere cum infidelibus: quia coniungit

corpus

corpus & animam ad pœnam. Ideo dicit meū. ¶ Nota, triplex est iugum Christi. Primū est Euangelicę eruditionis. Raban. quia Iudæos & Gentiles in vnitare fidei coniungit. Eccl. vlt. Collum vestrum subiicite iugo eius. Secundū est diuinę dilectionis, eō quod homines duos iungit: sic iugum dicitur à iungendo. Col. 3. Super omnia habere charitatē, quod est vinculum perfectionis. Osee 7. Occisi sunt absque iugo. Tertium est carnis mortificationis, & imitationis passionis. Thre. 3. Bonum est portare iugum domini ab adolescentia, i. pœnitentiam: & hoc denotat, cum dicit *meum*, quia prius portauit. Ber. non sufficit crux Christi sine tua. *Super vos*, i. præsiciens vobis per dominum, vt impleatis quod ad iugum euangelij: *vel super vos*, i. in vestro superiori: & hoc quantum ad iugum dilectionis. Tertio super vos, id est, in vestro exteriori, q̄ est caro, quantum ad iugum mortificationis. Vnde Gala. vlt. Stigmata Iesu in corpore meo porto. Subdit, *et discite à me*: s. docete & faciente, non mortuos suscitare, non dæmones effugare, non super mare siccis pedibus ambulare, non signa operari, nam signa non semper sunt necessaria, nec omnibus cōmoda sunt, nec omnibus concessa: *quia mitis & humilis corde sum*. Reuera mitis ad verba 1. Pet. 2. cum malediceretur, non maledicebat. Ioan. 8. mitē dixit, dæmoniū non habeo. Secundō mitis ad verba 1. Pet. 2. Cum pateretur, non cōminabatur. Sed ait Ioan. 18. Si malē locutus sum, perhibe testimonium de malo: si bene, cur me cædis? Tertio, mitis ad tormenta. Isaie 53. Sicut ouis ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum, nisi ad orationem. Luc. 23. Pater dimitte illis subdit: *et humilis corde*. Bern. Collactancę sunt humilitas & māfuetudo. Et sicut præsumptio ab elatione, sic vera māfuetudo ex vera humilitate procedit. ¶ Et nota hic circa literam, septē in Christo possumus considerare humilitates. Primō, humiliavit se in incarnatione. Philip. 2. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. In hoc docuit nos de nobilitate generis non superbire, cum ipse filius Dei habitū serui assumpserit. Aug. O homō, pudet te fortasse imitari humilē Deum. Secūdo humiliavit se in nauitate, in qua docet nos in diuitiis non superbire. Nam ille, cuius est cælū & terra, paupertatē elegit. Tertio, in circuncisione, qua nō indignit, attamē circūcidi voluit: vt nos in vera pœnitētia nos ipsos humiliaremus. Quarto in baptizate, vbi Ioannē multō minorē non contempserit, & ab eo baptizari voluit: sic etiā parentibus subditus erat. Lucæ 2. In hoc nos docuit inferiores non contemnere. Quintō, in a sinu sessione, i.

quo docuit de bonis corporalibus non superbire, & corpora humiliter subdere & tenere. Sextò, in pedum lotionem, in quo docuit humiliter seruire. Matt. 10. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Septimò, in crucis passione, in qua docet contumelias humiliter pati. Eccle. 2. In dolore sustine, in humilitate habe patientiã. Sic ergo dicit: *Dolere à me.* Et subdit præmium imitationis suæ, cum subdit: *Et inuenietis requiem animabus vestris.* s. in presenti & in futuro, in presenti. Eccl. vlt. Laboraui modicũ, & inueni mihi multã requiem, s. conscientia, & pacem in futuro. Isa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta. Aug. Fecisti nos domine ad te, inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. ¶ Vbi nota, quod sunt aliqui qui habent requiẽ in corporibus, vt dicitur Luc. 16. de diuite epulone. Et ille præcipue diues, Luc. 22. qui dixit: *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comedere, bibe, &c.* Alij sunt qui inueniunt requiem in animabus, s. qui securã habent conscientia. Aug. in lib. de catechizandis rud. In cuiusmodi gaudens de bona conscientia inter molestias, quã de mala inter delicias. Sen. Non nascitur vera lætitia, nisi ex pura conscientia. Tertij sunt qui nec inueniunt requiẽ nec in animabus nec in corporibus, vt dñati, Iere. 17. Seruieris diis alienis, qui non dabunt vobis requiẽ die ac nocte. Quarti inueniunt requiẽ in animabus & corporibus, vt beati post vniuersalẽ resurrectionẽ. Tunc in eis implebitur perfectẽ autoritas supra allegata, Isa. 32. Sedebit populus meus, s. quò ad requiẽ animarum in tabernaculis fiducia, quò ad requiẽ corporis, & in requie opulenta, quò ad vtrũque. Ibi erit requies à labore, dolore & timore. A labore, Apo. 14. Amodo requiescit spiritus à laboribus suis & à dolore, Isa. 51. Gaudiũ & lætitiã tenebunt: fugiet ab eis dolor & gemitus. Et à timore, Job 11. Requiesces, & nõ erit qui te exterreat. Est alia causa quæ affectũ nostrũ accẽdere debet ad Christi imitationẽ, quã subiungit cõcludendo euangeliũ di. *Iugum meũ suauẽ est, & onus meũ leue.* q. d. si non velletis me sequi propter præmiũ, hoc est propter æternam requiẽ: deberetis tamen me sequi propter cessationem acerbitatis exiliũ laborũ. Verũ quidẽ requies magna est, sed labor acerbus & importabilis, ne homo aliquatenus haberet excusationẽ, dicit saluator iugum meum esse iugum euangeliij respectu legis: quia lex euangeliij est charitatis, lex verò vetus seruitus. Rom. 8. Non accepistis spiritũ seruitutis in timore: sed accepistis spiritũ adoptionis filiorum Dei, hoc

est

est spiritũ charitatis quã filius ad patrẽ habere debet: Sic dicit, *onus meum leue.* Aug. Charitas omnia læua & immania, i. magna facit leuia. 1. Co. 13. Charitas omnia suffert. Hiero. Amanti nihil est difficile. Ipse ergo saluator vltra vires humanas nulli aliquid præcepit, vltra hoc gratiã suã beniuolẽ tribuit, vt quæ grauiã vidẽtur, leuissima fiãt. Imitemur Christũ, sicut hortatur in presenti, cũ aliquibus laboribus & virtuosus operibus requiramus, cũ gratiam eius obtinebimus in futuro. quam S. Matthias adeptus est.

De Annuntiatione B. Mariæ Virginis.

## ENARRATIO.

**I**ngressus Angelus dixit ad eam: *Aue gratia plena. Dominus tecũ.* Luc. 1. ¶ Boni rumores lætificant homines, & habentur in memoria. Moraliter. O quã boni rumores sunt hodie nũtiant: sic quòd locũ potest habere illud 4. Reg. 7. Hęc dies boni nũtij, si tacuerimus, sceleris rei erimus. ¶ Reuera boni nũtij dies: quia directẽ hęc nũtiantio est cõtra annũtiationẽ serpentis: quæ nobis omnia mortẽ intulit, mala fuit multiplici ratione. Primò, quia fuit nũtiantio dubietatis respectu mulieris, cùm dixit serpens Ge. 3. Cur præcepit vobis Deus, vt nõ comedetis de omni ligno paradisi? Respondit: Ne fortẽ moriamur. Ecce illud quòd Deus posuerat in certo, mulier posuit in dubio. Illa dubietas durauit vsque ad Christũ: quia homo dubius fuit quomodo salutẽ consequi deberet. Econtra hæc annũtiantio est securitatis. Hodie enim angelus dixit: *Nobis timeo Mariã, inuenisti enim gratiam apud dominum.* Secundò, fuit nũtiantio falsitatis, quia dixit serpens Genes. 3. Nequaquam moriemini. Econtra hæc nũtiantio est veritatis: quia illã angelus Gabriel nũtiant, qui est veritas: de quo Io. 14. Ego sum via, veritas & vita. Tertio, fuit mala ratione mortalitatis, quæ prouenit ex illa. Ro. 5. Per vnum hominẽ peccatum in mundum intrauit, & per peccatũ mors: & sic in omnes homines mors pertrãsit. Ecõtra ex hac annũtiantio homini vita venit, Io. 19. Ego veni vt vitã habeãt. Hodie dominus lignũ vitæ, i. filiũ plantauit in medio paradisi, i. in vtero Virginis benedictæ, vt in figura habetur Gen. 2. sicut dicitur 1. Cor. 15. Si cut in Adã omnes moriũtur, ita & in Christo omnes viuificabũtur. Quintò, fuit mala hæc annũtiantio ratione acerbitatis, fuit enim acerba vtrique parenti. Primò Adæ, cui dictum est Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo. spinas & tribulos germinabit tibi. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Secundo. *Eue ibidẽm: In dolore paries filios tuos.* Ecce maledictio.

Scd

Sed hodie annuntiata est benedictio: *Benedicta tu in mulieribus.* Luc. 1. Ecce nuntiata benedictionis & alacritatis. Aug. Hodie maledictio Euz mutatur in benedictionem Maria. Bern. Hodie reuelatum consiliū per quod mors tolleretur, vita redderetur & homo de seruitute diaboli liberaretur, & in pristinam dignitatem reduceretur. Hodie impletur illud, Zach. 2. *Lætare filia Sion, ecce venio & habitabo in medio tui.* Idcirco canit hodie Ecclesia, *Hæc est dies, &c. exultemus, dicentes Gloria tibi domine.* Et meritò, quia vt dicit Augu. Factus est particeps nostræ humanitatis, vt essemus participes suæ diuinitatis. Ideo Alexander super Can. Amor erat in orbe regnaturus, ideo missus cœlestis paranympus, quasi columba Noë factus, portans ramum oliuæ, i. pacis & salutis. De quo thema: *Missus est, &c.* ¶ In summa Euangelij quatuor per ordinem tanguntur. Primò, noua legatio diuinæ Maiestatis, ibi: *Missus est.* Secundò, prompta executio angelicæ dignitatis: *Ingressus Angelus.* Tertio, murua colloctio inquirendæ veritatis ibi: *Quomodo fiet istud?* Quartò, deuota humiliatio virginæ voluntatis, ibi: *Ecce ancilla domini.* De primo dicit: *Missus est Aug. lus.* Etiam apponit, *In illo tempore.* Quo ad tempus quinq; sunt consideranda, videlicet quo anno, quo mensè, qua hebdomada, qua die qua hora angelus missus est. Quò ad primum, hoc est quo anno, dicunt breuiter sancti doctores, quòd fluxit à principio mundi annis quinq; millibus 199. in isto igitur vltimo anno facta est hæc legatio. Sed quò ad secundū quòd, scilicet ad mensem, dicunt, quòd in mense Martio, & allegant illius plures rationes. Sed quò ad tertiū, scilicet hebdomadam, colligitur ex dictis B. Augu. in 4. de Trinitate, quòd vltima hebdomada prænominari mensis. Cuius ratio est secundum eundē, ad designandū, quòd in vltimo tēpore Christus incarnari voluit, scilicet in tēpore gratiæ. De quo Abac. 2. apparebit in fine, si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet. Quò ad quartū dicunt quòd feria sexta, quia illo die factus est homo. Et sic meritò hac die concipi & nasci debuit, qua die regenerandus erat homo per eius passionem. Sed quò ad quintum, hoc est, quo ad horam diei, dicunt cōmuniter doctores, quòd ora cōpletorij fuit ista nuntiatio incœpta, sed hora matutinali fuit incarnatio celebrata. Et hoc representat Ecclesia in campana, quam manè & vesperè pulsare ordinauit ad huius rei memoriam. Ad propositum tamen dicit Apost. Gal. 4. Cū veni plenitudo temporis. ¶ Sed di. circa prædicta, Quare tandiu incarnari distulit? Responder S. Tho. p. 3. q. ar. 6. quòd hoc fecit multis ratio

nibus

nibus. Primò, propter diuinæ iustitiæ manifestationē. Nam Dei iustitia vt dicit Augu. Nullum malum sinit impunitum. Vt igitur Deus peccatū Adæ puniret, tantos clamores sustinuit, & luctus & suspiria fieri permisit, vt Adam cum sequacibus suis tanto tēpore expectaret in limbo, & exul existeret à paradiso, vt manifestaret per diuinā iustitiā nullū peccatum dimitti inultum. Secundò, propter peccati cognitionem. Vnde medicina non datur infirmis, nisi se cognoscant: modò ipsi primò nō agnouerunt infirmitatē suam. Debebant enim prius cognoscere, quòd non à se, sed mediante liberatore redimi debebant, & quòd illius necessariò indigerent. Tertio, propter desiderij augmentationē. Nam dicit Ber. Dilatio rei amatæ est augmētatio desiderij. Et quantò diutius desideratū denegatur, tantò magis desiderium augmentatur. Prouer. 13. Spes quæ differtur, affligit animam. Idcirco post clamores, & magna desideria sanctorū patrum venire voluit. Exod. 3. Vidi afflictionem populi mei, & clamorē eius audiui: descendam & liberabo eū. Quartò, propter beneficij incarnationis maiorem commendationē, quia quòd amplius & diutius differtur, cū datur, pretiosius reputatur. Et sic dicit Inno. in sermone de aduentu domini: Si filius Dei subito post lapsum hominis venisset, & eum reduxisset. ille videns se facile sanatum, incidisset in ingratitude vitium, & non magno medico indixisset se credidisset. Sic ergo ex diuturna expectatione, difficultatē saluationis cognouit. Ergo, &c. Quintò, propter scripturæ impletionem. Osee 13. Diebus multis expectabis me. Ideo di. Abac. 2. Apparebit in fine, i. in tēpore gratiæ. De quo Psal. Tempus miserendi eius venit. Et hoc fuit tempus illud quò ad annum, mensem & hebdomadam, diem & horam. De quo supra audistis. Tūc ergo, *Missus est angelus.* ¶ Cur Angelus, & non homo? Responder Simon de casta, quia quilibet homo fuit peccator: sed opus incarnationis debebat hominē soluere à peccatis: ideo magis congruum fuit mittere angelum quàm hominē. Secundo, quia missio ista fuit propter reuocationem ad regnum cœlorū: idcirco mitti cœlestis ciuis debebat. ¶ Tertio, quia per incarnationem domini etiā angelica ruina reparanda erat, & de cætero pax esse inter Angelos & homines. In huius ergo figurā tempore natiuitatis gaudentes angeli cantabāt, Gloria in excelsis Deo, & in terrā pax hominibus. ¶ Sed quare tantum vnus Angelus mittebatur? Respondeo, propter celandum diabolo opus incarnationis & redemptionis. Dicit tamen Albe. quòd sibi soli commissum erat,



erat, quòd nuntiare verbum deberet: tamen cum eo erat magnus angelorù exercitus, qui non sciuerant in speciali. A simili: sicut vnus angelus nuntiauit gaudiù natiuitatis domini pastoribus: venit tamen magna multitudo cù eo cœlestis curiæ. Figuratur, Gen. 24. Abrahâ misit vnũ, s. Eleazar, ad conducendũ sponfam filio: ille tamen multos habuit comites. Modò nõ est minoris dignitatis incarnatio, quã natiuitas. Solus tamen Gabriel apparuit, & colloquiũ eũ virgine habuit: idcirco textus specialiter eũ nominat. ¶ Sed di. quare Gabriel, & non alius? Respõdet Ber. super *missus est*: Gabriel fortitudo interpretatur. Nã per opus incarnationis virtus altissimi manifestatur. Ergo meritò per fortitudinem annuntiat, nam per hoc opus fortissima vicit. Primò, diabolus. Io. 12. Nunc princeps mundi eiicietur foras. Secundò, mundũ. Io. 16. Cõdite, ego vici mundũ. Tertio, omnem intellectũ creatiũ: puto quòd omnes angeli nõ possent capere suis intelligentiis vehementiam incarnationis, quam nobis in hoc opere exhibuit, quòd opus angelus certò ignorauit. Vnde interrogatus à virgine: Quomodo fiet istud? Respondit: Spiritus sanctus superueniet in te, q. d. Tu experieris, Aug. Fide capitur. ratione cõprehendi nõ potest, s. quomodo deitas humanitati iungitur, & Deus & homo de virgine nascitur. Aug. Est stupendũ miraculũ excedens omnẽ intellectũ, qui in cherubin est terribilis, in omnibus angelis est incõprehensibilis, conceptus est in alio virgine. Vnde virginẽ concipere & parere superat omnẽ legem naturæ. Adhuc tamen fortius est, quòd Deus & homo ab homine nasci voluit. Ideo Ansel. de cõceptu virginali: Quis vltimum primo cõiunget, nisi Dei fortitudo, & ita cõglutinauit quòd nec morte soluitur. Meritò ergo Gabriel, id est fortitudo Dei mittitur. Sequitur, à Deo, s. sine medio. Ecce prærogatiuum, quia nõ est seruatus cõmunis modus, cò quòd nõ per superiorẽ reuelationẽ, sed à Deo missus est. Dion. c. 7. cœlestis Hierar. Alij cognouerũt, sed nõ bene & plenẽ, maximẽ laucis còs modus qualiter totus in patre totus in virgine. ¶ *In ciuitatem Galilee.* Sed di. Cur non in Iudæam? Resp. quia in Galilea cohabitabant Gentiles cù Iudæis, in signũ quòd vtrunq; populum vellet redimere. Io. 11. Hic Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, scilicet, Iudaica: sed vt filios Dei dispersos in variis gentibus in vnum congregaret. Ephe. 2. Ipse est qui facit vtraque vnum. *Cui nomen Nazareth,* quòd interpretatur flos: ad significandum, quòd ipse esset ille flos de quo Cant. 5. Ego flos campi. Dicit flos campi, & non horti;

horti: quia flos horti clausus est: sed flos cãpi omnibus apertus est. Et sic Christus. Mat. 11. Venite ad me omnes. Item flos gignitur ex purissimis terræ humoribus & calore solis: & sic Christus incarnatus virtute Spiritus sancti, ex purissimo sanguine virginis Marię. Item in partibus trãsmarinis habetur quidam flos, qui habet stipitem asperum, & 5. rubea folia, & significat Christũ, qui habuit asperitatem crucis. & 5. rubea vulnera. Item cum flos cõteritur, longè spargit odore: & sic Christus in mortariolo crucis cõtritus. Ille ergo flos floruit in cõceptione in Nazareth, apparuit in natiuitate in Betheleẽ, emarcuit in Hierusalẽ, floruit inter duo lilia, scilicet, angelo nunciãte, virgine cõsentiente. Apparuit inter duo animalia, Isa. 1. Cognouit bos possessore suum, & asinus præsepe domini sui. Emarcuit inter duos latrones in cruce, re floruit in resurrectione. Sequitur: *Ad Mariam virginem.* Et merito, vt prophetia impleretur. Isa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filiũ, & fere. 31. Nouum faciet dominus super terram: & mina circũdabit virum. Vbi dicit Dion. de diuinis no. De omnibus nouis hoc est maximũ nouũ. Ber. Deũ decebat huiusmodi natiuitas. Et sic debebat nasci, tunc de virgine: & sic virgõ debebat parere, tũc Deũ. Sic igitur missus ad virginem. Aug. Veniẽs creator mundi ex mũdis visceribus in mundo nasci voluit, vt immundum mundũ redimeret. Sed di. Ber. super *missus est.* Ad virginem carne, ad virginem mente, ad virginem professione, ad virginem talem de qua 1. Cor. 7. Mẽte & corpore sanctã, nec nouiter nec fortuitu inuentam: sed à seculo electam, ab altissimo præcogitã, & Spiritus sancto preparatam, à patriarchis præsignatam, à prophetis promissam, Damasc. li. 4. c. 8. *Ipsa Dei* genitrix virgo ab æterno Dei cõsilio præuisa, ipsa est quam vidit Moyses in rubo ardente, Gedeon in velle re, Ezechiel in porta clausa in domo domini, Daniel in lapide absciso sine manibus, Aaron in virga & flore, S. Tho. p. 3. q. 28. Meritò agnus Dei sine macula debebat nasci, & sine peccato de virgine pura. Sequitur *desponsatã viro.* Amb. vt Iudæis tolleretur scandalũ, vt pater haberet nutritiũ, & vt virgo virginis suæ testimonium, cui, scilicet, viro nomen erat. *Ioseph, de quo mo. i. de familia David.* ¶ Tres legimus esse viros in sacra scriptura huius uominis. Primus fuit procurator Aegypti, qui comendatur ab innocentia. Secundus Ioseph, ab Arimathia, qui comendatur à pietate & misericordia, & à deuotione eximia. Depulit Christum de cruce, & in monumentum suum collocauit. Tertius fuit vnus ex 72. discipulis, ille comendatur

tur à iustitia, vt habetur Acto. i. Omnes hi hunc Ioseph figurabant: omnium enim virtutes ipse perfectè habuit. Et significat eum Euangelista, quod sit de domo David: vt per hoc designetur veritas promissionis, Psa. 131. De fructu ventris tui ponā super sedem tuam. ¶ Et nomen virginis Maria. Ipsi. Antiquis paribus nomina imponebantur secreta futurorū cōtinētia. Afortiori ergo virgini dei genitrici, quæ omnibus fuit sanctior, & in statu sublimior. Vnde Chry. Nihil erit in gloria re spectu B. virginis omnū præcedētium memoria. Dicitur ergo Maria, quod Hebraicè interpretatur stella maris, quæ navigantibus viam indicat. Et sic ipsa misit radium, per quē totum mundum illuminauit. Gre. Huic mundo lumen ætenuum effudit. Ber. Sicut nec radius minuit sideris claritatē, sic nec filius virginis integritatem. Secundò, Maria Grecè & Latine dicitur amarum mare. Et sic ipsa in passione. Luc. 2. Tuā ipsius animā gladius doloris pertransibit. Tertio, Syriacè dicitur domina, & sic ipsa domina angelorum, protegens nos ab infestatione inimicorum. Ber. Non enim hostes visibiles timent aciem ordinatam, sicut dæmones dei matrem. Ambr. Totum collegium potestatis malignæ terretur ad inuocationem nominis Mariæ. Bernard. Sicut cera fugit à facie ignis: sic dæmones ad inuocationem nominis Mariæ virginis. Et sic dicit: *Nomen virginis Mariæ.* Non à casu hoc nomen, sed specialiter in instu & angelica reuelatione virgini impositum est. Et conuenienter hoc venerabile nomen obtinet ex etymologia. Ipsum enim habet s. literas, per quas ipseus s. priuilegia designantur. Et qualibet harum priuilegium vnum ex his s. designat, quæ ipsa specialiter à deo meruit obtinere, propter quæ hoc nomen sibi congruè conuenit. ¶ Prima littera huius sanctissimi nominis est m. per quam designatur primū priuilegiū, quod ipsa est mater omnium sanctorū, quia omnibus sanctitatem generauit, Dani. 9. Veniet sanctus factorum: vt vngatur, Idcirco Bern. Laudamus tuam virginitatem, & miramur humilitatē, quia omnibus genuisti sanctitatem. Eccl. 24. Ego mater pulchræ dilectionis; & timoris & agnitiois; & sanctæ spei. Modò omnia illa ad sanctitatem pertinent. Et sic ei specialiter dicere possumus illud Iudith 8. Ora pro nobis, quoniam tu mulier sancta es, imò & omnium sanctorum mater. ¶ Secunda littera est a. per quam significatur secundum priuilegium, scilicet quod est aduocata omnium peccatorū. Sic Ecclesia nominat eam. Eya ergo aduocata nostra, &c. Nota, dicit Irido. Volens aduocare pro alio, debet habere primò iudicis

amicitiam: & sic ipsa, quia mater. Ber. Tu mater exilis, tu mater iudicis. Ipsa in matre Salomonis figuratur, cui Salomon. 3. Reg. 2. Pere à me quod vis, nō est fas vt auertā faciem meā à te. Ber. in ser. de natiuitate: cum corā tremēdo iudice assistimus, qui vibrat gladium iræ suæ super nos: & quis auertat iram suam, nisi Maria, per quā suscipimus in terris misericordiā? Quare exemplum in discipulo sermo. vlt. de iuvene de paupertate. Nō mirum si apud Deum potēs est. Dicit enim Ansel. Mira res, omnis creatura à Deo creata est, Deus omnia creauit: sed Maria eum generauit. Et sic meritò habet amicitiā. Secundò debet habere pietatis clementiam: & sic Maria. Vnde Bern. in ser. qui incipit. Magnum signum apparuit in cœlo. Quid ad Mariam trepidat accedere humana fragilitas: nihil austerū, nihil terribile in ea; sed tota suauis & mitis. Ideo dicit Augu. Scio me perire non posse præ pietate Mariæ. Sic ergo possumus dicere ei illud, 3. Reg. 2. quod dixit Adonias ad matrem regis Salomonis. Pro nobis loquere regi quia in te est pietas & misericordiæ clemētia, neq; tibi quicquid denegare poterit. Tertio debet proponere vel indigentiā. Et sic Maria. Vnde Bern. Apud filium suum inducit illud euangelicum: Memento fili verbi tui in quo peccatoribus spem veniæ tribuisti: non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Ipsa est mulier, de qua 2. Reg. 14. quæ aduocauit pro Absalone apud Dauid, & allegans generalem infirmitatem dicit: Omnes morimus, & quasi aquæ dilabimur in terram. Cassiod. Tu parona humani generis, tu afflictiis consolatio, tu infirmis medicina singularis: quis tuo non indiget iuamine, cū peccare cōmune sit? Ergo secundò est aduocata omnium peccatorū. ¶ Tertia littera est r, per quam significatur tertium priuilegiū siue tertia gratia Mariæ collata, quod ipsa est regula omnium morū & virtutum. Et primò puritatis, quia dicit Anselm. Ea puritate nitebat, qua maior sub Deo intelligi nequit. Quod autem puritas virtus sit, & nos acceptos Deo reddit, dicitur Prover. 22. Qui diligit munditiā cordis, habebit amicum regē, & Sap. 6. Incorruptio proximum facit Deo. Ps. 17. Secundū puritatē manuum mearū retribuet mihi. Ipsa etiam specialiter est regula humilitatis, imò & magistra. Luc. 1. Ecce ancilla domini. Nō potuit eam amplius extollere angelus, quia Dei matrem futuram eā prædixit, & ipsa dixit se ancillam, personā seruilē & humilē. O mira humilitas! Hæc est virtus illa quam ipse saluator docuit discipulos, dicens Matt. 11. Discite à me, quia

mitis sum & humilis corde. Ipsa etiam est regula charitatis. Vnde Amb. Sicut ferrum in igne missum totum fit igneum: sic ipsa charitate Dei & proximi tota fuit ignea, id est, charitate plena. Et sic excellenter in se omnes virtutes habuit, & verifi cari poterat de ea illud Iudith 11. Non est talis mulier saper terrâ, s. decore virtutû. Ber. Ipsa dignum Dei habitaculum omnibus virtutibus plenum. Non mirum, si fuerit regula morum. Amb. Talis fuit vita Mariæ, vt eius solius vita esset omnium regula & disciplina. ¶ Quarta litera huius nominis est i: per hanc quartum significatur priuilegium, quo ipsa dicit meretur interfectrix omnium vitiorum. Vnde Ber. super missus est. Sicut diabolus per mulierem humanum genus perdidit: sic dominus per mulierem reparauit. Sic dicit Maximus in serm. Sicut Eua nocuit per stultitiam: sic Maria profuit per prudentiam. Eua damnauit per superbiam, Maria saluauit per humilitatem. ipsa fuit de qua canit Ecclesia: Mortem quam femina iaculit, femina fugauit. Ipsa fuit illa de qua Genes. 3. ex parte diaboli dicitur: Inimicitiam ponam inter te & mulierem. Et subdit: Ipsa conteret caput tuum. Quinta litera est v: per illam significatur quintum priuilegium, quo ipsa specialiter dici meruit harmonia, s. spiritus sancti donorum. Aug. tractatus illud Prou. 9. Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem, dicit: Domum edificauit, i. cor virginale spiritus sancti donis plenum. Nam alij sancti habuerunt gratiam cum mensura, ipsa fuit omnium gratiarum: sic quod in ea impleri potuit illud Prouer. vi. Multa filia regum congregauerunt diuitias: tu sola supergressa es vniuersas. Bern. Ipsa excessit fidem patriarcharum, prophetarum spem, apostolorum charitatem, constantiam martyrum, castitatem virginum. Aug. in ser. de assumpt. Quid dignius hac virgine, cui nullus sanctorum poterit comparari? Hier. similiter in sermo. de assumpt. Sicut in comparatione Dei nullus bonus, ita in comparatione Mariæ nulla est perfectio virtutibus. Merito igitur Maria dicitur mater omnium sanctorum, aduocata omnium peccatorum, regula morum, interfectrix vitiorum, harmonia spiritus sancti donorum. ¶ Ex supra dictis ergo concluditur noua legatio diuinæ maiestatis. Noua vtique & inaudita. Nam licet multæ legationes fuerint per oracula prophetarum, &c. illa tamen fuit omnibus excellentior. Primò ex parte nuntij, quia fuit nuntius de superioribus veniens de his qui astant ante faciem Dei. Lu. 1. Secundo ex parte mittentis, quia immediate missus à Deo, à consilio totius sanctæ trinitatis. Tertio, ex parte personæ, ad quam

mittitur

mittitur. Hæc fuit virgo Maria omni laude digniss. Quarto, ex parte causæ: Et hæc fuit maxima, quia nostræ salutis redemptio: vt infra clarius patebit. Et hoc quantum ad primū. Dixi secundo subiungitur prompta executio angelicæ dignitatis, de quo subdit: *Ex ingressus ad eam angelus dixit: Ave gratia plena, dominus tecum, benedicta tuum mulieribus.* Ad propositum tamen ante legationis executionem angelus reuerentissimam formauit salutationem in qua virginem gloriosam ex quatuor principaliter commendauit. Primò à vitæ innocentia. Et hoc tangitur cum dicitur: *Ave, id est, sine vā, id est, pudoris, laboris, & doloris.* Gene. 3. Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios tuos. Ber. Ipsa sine corruptio ne fecunda, sine graamine grauida, & sine dolore puerpera. Sed vnde hoc? quia dicit Ber. Propriū delictum nō habuit, ab alieno longè innocens fuit. Et sic per consequens nec talis maledictio Eux in ea locū habere potuit. Merito dixit ei: *Ave, i. sine vā.* Reuera ipsa fuit sine vā culpæ, sine vā miserix, sine vā gehennæ. Secundo ipsam comendauit à gratiæ superfluëtia, cum dixit: *Gratia plena.* Vbi nota, q. duplex est gratia. Prima est gratia gratum faciens, quæ dicitur charitas infusa, sine qua nemo est acceptus Deo, & quæ inter omnia dona à Deo creata, est excellentissimum donum, vt dicit Aug. De illa principaliter loquitur angelus. Bern. Ita copiose est ei collata gratia, quæ omnem vitam suam custodiuit ab omni culpa veniali & mortali. Ideo Aug. dicit: Quid dignius hac virgine quæ transcendit merita omnium mortalium, etiam & angelorum? Aliæ sunt gratiæ gratis datæ, quæ licet omnibus hominibus à Deo gratis dantur, non tamen hominē secundū se gratificant omnes simul, nec aliqua earum, sed ad multa alia ordinantur. Tunc huiusmodi gratiæ possunt dici omnes virtutes aliæ à charitate. Maria ergo nō solum habuit donū gratiæ principalis gratum facientis, sed etiam plenitudinem gratiarū gratis datarū. De quo Hier. in ser. de assumpt. sic inquit: Si diligenter attendis, nihil est virtutis quod non resplendeat in virgine Maria. vnde ipsa fuit humillima. Bernar. Si Maria humilis non fuisset, spiritus sanctus super eam non quiescisset, nec eam impregnasset: Isaia vlt. Super quæ quiesceret spiritus meus, nisi super quietum & humilem? Item fuit castissima. Vnde Ber. Tantæ fuit puritatis, quod nec angelica puritas ausa est ei se comparare. Nec astra munda sunt in conspectu eius. Tanta munditia, ô Maria, Deus carnem tuam mundauit, vt etiam suæ diuinæ puritati eam conglutinare non

despexit. Item fuit mitissima. Ber. Nihil austerum, nihil terribile in ea: tota suavis & mitis. Item fuit misericordissima. Inde Ignatius: Maria omnium operum pietatis vniciuque aliquid ministrat, miseris & afflictis est coafflicta. Et hæc misericordia non est in beatitudine diminuta, sed perfecta. Sic igitur meritò à gratiâ supereffluencia cõmendatur. Tertio, cõmendauit eã angelus in salutatione sua à diuina assistentia, cum dixit, *Dominus tecum*. Ber. Licet cū omnibus sanctis sit dominus, tamen singulariter & singulari prerogatiua est cum Maria, vt licet dicitur Ioan. 14. Si quis diligit me, ad eũ veniemus, & mansionem apud eũ faciemus: tamẽ cū illa excellētissimẽ & singularissimẽ. Vnde exponēs supradicta verba Ber. dicit, Dominus tecũ, pater te obũbrans, vt tãtum splendorẽ filij sui posses sustinere: tecũ filius, vt sibi seruet vterũ tuũ, & tibi seruet virginitatis signaculũ: tecũ spiritus sanctus, cuius virtutẽ concipis, sanctificans te vt sola digna esses filiũ Dei portare. Et sic tota trinitas fuit cum Maria, vt corpus mundaret, vitã sanctificaret, & animã fœcũdaret. Aug. Dominus tecum manet, tecũ perseuerat, à te nunquã recedet. Hugo de S. Vict. Dominus tecũ in castitatis voto, tecũ in prudenti cõsilio, tecũ in vtero, tecũ in conscientiã secreto, tecũ in ore, opere & corpore, tecũ vbiq; age securẽ quod vis. Hiero. Iã cū virgine erat, qui ad virginẽ mittebat. Dominus vbique per essentiã, in cœlis per apparentiam, in angelis per præsentiam, in sanctis per gratiam, in assumpta humanitate per vnionem, sed in virgine per totius deitatis præsentiam & corporalem existentiam. Meritò potuit dicere, *Dominus tecum*. Sed di. Quare non potius dixit, dominus in te? Respondetur, q̃ non tantum cum ea fuit per inhabitationem, sed etiam per cooperationem. Hoc ergo significare volens dixit, *Dominus tecum*. Quarto, eam cõmendauit à fœminea refulgentia, ibi: *Benedicta tu in mulieribus*, id est, super omnes mulieres. Reuera non solum super omnes mulieres, sed & super omnes viros post Christum: nec solum super omnes viros, sed & super omnes angelos, & vniuersaliter super omnem creaturam aliam à Christi humanitate, eõ quod à verbo assumpta est. Ideo Ansel. O benedicta & super benedicta, per te benedicitur omnis creatura. Aliquæ mulieres sunt benedictæ quia virgines, sed non sunt fœcundæ. Aliquæ verò sunt fœcundæ, sed nõ virgines. Petrus Rauen. Maria virgo inter mulieres est benedicta, quia decus possedit virginitatis pudorem, & dignitatem pertulit maris. O verẽ benedicta, quæ cœlo fuit maior, terra fortior, orbe latior. Deum enim

enim quem mundus non capit, sola suscepit, & portauit eum qui portat orbem, suum genuit genitorem, nutriuit omnium viuentiũ nutritorem. Hier. Talibus oppignorare decebat virginem muneribus, vt esset gratia plena. Et ideo dicitur *Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus*, quæ dedisti cœlis & angelis, terris & hominibus Deũ, fidem Gentibus, & finem vitiis, vitæ ordinẽ, moribus disciplinam; vt omnes homines surgentes in gratiarum actione dicere habent illud Ps. 84. Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob, s. per singularẽ benedictionem matris. Quintum volumus addere & eam cū Elizabeth cõmedare à dignitatẽ suæ excellentiã: quia hodie mater Dei effecta meritò superextollenda & summẽ cõmendanda. Sed quid dicam de eius excellentiã, & quomodo valeã eã dignẽ cõmendare? Ex quo enim mater Dei est; sicut Deũ nullus sufficit nec dignẽ laudare potest, sic nec matrem. De quo Pet. Damiani: Qualiter eã laudare poterit mundanus homo per transitoriũ verbum, quæ de se verbũ prouelit quod manet in æternũ? Aug. Si omnium nostrũ membra verterentur in linguas, nullus eã dignẽ laudare sufficeret: altior est cœlo, de qua loquimur profundior in inferno, &c. Hęc solã est quæ mater & spõsa vocari meruit, quæ enim virgo tam sancta in quã dignaretur superuenire spiritus san. quæ tam speciosa, quã Deus eligeret sibi spõsam & filio suo in matrẽ? O quæ tã casta, vt esset virgo in partu & post partũ? O quid dicam pauper ingenio, ò quid dicam? quicquid dico minor laus est quã tua dignitas requirit. O quid dicam Dei genitrix, cum nõ sufficit lingua carnis tuas enarrare virtutes? Eccl. 43. Exaltate eã quãtũ poteritis, quia maior est omni laude. Ipsa est de qua Ber. quæ totius mundi obrinuit impetrando salutẽ. Cui specialiter pro toto genere humano dictũ est: *Ne timeas Maria inuenisti enim gratiam apud Deum*. Quis ergo ò beata Mater misericordiæ valeat inuestigare tuã longitudinem, latitudinem & profunditatẽ? Longitudo tua vsque ad diem nouissimũ subuenit vniuersis inuocantibus te, latitudo tua replet orbem terrarum, altitudo supernæ ciuitatis meruit per te recuperationem, profunditas sedentibus in tenebris & in vmbra mortis obrinuit redemptionẽ. Hoc ergo quo ad angelicam salutationẽ. Rẽcurramus ergo ad matrẽ gratiã, ipsam quantũ possumus laudibus & præconiis extollendo, vt eius inuento suffragio, possimus obtinere gratiam omnipotentis Dei in hoc seculo, & in futuro fieri participes æternæ gloriæ. Amen.

F I N I S.

# INDEX RERVM AC

Sententiarum memorabiliū locupletissimus, secundum ordinem alphabeticum diligenter & accuratè collectus.

A

A Ctiui cur dicantur aridi.	folio 275
Aduentus Christi cur exitus dicatur.	14
Aduentus Christi medicinam attulit fidelibus vniuersis.	8
Aduentus domini ad mortem amarus est & terribilis.	2
Aduentus domini in mentem quā sit desiderabilis.	62
Aduentus domini in mentem dulcedine commendatur & gratia.	2
Aduentum domini in carnem cur Ecclesia statuerit certo anni tempore celebrandum.	3
Aduentū domini in carnē humilitas cōmendat & charitas.	2
Amoris diuini sunt duo incentiua.	27
Andree apost. passio fuit similis passioni Christi in quinq: 199	
Angeli comites erunt Christi iudicantis.	51
Angelorum quæ fuerint merita pro adoptione foelicitatis perperuæ.	138
Angelorum cur sit irreparabilis ruina.	22
Anima qualiter per vineam sit figurata.	133
Antichristus plenus erit omnibus vitiis.	39
Antichristus etiam angelum bonum habebit eustodem, ne tanta mala faciat quanta vellet.	41
Antichristus quo tempore sit venturus.	38
Antichristus fictis miraculis & scriptura perperam intellecta, homines sibi conciliabit.	40
Antichristi deceptiones cur Deus permittet.	41
Antichristi aduentum multi pseudoprophetae præcurrent.	37
Antichristi sunt, quicumque fidem Christi aut verbis impugnant, aut moribus negant.	39
Antichristum interficiet Christus spiritu oris sui.	43
Antichristo mortuo non continuo mundus finietur, nisi primum omnibus Iudæis ac Gentibus ad fidem Christi conuersis fiat vnus pastor & vnus ouile.	ibidem

B

Beatitudo cœlestis partim æqualis est & partim inequalis in beatis.

119  
Beati

# INDEX.

Beatitudo cœlestis cur sit per denarium designata.	ibidem
Beatitudo cœlestis absque labore acquiri non potest.	38
Beelzebub quid.	180
Bella & dissensionēs cur Deus permittat.	32
Charitas cur per oleum designetur.	205
Cæcorum spiritualium triplex est genus.	65
Centurionis quanta fuit fides.	118
Clementia Dei in quibus potissimum operibus respiciat.	31
Cogitatio quamlibet immunda mentem non maculat si desit consensus.	110
Cognatio spiritualis quomodo contrahatur.	108
Confessio est sacerdoti faciēda.	114
Confessio peccati absque voto satisfaciendi non sufficit ad salutem.	64
Confessionis promptitudinem qualiter sibi ipsi debeat homo imperare.	176
Confessionis impedimenta dum diabolus ingerit, quomodo sine repellenda.	ibidem
Confessionem sacramentalem cur diabolus tanto odio prosequatur.	179
Conscientia munda quibus iudiciis queat agnosci.	69
Contemplatiuos potissimum de superbia diabolus tentat.	169
Contritionis penitentialis quæ sint incentiua.	62
Correctionem debent parentes suis liberis.	94
Christus tentandus cur desertum petierit.	158
Christus quomodo intelligendus sit mediator Dei & hominum.	22
Christus in cruce moriens quinque fecit.	71
Christus quodammodo meruit iudiciariam potestatem.	51
Christus cur in scis parietibus in tēplo remāserit duodenis.	88
Christus qualiter profecisse dicatur ætate & sapientia.	82
Christus cur à propheta dicatur admirabilis consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis.	8
Christus quomodo dicat se nihil in occulto locutum.	142
Christus passus est quinquagies.	190
Christus cur ætatis suæ anno duodecimo adductus sit à parentibus Hierosolymam.	86
Christus fideiussor factus est hominum.	21
Christus ad quos venerit incarnatus.	13
Christus à quatuor traditus est.	161
Christus cur agricolæ comparetur.	143

I N D E X.

Christus in tenera ætate miracula nulla fecit.	86
Christus ad mortem pergens cur sibi laudes regias impendi passus sit, quas antea semper fugit.	191
Christus duodennis creditur Hierosolymis mendicasse.	90
Christus vna persona constat ex duabus integris & perfectis naturis.	20
Christus quomodo dicatur positus in signum.	77
Christus multis nominibus magnus censetur.	6
Christus quater oculos eleuatur perhibetur in Euāgeliis.	184
Christus per quæ vias ac semitas ad nos venerit.	14
Christus quomodo sit ad iudicium generale venturus.	48, 49
Christus incarnatus propter homines & non propter angelos.	22
Christus quomodo in terrā venerit, & vnde descenderit.	14
Christus solus peccatum non habuit, nec habere potuit multis de causis.	153
Christus incarnatus quomodo & qualiter venerit.	17
Christus multipliciter consputus fuit.	154
Christus nullo modo corrupti poterit in ferendo iudicio contra fontes.	58
Christus venit in carnem ad delendum omnia peccata.	13
Christus exiit seminatam tripliciter.	153
Christus cur dæmoniacum sequi volentem prohibuit, cæcum autem illuminatum non.	156
Christus quomodo dicatur positus in ruinam & in resurrectionem matorum in Israël.	77
Christus incarnatus cum quibus venerit.	25
Christus triplici gratia pollet.	11
Christus cur fleuerit honorem sibi regum deferentibus Iudæis.	192
Christi testimonium vbi Moses perhibeat.	187
Christo detrahebant Iudæi in tribus.	143
Christo cur fide certa sit semper credendum.	187
Christo competit iudiciaria potestas secundum humanam naturam propter tria.	55
Christum in extremo iudicio videbunt pij ad gloriam, impij verò ad supplicium & ignominiam.	14
Christianorum multi sunt fatui.	202
Crucem pœnitentiæ ascendenti quinque sunt necessaria.	200

D

Damnatorum quanta erit confusio in extremo iudicio.	18
Debitum in actu coniugali quando reddendum sit.	100

Dese

I N D E X.

Defectus repugnantes perfectioni gratiæ & scientiæ Christi non habuit.	13
Defectus qui ex principiis naturalibus in vno corpore naturaliter consequuntur, remanebunt in corporibus damnatorum post diem iudicij.	48
Desperandum nullatenus est de misericordia Dei, quantumlibet quis sit grandis peccator.	69
Desperantibus de misericordia Dei difficile est mederi aut subueniri propter sex defectus.	120
Desperare quæ hominem faciant.	172, 173
Desperationi quibus modis atque remediis possit mederi, ibi.	
Detractio quàm sit grande peccatum.	177
Deus quomodo dicatur per incarnationem descendere.	12
Deus vult omnes homines saluos fieri.	9
Deum incarnari in fine temporis de cur ob sex causas.	16
Deus simul assumpsit carnem & animam humanam.	22
Deus est ab homine tripliciter cognoscibilis.	201
Diabolus cur dicatur immundus.	179
Diabolus quomodo ab homine sit expellendus.	179
Diabolus cur apud prædeit, ac bonos requiæ non inueniat.	181
Diaboli cur per volucres designentur.	145
Discipuli Ioannis Baptistæ deficiebant in tribus.	61
Discretio si desit, nihil rectè agi potest in vita spiritali.	74
Diuinatores in nulla necessitate licet pro remedio consulere.	169

E

Ebrietas quàm sit fugienda.	93
Ecclesiæ autoritas omnium doctorum antecellit autoritatem.	107
Elementa omnia purgabuntur & innouabuntur substantia eorum permanente in die nouissimo.	44
Elias quo intellectu dicatur fuisse Ioannes, cum de scipso hoc neget.	73
Eliam & Enoch emittet Deus è paradiso terrestri vt conuertant seductos ab Antichristo.	41
Exauditionis misericordiã cur Deus differat aliquando.	170

F

Famam negligere est crudele.	185
Fides Christiana qualis esse debeat vt sit meritoria.	118
Fidei Christianæ triplex est fundamentum à Ioanne Baptista in carcere cognitum.	61
Filij quomodo sint corrigendi à parentibus.	94

I N D E X.

Filiorū qualis debeat esse obed. & reuerētia erga parētes.	150
Fletus fit ob duas causas.	166
Formatio corporis Christi cur specialiter tribuatur spiritui- sancto.	11

G

Gratia Dei petita quā diligenter fit rursus quærenda.	90
Gratia Dei hi soli priuantur, qui huic impedimentum præ- stant.	136-137
Gratiæ diuinæ duo sunt officia, videlicet minuere cupidita- tem carnis, & tribuere perseverantiam virtutum.	66
Gratiæ gratum facientis quæ sint signa.	64
Gratiarum actio quibus conditionibus fiat accepta Deo.	31
Gratiarum actionem cur Deo semper debeamus.	215
Gulæ vitium quinq; modis tentat hominem.	164

H

Hebdomadæ per Daniælem designatæ pro notitiâ aduentus Christi quomodo sint computandæ.	72
Hæreses cur Deus oriri sinat inter catholicos.	129
Hærodes fuit primus alienigena quem regem susceperunt Iudæi.	72
Homo qualiter ad mortem preparare se debeat.	75
Homo purus pro peccato originali satisfacere non potuit.	20
Homine non peccante credibile est Deum non fuisse incar- naturum.	62
Homine innouato per gloriam necesse est & mundum istum visibilem innouari.	44
Homines omnes morientur ante diem extremi iudicij.	45
Hominum sex sunt genera qui grauitè peccat & cadunt.	77
Humana natura tribus est noxia defectibus.	121
Humanæ naturæ quantam dignitatem Deus tribuerit.	3
Humanam naturam Deus multis beneficiis cumulauit.	17

I

Ieiunium quadragesimale cur Christus obseruauerit.	163
Ieiunij multa est utilitas.	168
Ieiunium in peccato mortali ad tria est utile.	163
Ieiunium cur institutum sit.	164
Ieiunium quare præscripto 40. dierū numero celebretur.	165
Ieiunium qualiter sit obseruandum.	ibidem.
Ieiunium potu non soluitur.	167
Ieiunium quadragesimale cur in vere sit institutum, eum il- lud Christus mox à suscepto baptisate dedicauit.	165
Ieiunium quos homines non obliget.	167

Incar

I N D E X.

Incarnationis diuinæ beneficium præcipua semper gratitu- dine recolendum.	3
Incarnatio Christi facta probatur multis rationibus.	ibid.
Incarnatio Christi promouētur in nobis fides, spes, & cha- ritas.	26
Incarnatio filij dei quatenus necessaria fuerit ad humani ge- neris reparationem.	27
Incarnatio Christi spiritibus angelicis fuit manifesta.	16
Incarnatio Christi duplici modo absoluit hominem culpa- re videlicet & pœnæ.	27
Incarnationis diuinæ mysterium Adam ante lapsum cog- nouit.	18
Incarnationis diuinæ mysterio ostenditur simul iustitia & bonitas.	20
Incarnationis diuinæ mysterium diabolo reuelari non con- ueniebat.	17
Inconstantia mentis summopere est fugienda.	84
Infamatum iniuste laudabile est se purgare.	185
Ignis extremum iudicium præcessurus habebit quadrupli- cem virtutem.	43
Ignis proximus præcedet faciē supremi illius iudicij. ibidē	43
Illuminatio animæ spiritualis quomodo querat agnosci.	65
Imposturas Antichristi cur Deus fieri permittet.	40
Ioannis Bapt. humilitas quadrifariam declaratur.	73
Ioannem Baptistā cur Iudæi suspicati fuerint esse Messiam.	71
Iudicium generale omnium cur sit necessarium præter iudi- cium particulare singulorum.	54
Iudicium extremum futurum creditur in valle Iosaphat.	53
Iudicium vt sit iustum plura requirit.	55
Iudicium extremum qua parte diei sit futurum.	43
Iudicij tempus cur Deus incertum nobis esse voluerit.	54
Iudicio faciendo tria sunt necessaria.	51
Iustitia Dei maximè præfulget in bonorū remuneratione.	22
Iustitiam humanam vanitas triplicem munerum acceptione corrumpit.	57
Iustos homines cur Deus affligi atq; tentari permittat.	123

L

Lachrimarum magna est virtus.	71
Lepra spiritualis quomodo sit curanda.	120
Lepra corporis infirmitatē significat animæ in peccatis. ibd.	120
Lepram tangens Christus, legis transgressor non fuit.	171
Lætitia cantica & conuiuia nuptiarum, cur sint prohibita tē- pore aduentus domini.	3

I N D E X.

Liber vitæ quis dicatur. 37  
 Locutio Dei quæ sit. 210

M

Mare spirituale triplex exemplo Christi debemus traicere: 180  
 Maria meruit Christum concipere merito congrui. 25  
 Maria domini mater gladio materiali obnoxia non fuit, sed spiritali. 79  
 Maria domini mater cur cælo sit comparata. 211  
 Maria domini mater vt fieret per tria se præparauit. 25  
 Maria domini mater omnium secretorum conscia cur tantopere contristabatur perditio per triduum puero Iesu. 99  
 Mariæ virginis maris laus. 89  
 Mariæ matris d. martyrium maius est quam vllum aliorum martyrum. 21  
 Martyrium tr. per sumitur. 25  
 Matrimonium quibus personis contrahere non liceat. 107  
 Matrimonium carnale triplicis rei spiritualis figurâ gerit. 107  
 Matrimonium quatuor conditionibus redditur bonum. 80  
 Matrimonium triplici bono honestatur. 107  
 Matrimonium indissolubile est vinculum. 80  
 Matrimonij actu, quinque temporibus est abstinendum. 110  
 Matrimonij statum Deus multipliciter honorauit. 196  
 Matrimonij statu abutentium quam sit grauis ac certa damnatio. 106, 107  
 Matrimonij celebrationem præcedere debet confessio sacramentalis. 99  
 Matrimonij contractus tribus conditionibus ac dotibus honestatur. ibidem  
 Medicina languidis sumenda est in ortu solis super terram. 9  
 Mendicitas quæ propter Deum est, verecundiam aut vitiosum pudorem non habet. 90, 91  
 Mirari quomodo dicantur Maria & Ioseph de Christo. 75

N

Natiuitati Christi maximam gratitudinem debet homo. 30  
 Necessitas non semper perimit in opere bono meriti rationem. 191  
 Nouissimos cur Deus æquales faciat primis. 140  
 Nubere quis potest triplici de causa. 102  
 Nuptiarum celebrationi quas personas cõueniat interesse. ibi.

O

Obedire magis oportet Deo quam hominibus. 92  
 Obedien

N D E X.

Obedientia quæ si forma & vtilitas. 97  
 Otiositas iam suscipienda. 137  
 Oculi metis triplici sunt collyrio inungendi. 65  
 Olei quæ sunt proprietates. 205  
 Opera Deum sunt curiosè discutienda. 10  
 Operum Christi quanta fuerit efficacia & excellentia. 60

P

Pater in diuinis cur non sit incarnatus, sed filius. 75  
 Pater quis dicitur alicuius multipliciter. 75  
 Patres præcipuam curam adhibere oportet, vt filios a peccatis & vanabulis rectè instruant. 86  
 Patres quæ cura atque discretionè educare proles suas debent. 97  
 Patrem suam cur Christus discipulis aliquandiu antequam pareretur prædixit. 152  
 Paupertas pernitiola, penuria est meritorum. 86  
 Peccator stultior est asino. 29  
 Peccator cur cæco comparatur. 155  
 Peccatum mortale multis de causis lepræ comparatur. 114  
 Peccatum mortale cur damnationem dicatur. 172  
 Peccatum mortale actuale quatenus graue censetur respectu peccati originalis. 13  
 Peccatum in spiritum sanctum tripliciter committitur. 177  
 Peccatum in spiritum sanctum quatenus dicatur irremissibile. 178  
 Peccata vniuscuiusque quamlibet occulta, omnibus manifestabuntur in die nouissimo. 80  
 Peccata cur debita dicantur. 37  
 Peccatum hominũ in vita spiritali quinque sunt signa. 85  
 Pœna debet correspondere peccato. 29  
 Pœnitentia cur vineæ sit in Euangelio comparata. 125  
 Pœnitentia fideliter aggredienda est. 158  
 Pœnitentia vt salubris sit ac meritoria, habere debet septem conditiones. 181  
 Pœnitentia cur desertum dicatur. 158  
 Pœnitentiam auspicientibus quomodo diabolus insidietur. 159  
 Pœnitentiæ dilatio periculosa est & difficilis. 157  
 Pœnitentes cur per asinam designentur quam inequitauit Christus. 193  
 Pœnitentibus Deus multa promisit. 159  
 Pœnitentibus Deus nouem consolationibus succurrit. ibid.